CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMEN DECIMVM QVARTVM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXXVII

INSCRIPTIONES

LATII VETERIS

LATINAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

HERMANNUS DESSAU

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXXVII

PRAEFATIO.

Iussu academiae regiae Berolinensis volumen Corporis inscriptionum Latinarum quod edimus decimum quartum, inscriptiones complectitur repertas in oppidis voteris Latii, Tibure potissimum, Tusculi, Praeneste, Ostiae, in reliquis oppidis quorum elenchnm habes p. IX. X. Hae inscriptiones non ita multarum civitatium quomodo factum sit ut proprio volumine edantur, pancis est exponendum.

Cum ante hos triginta annos Gulielmus Henzen et Theodorus Mommsen munus colligendarum et edendarum inscriptionum Latinarum ab academia regia Berolinensi sibi commissum inter se partirentur, Henzeno obvenerunt edendae urbis Romae inscriptiones et Latii et regionum adiacentium Italiae superioris. Verum crescente in dies mole apparatus congesti et ipso numero inscriptionum, primum Etruriae et Umbriae et Aemiliae inscriptionum cura demandata est Eugenio Bormann. Curam inscriptionum Latii aliquanto diutius sibi retinuit Henzenus. In animo ei erat inscriptiones Latü cum urbanis coniungere, propterea quod et de multis inscriptionibus incertum esset, utrum in urbe Roma repertae essent an in Latio suburbano, et quod inscriptiones Latii etiam argumento affines esse videbantur inscriptionnm urbanarum; et poterant certe inscriptiones senatorum populi Romani repertae in agro Tusculano et Albano, item sepulcrales pleraeque eiusdem regionis, sine incommodo interponi similibus inscriptionibus repertis in urbe Roma. Nec tamen exequi hoc consilium datnm fuit Henzeno; satis enim superque occupatus colligendis et digerendis inscriptionibus ipsius urbis Romae, praesertim cum post annum 1871 totus rei epigrapbicae urbanae status mutaretur, vetus thesaurus inscriptionum urbanarum obrueretur ingenti numero recens effossarum, ipsae inscriptiones novis museis conditis ex alio in alium locum transferrentur, neque ad crisim propriam inscriptionum Latii accessit neqne colligendis eis multum operae impendere potuit. Itaqne anno 1876 primam partem inscriptionum urbanarum edidit sine inscriptionibus Latii. Interim nnmerus inscriptionnm Latii et ipse, effossionibus Ostiae potissimum institutis, valde creverat. Simul autem intellectum erat inscriptiones civitatium Latii longe melius, ad exemplum reliquarum civitatium Italiae, in sua quaeqne capitula distributum iri; nam pleraeque earum, ut sacrae Tiburtinae et Praenestinae, vulgares quoque sepulcrales repertae Ostiae, proprietate sua abhorrent ab eiusdem generis inscriptionibus repertis in urbe Roma; inscriptiones autem, in quibus res municipales tanguntur, multae eae et graves, ne locum quidem aptum habuissent inter inscriptiones urbanas. Praeterea nisi fallor e re videbatur esse sociis academiae, nt haec pars Corporis inscriptionnm, non maximae molis, sed multiplicis et gravis argumenti, eadem autem tractatu propter complures causas non ita facilis, iniungeretur adulescenti qui integras vires afferret nec multis aliis rebus esset districtus. Ob hasce res ineunte anno 1878 provinciam edendi inscriptiones veteris Latii academia regia mihi mandavit.

Dixi quomodo evenerit ut inscriptiones civitatium veteris Latii proprio hoc volumine contineantur. Quodsi quaeritur, num recte veteris Latii inscriptiones hoc volumine separaverimus ab inscriptionibus Latü novi sive adiecti editis a Mommseno huius corp. vol. X, deinde num fines inter vetus Latium et novum recte determinaverimus, illi quaestioni respondeo, confusionem inter inscriptiones urbanas et municipiorum suburbanorum, quae ab initio praecipua causa fuerat separandarum inscriptionum Latii a reliquis Italicis, pertinere tantum ad oppida urbi Romae finitima, id est veteris Latii, non ad ea quae longius distant: Ostia Tusculo Tibnre multae inscriptiones variis temporibus Romam adlatae sunt. vix ullae ex agro olim Volscorum (excepto solo Antio) Hernicorum Aequorum. — Quaestio autem de finibus veteris nominis Latini et populorum conterminorum, Rutulorum, Volscorum, Hernicorum, Aeqnorum, Sabinorum, anceps est et lubrica, ideo potissimum quod apud ipsos antiquos eis temporibus, ex quibus primum certa superest memoria, fines illi dudum in oblivionem abierant. Mommsenus, cum ederet buius corporis volnmina IX et X, re diutius ponderata priscis Latinis attribuit atque huic volumini reservavit civitates recensitas in quibusdam antiqais laterculis populorum Latinorum, exceptis eis civitatibus quas coloniis demum eo deductis Latinas factas esse narratur. Ob hanc causam Ardeae, quod oppidum olim Rutulorum fuisse et quo coloniam deductam esse anno u. c. 312

narratur, inscriptiones edidit cum inscriptionibus Latii adiecti (vol. X p. 675), quamquam Ardeates et recensentur in enumeratione populorum Latinorum Dionysiana (5,61) et sacra fecerunt in monte Albano una cum priscis Latinis (cf. ad huius vol. n. 2231); similibus de causis sibi edendas sumpsit inscriptiones Antii (vol. X p. 660), item Velitrarum (vol. X p. 651). Nec tamen anxie hanc normam secutus est Mommsenus; nam Corae quoque, quam ab initio Latinam fuisse probatum ivit vol. X p. 645, inscriptiones cum novo Latio contribuit; sed id fecit, ut ibidem monuit, propterea quod Cora sita est in mediis Volscis. Propter similes causas Afilarum et Trebae inscriptiones, quae oppida a nullo vetere auctore prisco Latio attribuuntur, immo illud videtur fuisse Hernicorum, hoc Aequorum, Mommseno excludere placuit a reliquis inscriptionibus Hernicorum Aequorumque, unde a me in hoc volumen receptae sunt (p. 351. 353). Ceterum si qua fuit inconstantia in finibus inter singula volumina huius operis regendis, ea ipsius operis utilitati nullo modo officiet. Inscriptiones provinciarum imperii Romani multum refert ut digerantur secundum fines provinciarum qui fuerunt florente imperio; Italiae divisiones rei epigraphicae vix ulla vestigia impresserunt, ne Augusti quidem divisio in undecim regiones, multo minus illa antiqua; ita ut non multum intersit quo volumine singulorum oppidorum inscriptiones legantur, modo emendate legantur et plene.[1])

Ab urbanis inscriptionibus editis huius Corporis volumine sexto quemadmodum separaverimus inscriptiones municipiorum suburbanorum, tabulam geographicam huic voluminі subiectam inspicienti sponte apparebit.

Venio ad operam a me in hoc volumine collocatam. Accepi Romae anno 1878 ab Henzeno schedarum, quas vel ipse vel Rossius et Mommsenus huius Corporis condendi causa per bibliothecas collegerant, partem spectantem ad civitates Latii, item apographa inscriptionum, earum potissimum quae ex Latio in musea urbis Romae delata erant, alia ab ipso Henzeno confecta, alia ab sociis eius in colligendis inscriptionibus urbis, Rossio et Bormanno, alia denique ab aliis compluribus viris, quos adulescentes Henzenus bis studiis initiaverat, ex quibus hoc loco nominasse sufficit Detlefsenum et Kiesslingium propter magnum numerum inscriptionum ante XXV et quod excedit annos in favissis musei Lateranensis descriptum. Sed dum me accingo ad has copias digerendas et supplendas, Berolinum vocatus sum ut operam praestarem Mommseno in editione inscriptionum Africae Latinarum, Gustavi Wilmanns morte immatura interrupta. Redux in Italiam per annos potissimum 1880 et 1881 lapides ex Latio suburbano in omnia musea urbis Romae delatos describens vel recognoscens, codices et volumina impressa bibliothecarum excutiens, maxime autem regiones Latii peragrans, materiam huius voluminis paravi. Copias collectas typographo tradere coepi, cum rursus Berolini domicilium collocassem, anno 1882.

In digerendis et tractandis inscriptionibus eandem viam tenui quam primus Mommsenus editis inscriptionibus regni Neapolitani monstravit[2]), idem, cum ederet huius Corporis volumen tertium, excoluit, quamque adsensu suo probaverunt quicumque rerum Romanarum sunt studiosi. Pauca tantum mihi monenda sunt. Ut reliquis huius Corporis editoribus (si exceperis editores voluminis quarti), ita mihi quoque propositum fuit typis exhibere quae in inscriptionibus leguntur verba (minutiis quoque scripturae, versuum divisione, litterarum contignatione, punctis, apicibus retentis), nec tamen singularum litterarum formas accurate imitari, cui rei impar est ars typographica et quam plene exequi infiniti esset et taedii et sumptus, simul autem exiguae utilitatis. Consuetudini quae iam obtinuit obsecutus nonnullarum litterarum in vetustioribus potissimum inscriptionibus diversas formas (ut P litterae formam quadratam et rotundam, L angularem et quadratam) typographo ut distingueret praecepi, sed feci id paene invitus, cum viderem hic quoque typos multum abesse a veritate, praeterea talibus varietatibus nimium in definienda aetate inscriptionum tributum esse a magni in his studiis nominis viris. Antiquissimarum nonnullarum recens repertarum iustas imagines exhibendas duxi. — In praefationibus historicis et chorographicis singulorum capitum adstrictior esse debui quam reliquorum voluminum huius Corporis editores; verendum enim erat ne eae nimium in modum excrescerent. Nec sane opus erat omnes auctores qui Tiburis vel Tusculi mentionem fecerunt enumerare et verba eorum exscribere; narrationes, ex quibus aliquid disci possit de rebus et condicione singularum civitatium, aut nullas aut paucas a me omissas esse confido. Coniecturarum quas recentiores auctores de historia prisci Latii, nimis inconsulte saepe, protulerunt, raro rationem habui. Hoc tenui ut qui in priscas res inquirunt, uno obtutu collecta haberent quae de singulis civitatibus aut certo scimus aut pro certis tradita accepimus. — De oppidis incerti situs quaeve nullas inscriptiones dedissent, non egi nisi ubi propter certas causas id requiri videbatur, memor non historiam mihi scribendam nec chorographiam explanandam, sed inscriptiones recensendas esse. — Recipiendas duxi et inscriptiones christianorum,

1) 'Italiae inscriptiones oppidatim potius digessimus quam regionatim', Mommsenus dixit in ipso limine partium huius corporis Italicarum (vol. V p. 1).

2) Praefatio Mommseni ad inscriptiones Neapolitanas repetita est in exordio voluminum huius corporis IX et X.

nisi quod Rossio et Stevensonio edendas reliqui inscriptiones prolatas ex coemeteriis Zotici via Labicana et S. Alexandri via Nomentana; quorum illud situm esse videtur extra fines huic volumini statutos, hoc quoque magis fuisse fidelium urbis Romae quam eius municipii a cuius muris non procul afuit, Ficulcae. — Titulorum instrumenti domestici quos receperim quosque parti urbanae huius Corporis reliquerim, dictum est p. 458.

Etiam in indicibus conficiendis vix umquam causa fuit ut discederem a ratione qua Mommsenus primus post Scaligerum docuit, tot res scitu dignas in ingenti numero inscriptionum Latinarum latentes apte explicare.

Iam supra significavi me saepius usum esse materia ab aliis collecta. Ea res ut laborem meum plerumque minuit, ita interdum novos labores atque etiam taedii permultum genuit. Non semper potuit stari apographis mihi traditis, sed redeundum erat ad lapides et recognitio eorum facienda (id quod accidit potissimum in inscriptionibus fractis vel corrosis vel loco incommodo collocatis vel alia quacumque de causa difficilibus lectu). Inerant inter schedas mihi traditas non ita pauca inscriptionum exempla, quae a quo facta essent vel ex quo libro manuscripto editove excerpto, adscriptum non haberent; quorum originem ut eruerem, non semper successit [cf. n. 2204. 2205. 3814]. Inerant in eisdem schedis apographa inscriptionum modo sine ulla loci adnotatione, modo sine accurata, ita ut inscriptiones eas investigare et recognoscere, cum opus fuerit, non licuerit. Aliquoties apographa nactus festinanter facta relegabar ab auctore ad ectypum, quod non semper reperiri potuit. Sed haec ut editorem officio suscepto ut plene satisfaceret studentem vexaverunt, eis qui libro utuntur raro molesta erunt.

Hoc praeterea incommodum accidit quod post annum 1882 in Italiam redire et urbem Romam denuo adire non licuit: nam et novae inscriptiones non paucae per hos annos prodierunt et de veteribus inter edendum passim dubitationes oriebantur; similiter codices manuscripti huic volumini utiles complures his demum annis innotuerunt in bibliothecas publicas illati; nec semper sufficiebant, ut fit, quae ex olim notis excerpseram; denique ad quaestiones nonnullas chorographicas inter edendum demum delatus iteratam locorum inspectionem desiderabam. Sed subvenerunt praeter Henzenum et Rossium, saepe a me de talibus rebus consultos, quattuor amici mihi coniunctissimi, Henricus Stevenson et Iosephus Gatti Romani, Henricus Dressel et Christianus Huelsen tunc Romae domicilium habentes[1]; his debeo quod in gravioribus certo rebus absentiam meam ab Italia hoc volumen non senserit.[2]

Obierunt, dum volumen imprimitur, complures viri qui me in condendo eo adiuverunt et quibus operam meam probatum iri vel maxime speraveram; obiit is cui fundamenta huius voluminis debentur Guil. Henzen. Angor animo privatus tali amico ac fautore studiorum meorum candidissimo; lugemus omnes Romanarum antiquitatum studiosi, amisso in Henzeno non solum scientiae nostrae lumine, sed etiam antesignano ut ita dicam primario communionis studiorum inter Italos Germanosque; quae sola fecit ut hoc Corpus inscriptionum inchoari potuerit et absolvi. Hoc tamen mihi datum est ut gratum animum testari liceat, dum in vivis est et floret, Henzeni amico studiorumque socio Iohanni Baptistae de Rossi, qui praeter partem quam habuit in paranda materia universi huius Corporis et praecipue partium eius urbanarum et suburbanarum — Rossio enim potissimum debetur, quod ingens multitudo schedarum huic Corpori utilium et patefacta est et recte adhiberi potuit, quam operam viri praestantissimi iustis laudibus celebravit Mommsenus in praefatione ad huius Corp. vol. III — et Romae morantem me et domum regressum per epistulas, tam consiliis dandis quam doctrinae eximiae copiis aperiendis, summa liberalitate ubi potuit adiuvit.

Mommseni quantae partes sint ut in universo hoc Corpore, ita in hoc quoque volumine — ille enim condendi eius praecepta docuit, ille ut aequabili ratione perficeretur summa consiliorum constantia pervicit —, cum notum sit eis qui antiquitates Romanas curant, non opus est exponere; neo magis est huius loci indicare quot et quae peritiae et acuminis specimina etiam in hoc volumine, cum plagas eius singulas, antequam prelum relinquerent, perlegeret — fecit enim hoc attentissime —, sicut et in reliquis voluminibus, ediderit; illud, quam indefessus et fidelis mihi fuerit in edendo hoc volumine, cum una essemus, adiutor, quam saepe prae mole et difficultatibus suscepti negotii paene iacentem animum mihi erexerit, quoties viam mihi per invia monstraverit vel etiam muniverit, id et amicis et ignotis praedicare et debeo et laetor.

---

1) His nuper accessit Iosephus Tomassetti Romanus, sua sponte missis et quas antea hic illic in Latio investigaverat et apographis inscriptionum nuperrime effossarum in Nemore Aricino.

2) Quamquam de minutis rebus ne saepius amicos interpellarem verecundia quaedam obstitit. Fuerunt et res in quibus cum proprium scribentis iudicium requirant, nulla amicorum responsa me iuverunt. Ut unum tantum memorem, de quaestione chorographica, quam tetigi p. 364, confidentius iudicassem, si iterum Latium adire et ex cacumine montis S. Angeli regionem ubi est urbs Roma et partem maritimam Latii perlustrare licuisset.

Postremum gratias ago Eugenio Bormann, qui et ipse, sicut Mommsenus, singulas voluminis plagulas oculis animoque intentis perlegit, de parvis magnisque pariter sollicitus et sedulo curans, ne qui vel calami vel memoriae lapsus remanerent.

Tabula Latii veteris geographica huic volumini adiecta, sicut et recensus locorum recentiorum p. 604 seq., debetur Henrico Kiepert, qui formam ruderum Ostiensium sumpsit ex Gastonis Boissier libro '*Promenades archéologiques*'.

Scr. Berolini mense Apr. 1887.

H. Dessau.

CONSPECTVS OPERIS.

INDICES.

INDEX AVCTORVM.

Cyriaco de pizzicollis Anconitano debentur ex inscriptionibus in hoc volumen receptis Tiburtinae, de quibus dixi p. 362, II, Ostiensis n. 1 (cf. p. 1 not. 1), item altera Ostiensis olim Romam translata n. 401, fortasse etiam Portuensis n. 288. De codicibus, quibus Tiburtinae inscriptiones traditae sunt, egi p. 328, de reliquis suis quibusque locis. Cf. huius Corp. vol. VI p. XL seq., vol. IX. X p. XXXVI.

Dallaway les beaux arts en Angleterre. V. n. 2135.

Danzettae est commentarius extans in cod. Vat. 8220, ex quo habuimus fistulas Tiburtinas n. 3688.

Car. Descemet inscriptions doliaires latines. Marques de briques relatives à une partie de la gens Domitia. Parisiis 1880. 8°.

Phil. Laur. Dionysivs sacrarum Vaticanae basilicae cryptarum monumenta. Romae 1773. V. n. 228.

Dissertazioni (priora volumina etiam atti, duplici titulo) della pontificia accademia romana di archeologia. 15 voll. 4°. Romae 1821—1864.

Documenti inediti per servire alla storia dei musei d'Italia pubblicati per cura del ministero della pubblica istruzione. Florentiae et Romae. 4 voll. 1878—1880.

Sebast. Donatvs ad novum thesaurum veterum inscriptionum Muratori supplementum. Lucae 2 voll. 1765/73. Cf. huius Corp. vol. VI p. LXIV, cix.

Ioh. Bapt. Donivs Florentinus (1594—1647; cf. vol. VI p. LVIII, lxxiv, vol. IX. X p. XXXVIII), in urbania primarius auctor, in Latio sub-urbano descripsit inscriptiones prope Ostiam extantes n. 128. 791 (cf. add. p. 481 2), Montis Rotundi extantem n. 3930, in vico S. Gregorii extantem n. 3530; ab amanuensi suo descriptam habuit n. 2588, a Menestrierio descriptas Tiburtinam n. 3575, agri Ostiensis n. 379 [ubi adde ms. Neap. p. 114,1]. 384 [ms. Neap. p. 114,2]. 2059 [ms. Neap. p. 487,1]. 2060 [Neap. p. 228,1]. 2062 [Neap. p. 280,3], agri Albani n. 2488, ad quam praeterea laudat Gabriel Naudaeum, a cardinali Barberino Tusculanam n. 2655, a Cobellutio cardinali n. 2825. a Paulo Mancino nescio quo Castrimoenienses n. 2454. 2458—2482. 2471. 2472, ab Holstenio (si fides in hac re editioni) in via Tiburtina extantem n. 3813, vicinam n. 3918 a Suaresio, alia ab aliis (n. 2472. 4125,1); per Cassianum del Pozzo videtur accepisse n. 2225. 2324. De libris ms. et de libro post mortem edito, quibus Donii apographa debemus, dictum est vol. VI et plenius vol. IX. X II. cc. Syllogae eius autographae partem priorem quae nuper demum innotuit empta in publicam bibliothecam Neapolitanam, ubi iam est codex XII G 73, evolvi anno 1882, sed festinans, unde factum esse puto quod ad n. 3918 testimonium codicis Neapolitani desideratur. — Fraudes amanuensis Doniani, de quibus dictum est vol. VI, 5 p. 228*, ad hoc volumen non pertinent.

Dütschke antike Bildwerke in Oberitalien. Vol. 1. Campo Santo zu Pisa. Lips. 1874. V. n. 282. — Vol. 3. Uffizien in Florenz. Lips. 1878. V. n. 338.

Effemeridi letterarie di Roma. 26 voll. Romae 1772—1727.

Raphael Fabretti Urbinas (1619—1708) de aquis et aquaeductibus veteris Romae dissertationes tres. Romae 1880. 4°. Ed. 2. 1738.
— de columna Traiani syntagma, acc. vetera tabellae anaglyphae Homeri Iliadam ... continentis ... descriptio. Romae 1280. 4°.
— inscriptionum antiquarum quae in aedibus paternis asservantur explicatio. Romae 1702 fol. — Hic liber significatur ubicumque merum Fabrettii nomen posuimus.

Georgius Fabricivs Saxo Chemnicensis (cf. huius corp. vol. VI p. LI. xli; IX. X p. XXXIX) antiquitatum libri. De huius libri editionibus v. vol. IX. X l. c. Ex nostris inest inscriptionis n. 3810 particula, praeterea ex codice aliquo exscripta n. 2709.
— in Horatium argumenta et castigationes. Lips. 1574. Cf. n. 3323.

Octav. Falconieri (Falconeivs) inscriptiones athleticae. Romae 1268.

Carolus Fea Miscellanea. Romae vol. 1 1720, vol. 2 1832. 8°.
— viaggio ad Ostia. Romae 1802. Cf. Ostiensia p. 1.
— indicazione antiquaria per la villa suburbana dell' eccellentissima casa Albani. Ed. 2. Romae 1203. 8°.
— varietà di notizie economiche, fisiche, antiquarie, sopra Castel Gandolfo, Albano, Ariccia, Nemi. Romae 1820.
— frammenti di fasti consolari e trionfali ultimamente scoperti nel foro romano ed altrove. Romae 1820.

Item edidit sub finem vitae nonnulla in actis Arcadum et in actis Instituti nostri archaeologici. Praeterea in schedis eius hodie servatis Romae apud I. B. de Rossium multa extant quae ad hoc volumen pertinent, tam ab ipso Fea descripta quam ab aliis, imprimis a Mariottio (n. 2485 cet.).

Felix Felicianvs Veronensis (cf. vol. III p. XXIV), in sylloge, cuius ego adhibui solum exemplum Veronense, ex inscriptionibus in hoc volumen receptis exhibet Ostiensem n. 1 et Tiburtinas complures, de quibus v. p. 388, II.

Fenniore v. Praenestina p. 294 not. 3; p. 328, p. 472 n. 4182.

Michael Fabricius Ferrarinvs in sylloga, de qua cf. vol. III p. XXV, vol. VI p. XLIII, xiv, vol. IX. X p. XXXIX, ex Feliciani vel Marcanovae copiis deprompsit Tiburtinas n. 3543. 3532. 3606. 3607 3608. 3664. 3267. 3268. 3820. 3857 et Ostiensem n. 1, aliunde habuit Marinensem n. 2408 et Praenestinam n. 2852 et Tusculanam n. 2709 et Tiburtinas n. 3810. 3822 et Ostiensem n. 432 derivatas ex syllogis plenius relatis apud Iucundum vel ex ipsis Iucundianis.

Franciscus Ficoronivs inscriptionum quas vel effoderat vel alio modo sibi comparaverat — insunt in his multae ad hoc volumen pertinentes — apographa communicare solebat et cum aliis et cum Muratorio, quae exempla pleraque extant in schedis Muratorii nunc Mutinensibus, et cum Gorio, quae exempla servantur in codicibus nunc Marucellianis potissimum A 6 et A 77 (cf. vol. VI p. LXII). Ex libris impressis Ficoronii in hoc volumine adhibiti sunt
— le maschere sceniche e le figure comiche degli antichi Romani. Romae 1736. Adhibui versionem Latinam: de larvis cet., Romae 1738.
— i piombi antichi. Romae 1740.
— le vestigia e rarità di Roma moderna. Romae 1744.
— le memorie della prima e seconda città di Labico. Romae 1745. V. p. 275.
— gemmae antiquae litteratae (opus postumum). Romae 1722.

Iosephus Fiorelli notizie degli scavi di antichità communicate alla R. Accademia dei Lincei per ordine del Ministero della publica istruzione. 1876—1280. 1887 p. 1—259. Extant etiam in actis academiae Lyncaeorum.

Foggini v. p. 283, XXI.

Iustus Fontanini de antiquitatibus Hortae. Romae 1723. V. n. 952. 4141.

Ioh. Bapt. Fontrivs de prisca Caesiorum gente. Bononiae 1583.

Franconi la catacomba e la basilica constantiniana di Albano. Romae 1877. V. n. 2386.

Franc. Franzoni, homo praeterea mihi ignotus, dedit E. Q. Viscontio inscriptionem n. 72.

Friederichs Berlins antike Bildwerke. Vol. 2. Geräthe und Bronzen im alten Museum. Düsseldorf 1871. V. n. 463. 4082. 4187.

Petrus Aloisius Galletti (†1790) (cf. vol. VI p. LXIII, xcix) Gabio antica città di Sabina. Cf. p. 278 not. 2.
— del vestarario della santa romana chiesa. 1758. Cf. n. 3002.
— del primicero della sede apostolica. Romae 1778. Cf. n. 12.

A Gallettio veniunt apographa inscriptionum nonnullarum in cod. Vat. 7929 monstrata mihi a Rossio, in his Ostiensis n. 383; inscriptionum n. 3714. 3715. 3218 apud eundem in cod. Vat. 7835 relata exempla non sunt eius, sed Venutii, potest esse eius exemplum ibidem relatum inscriptionis n. 3472.
— Inepti lusus, quibus Gallettius per aliquod tempus non solum se ipsum delectavit conscripto 'diario lapidario', sed etiam alios viros doctos decepit missis Gorio Donato Zaccariae inscriptionibus a se ipso excogitatis, etiam ad regiones quas hoc volumen continet pertinent, cf. inter falsas n. 162*—164*. 282*. 283*. 389*—404*.

Gariel series praesulum Magalonensium et Monspeliensium. Tolosae 1652 (ed. 2 1875).
— idee de la ville de Montpellier. 1665. V. n. 310.

Raphael Garrucci (1812—1884; cf. vol. IX. X p. XLI)
— i piombi antichi raccolti dal card. Lodovico Altieri ordinati e descritti. Romae 1847. 4°.
— classis praetoriae Misenensis piae vindicis Gordianae Philippianae monumenta quae extant. Neapoli 1852. 4°.
— inscriptions gravées ou trait sur les murs de Pompei. Bruxellis 1854. — Graffiti de Pompei: inscriptions et gravures tracées au stylet. Ed. 2. Parisiis 1256.
— i segni delle lapide latine volgarmente detti accenti. Romae 1857. Cf. n. 85. 2302. 3606. 3608.
— i marmi antichi di Fabrateria vetere oggi Ceccano. Romae 1858. Cf. n. 2283.
— dissertazioni archeologiche di vario argomento. 2 voll. Romae 1864. 5. Huc pertinent commentarii 'Bolli delle strigili e delle fibule' (1,133 seq.); 'del graffito Ma(...)uolnia e dei punti negl' I' (1,153 seq.); 'scavo prenestino del 1863' (1,148 seq.).
— storia dell' arte cristiana. 6 voll. Prati 1873 seq. V. n. 2388.
— Venafro illustrata. Romae 1874. V. n. 3382.
— sylloge inscriptionum Latinarum aevi Romanae rei publicae usque ad C. Iulium Caesarem plenissima. Augustae Taurinorum 1877. — Addenda. Aug. Taur. 1877.

Idem complura quae ad hoc volumen pertinent edidit in Ephemeride Civiltà cattolica, pauca etiam in actis Instituti nostri archaeologici.

Guil. Gell *topography of Rome and its vicinity.* 2 voll. Londini 1834. V. n. 2387.

Dom. Georgius v. Giorgi.

Eduardus Gerhard *Hyperboreisch-römische Studien.* Vol. I. 1833. V. n. 371.
— *Antike Bildwerke.* Stuttg. et Tubing. 1828—1844.
— *Etruskische Spiegel.* 4 voll. 4°. Berol. 1843 seq.

E. Gerhard et Th. Panofka *Neapels antike Bildwerke.* Stuttg. et Tub. 1828. V. n. 297.

Augustinus Gervasio (cf. vol. IX. X p. XLII) *sulla iscrizione di Mavorzio Lolliano in Pozzuoli.* Neapoli 1846. V. n. 2527.
— *sul monumento sepolcrale di Gavia Marciana scoperto in Pozzuoli.* Neapoli 1853 (act. acad. Hercul. IV, 2). V. n. 413.
— *su talune iscrizioni del Real Museo Borbonico* in actis acad. Hercul. vol. VIII (1856). V. n. 72 add.

Petrus Leo Ghezzi (cf. vol. VI p. LXI, xciii) quae in Latio descripsit habuimus ex schedis eius hodie extantibus in bibliotheca Angelicana Romae (coniecta a bibliopega in unum volumen cum Mergarinii inscriptionibus basilicae S. Pauli et Cyriaci epigrammatis Illyricis, KK 15, 14), marmorum notas ab eo in Portu exceptas (n. 4174) ex codice Ottoboniano 3108. Praeterea nonnulla eorum quae Gorius in codice Marucelliano A 6 et Donatus in supplemento Muratorii referunt ex schedis Stoschii, Stoschius videtur habuisse a Ghezzio (ut n. 384. 1830).

Dominici Giorgi monachi Benedictini (cf. vol. VI p. LXII, xcv) apographa inscriptionum Latii accuratissima habui ex schedis eius nunc servatis Romae in bibliotheca Casanatensi. Cf. Praenestina p. 293, XVIII. Edidisse dicitur ex inscriptionibus ad hoc volumen pertinentibus n. 4120, 1 in libro mihi non viso de Vestalibus, edidit inscriptionem lateris n. 2143 in adnotationibus ad Baronii annalium ecclesiasticorum editionem Lucensem ab ipso curatam, item inscriptionem lateris n. 2972 ad Pagii criticam Baronii.

Giornale arcadico di scienze, lettere ed arti. Romae tom. 1—146. 1819—1856. *Nuova serie* tom. 1—67 (147—212). 1857—1868.

Giornale de' letterati Pisis. 102 voll. 1771—1796. 8°

Franc. Giorni *storia di Albano.* Romae 1842. V. p. 217. — Idem in ephemeride *l'Album* edidit n. 2188.

Vitus Maria Giovenazzi (cf. vol. IX. X p. XLII) in schedis servatis inter Mariniana cod. Vat. 9144 de visu memorat inscriptionem Tiburtinam n. 3667, exhibet inscriptionem Tusculanam n. 2633, Tiburtinam Romam translatam n. 3884.

Ant. Franc. Gori inscriptiones antiquae in Etruriae urbibus extantes. Florentiae 1 (1727). 2 (1734). 3 (1742).
— symbolae litterariae. Decas 1 vol. 1—10. Florentiae 1748—1753. Decas 2 vol. 1—10. Romae 1751—1754.
— thesaurus veterum diptychorum (op. postumum) 3 voll. Florentiae 1759. V. n. 174*.

Inscriptiones Latii missae ad eum ab amicis Romae consistentibus, potissimum a Ficoronio, continentur in codicibus nunc Marucellianis enumeratis ab Henzeno vol. VI p. LXII.

Fabius Gori *viaggio pittorico-antiquario da Roma a Tivoli e Subiaco sino alla famosa grotta di Collepardo.* Partt. 1—3. Romae 1855.
— *nuova guida storica, artistica, geografica ed antiquaria da Roma a Tivoli e Subiaco, alla grotta di Collepardo, alle valli dell' Aniene e al lago di Fucino.* Partt. 4—5. Romae 1864.
— *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia e delle acque allacciate dai Romani presso le vie Valeria e Sublacense.* Romae 1866 (ex *giornale arcadico* vol. 191).
— *dal ponte Salario di Roma a Fidene.* Romae 1862 (ex *giornale arcadico* vol. 174).

Benedictus Grandi schedas, in quas rettulerat apographa inscriptionum a se ipso coemptarum, Henzeno et Bormanno liberaliter utendas permisit, ceterum sine magno nostro fructu, cum ipsae inscriptiones pleraeque extent, in indicationibus autem de locis ubi singulae inscriptiones repertae sint, saepius aperte erratum sit a Grandio. Cf. p. 237 cap. XI.

Ianus Gruterus inscriptiones antiquae. Heidelbergae 1603.
— Ed. 2 cura Burmanni. Amstelaedami 1707.

Gualdus Ariminensis (cf. vol. VI p. LX, lxxxi) in cod. Vat. 8253 habet inscriptionem Genzanensem n. 2182.

Marianus Guardabassi, de quo cf. vol. IX. X p. XLIII, cum Mommseno communicavit inscriptionem quae videtur Ostiensis esse n. 1236.

Raimondus Guarini (cf. vol. IX. X p. XLIII) prosodiae Lat. fundam. 1822. V. n. 944.
— selecta quaedam veterum monumenta. Neapoli 1825. V. n. 72.
— schediasmata varia epigraphica. 1843.

Aurelii Guarnerii ottoni Auximatis (1737—1788; vol. IX. X p. XLIV) schedae servatae Auximi, excussae a Bormanno et Huelseno, mihi subministraverunt apographa inscriptionum Marinensium n. 2455. 2156. 2488 facta ab ignoto auctore c. 1749, inscriptionum agri Tiburtini n. 3714. 3715. 3911 lecta ut videtur a Venutio: eaedem schedae Pisaurenses dederunt apographum Praenestinae n. 2960.

Franc. Eug. Guasco musei Capitolini antiquae inscriptiones. 3 voll. Romae 1773. fol.

Ios. Anton. Guattani *monumenti antichi inediti ovvero notizie sulle antichità e belle arti di Roma.* Vol. 1—7. Romae 1784—1789. 1805. 4°.
— *memorie enciclopediche sulle antichità e belle arti di Roma.* Vol. 1 (1814)—6 (1816). 7 (1822). Romae.
— *monumenti Sabini.* Vol. 1—3. 1827—1832.

Marquardus Gudius Rendsburgensis (1635—1689; cf. vol. VI p. LIX, lxxx; vol. IX. X p. XLIV) in itinere Italico a. 1662 ex civitatibus Latii suburbani solum fortasse Tibur adiit, certe descriptas a se in voluminibus ms. nunc Guelpherbytanis 196. 197 ex his civitatibus nullas inscriptiones exhibet nisi Tiburtinam n. 3609. Sed multas habet communicatas sibi ab aliis, Praenestinas potissimum, n. 2898. 2977 'ex autographo Francisci Stelluti Febrianensis', n. 2947 'ex schedis Cl. Salmasii', n. 3015, ad quam laudat civem aliquem Praenestinum dominum ipsius lapidis, n. 2955 ad quam nullum auctorem laudat; praeterea inscriptionum n. 2955. 3012. 3015. 3158. 3444 ipsa apographa incerti auctoris Itali schedis suis inseruit. Item manu ignota Itali eiusdem apud eum legitur Tusculana n. 2804. Ex fonte ignoto provenit etiam n. 3956. In ea parte voluminis 197, quae videtur petita esse ex schedis Holstenii, exhibet Ostiensem n. 472, Marinenses n. 2468. 2485. Romam ex Latio translatas inscriptiones quas descripserit enumerare non attinet; memoro tantum Tusculanam n. 2608 et Tiburtinam n. 3543, quas ille primus Romae vidit et quarum apographa Gudiana novimus tantum per Gruteri ed. 2. — Inter Ligorianas quas Gudius ex voluminibus Taurinensibus in volumen suum nunc Guelpherbytanum n. 198 rettulit insunt etiam multae huic regioni attributae. — 'Antiquae inscriptiones a Marquardo Gudio collectae' post mortem auctoris prodierunt Leovardiae a. 1731, sed et imminutae et male confusae. (In falsis Ligorianis a Gudio relatis solam editionem citavi.)

Leonardus Gutenstenius, sive Leo Gubtensteinius, ut appellatur a Velsero loco laudato ad n. 386* (cf. vol. VI, 5 p. 222*; IX. X p. XLIV; eph. epigr. I p. 62 et III p. 53), cum Romae degeret ultimis saeculi XVI annis, Grutero corpus inscriptionum paranti schedarum non parvum numerum expilavit, imprimis Smetii codicem Farnesianum nunc Neapolitanum, Metelli schedas Horatii Vallaei tunc, nunc Vaticanas, Fulvii Ursini autographa nunc deperdita, quibus excerptis Gruterus Gutenstenii nomen non semper adscripsit, contentus laudasse eum in praefatione. Quem fraudulenter in hoc excerpendi negotio egerit Gutenstenius, in hoc quoque volumine testes adsunt tituli ab eo interpolati vel certe luxati n. 338. 344 (v. 8). 2408. 2700. 2900. 2924, item toti ab eo conficti n. 161*. 380*—387*. Horum unum (n. 388*) inserat etiam Velsero.

Iac. Gutherius de vetere iure pontificio urbis Romae. Paris 1612. V. n. 39.

Nicolaus d'Haut-Buisson (cf. vol. X p. 372, XXIV) a Donio laudatur ad inscriptionem n. 2478.

Lucas Holstenius (1596—1661; cf. vol. VI p. LIX, vol. IX. X p. XLV) annotationes in geographiam sacram Caroli a S. Paulo, in Italiam Cluverii etc. 1666.
— epistula ad Io. Rhodium scripta a. 1652 (edita apud Ursatum monum. Patav.). V. n. 3909.
— epistolae ad diversos. Parisiis 1817.

Schedarum Holstenii exigua tantum pars ad nos pervenit. Huic volumini utile fuit pugillarium trium (autographorum, sed nullo auctoris nomine inscriptorum) quae servat bibliotheca Dresdensis F 191. 192. 193, tertium, continens descriptionem itineris facti via Tiburtina, Valeria, Nomentana, Salaria, Praenestina, Labicana, Latina (v. n. 2095. 3435. 3442. 3446—3451. 3540. 3548). De Holstenianis relatis apud Gudium v. sub hoc.

Emil Huebner *die antiken Bildwerke in Madrid.* Berol. 1862.

Iulius Iacobonius de prisca Caesiorum gente. Bononiae 1683. Propria habet — nam pleraque ex libris editis, inprimis Manutii orthographia, repetivit — ex hoc volumine Praenestinas n. 2862. 2888, ad quas laudat Antonium Gigantem, et falsam n. 436* acceptam a Ligorio, ab ipso auctore in nullo suorum voluminum positam.

Otto Iahn specimen epigraphicum. Kiliae 1841. 8°.
— *die ficoronische Cista.* Lipsiae 1852.

Iannucelli *memorie di Subiaco e sua badia.* Genuae 1856. V. n. 3456. 3459. 3480. 3468.

Instituti Archaeologici Germanici Romae consistentis scripta habentur haec:
Annali vol. 1—57. 1829—1885.
Bullettino vol. 1—57. 1829—1885.

Monumenti vol. 1—11 (voluminis 12 decem tantum tabulae prodierunt). 1839—1884.
Memorie vol. 1 (s. a.). vol. 2 (1865).
Mittheilungen vol. 1.

Ioannes Iucundus Veronensis (cf. vol. III p. XXVII; vol. VI p. XLIV, XV; vol. IX. X p. XLVI), monachus fratrum minorum, decessit d. 1 Iulii 1515 maior octogenario (v. Geymüller *die ursprünglichen Entwürfe für S. Peter in Rom* p. 276. 381), sylloges inscriptionum composuit, quam inchoatam certe ante a. 1484 dedicavit Laurentio Medici a. 1489, hic illic mutatam Ludovico de Aguellis Mantuano inter annos 1497 et 1499. Prioris recensionis adhibuimus in hoc Corpore exemplum nunc Veronense, secundae exemplum bibliothecae Magliabecchianae cl. 28 n. 5. Sed praeterea adhibuimus codicem Marcianum Lat. cl. XIV, 171 propter appendicem qua Veronensis et Magliabecchianus libri carent, alios denique codices qui hanc appendicem sistunt pleniorem quam Marcianus, imprimis Venetum Cicognae n. 2704, alterum quoque Magliabecchianum cl. 28 n. 34. Ex eodem genere fuit codex quem ex apographo Michaelis Piccarti edidit Hemesius in epistolis ad Hoffmannum (Lipsiae 1680. 4°. p. 326—358). Num autem recte hos codices appellare consueverimus recensionis tertiae, hodie, postquam emersit ex bibliotheca Ashburnhamiana Florentiam in Laurentianam translatus codex eadem manu scriptus qua codex Veronensis et quasi alterum eiusdem voluminis solam illam appendicem continens, iure quaeri potest. (Codicis in ipso volumine nondum adhibiti notitiam debeo Huelseno et Maschkio). Ego satis habeo indicare quae ex civitatibus Latii veteris Iucundus refert. Habet autem in prima recensione praeter Ostiensem n. 1783 et agri Praenestini n. 2838. 2801. 2979 uberrimam syllogen Tiburtinam, de qua dictum est p. 369, IV, eandem paucis omissis in secunda, tam in prima quam in secunda syllogen Praenestinam de qua dictum est p. 291, IV, singulas inscriptiones ex Ostia n. 439, ex Lanuvio n. 2113, ex Marino n. 2408, praeterea complures Romae descriptas, ut ea quam pro Tusculana habuit n. 2830. In sola tertia adsunt Marinenses n. 2484. 2481. 2487 (Ashburnh. f. 92), Praenestina n. 2852 (Ashburnh. f. 117), Nomentana n. 3955 (Ashburnh. f. 92). Communis secundae et tertiae est sylloge Albanensis n. 2125. 2262. 2272. 2385. 2379. 2378. 2488 (Ashburnh. f. 83). Copias ex quibus Iucundus syllogen concinnavit discernere nondum nobis datum est. Tiburtinas suas facile potest ipse ex lapidibus descripsisse. Praenestinas derivatas esse ex copiis antiquioribus et alia indicio sunt, ut exposui p. 291, et indicationes locorum.

Olaus Kellermann vigilum Romanorum latercula duo Coelimontana. Romae 1835.
— De schedis eius cf. vol. VI p. LXVI, CXXI.

Kinnaird *notes and reminiscences of Rossie Priory*. Dundee 1877. V. n. 100*.

Athanasius Kircher Latium, id est nova et parallela Latii tum veteris tum novi descriptio. Amstelodami 1671. fol.

Paulus Knibbe in volumine ms., quod olim fuit Gruteri, nunc est in in bibliotheca Berolinensi lib. pict. A 61 e (cf. vol. VI p. LIV, XLIX), inter reliquas inscriptiones, quas Romae descripsit, exhibet etiam Ostienses n. 170. 289, agri Tusculani n. 2523, Tiburtinam n. 3688 Romae tunc servatas.

Aug. v. Kotzebue *Erinnerungen von einer Reise aus Liefland nach Rom und Neapel*. 3 voll. Berolini 1805. V. n. 3683 add.

Io. Labus *monumenti antichi numismatici ed epigrafici scoperti in Canturio* (ex Caroli Annoni *monumenti e fatti politici e religiosi del borgo di Canturio*, Mediolani 1838, p. 441—470). V. n. 4090, 81.
— *intorno due epitaffi acquistati dal prof. Ciampi*. Mediolani 1817. V. n. 62.
— *museo della R. accademia di Mantova*. 3 voll. Mantuae 1830—1834. V. n. 3626.

Pomponio Laeto Romano (1428—1498), praeter titulos quos ab eo acceperunt Iucundus et Sabinus, item pauca autographa in cod. Vat. 3311 (cf. vol. VI p. XLIII. X), nominatim accepta refertur a Thoma Gammaro in codice Studtgardiano cod. hist. oct. 25 sylloge inscriptionum, in qua ex nostris insunt Marinensis n. 2408, Tusculana n. 2708, Nomentana n. 3980; in codice eiusdem Gammari Treverensi est Praenestina n. 2850, item ut videtur Laeto debita.

Ant. Lafrerius notus sculptor natione Gallus, Romae habitans, inter tabulas aeri incisas, quas edidit per annos 1554—1573 et quas sub nomine Speculi Romanae magnitudinis complecti solent, etiam tabulam cum nostra inscriptione n. 2593 habet.

Felix Lajard *introduction à l'étude du culte public et des mystères de Mithra en Orient et en Occident*. Paris 1847. V. n. 80, 1. 64.

Ioannes Lami cf. *Novelle letterarie*.

Rud. Lanciani *topografia di Roma antica. I comentarii di Frontino intorno le acque e gli acquedotti. Silloge epigrafica aquaria*. Romae 1880.

Silvius Lanciani. V. ad n. 3711.

Lud. Lanzi *saggio di lingua etrusca e di altre antiche d'Italia*. 3 voll. Romae 1789.
— Schedae eius servatae in museo Florentino, excussae nuper a Bormanno, continent Praenestinas n. 2983. 2965 missas a Petrinio.

Calistus Leoncini v. Tiburtina p. 370, VIII.

Alex. Lesley (1694—1758) ex soc. Iesu. natione Scotus, in Latio quae descripsit, ut agri Tusculani quas solus servavit n. 2538. 2546, praeterea n. 2642, item Tiburtinas complures, cf. p. 371, XIX, novimus tantum per Vulpium et per Lupium, quos cf.

Pyrrhus Ligorius Neapolitanus (cf. vol. VI p. LI, XLIII, vol. IX. X p. XLVIII, praeterea quae ipse exposui in actis minoribus academiae Berol. 1883 p. 1079—1082). V. Ostiensia p. 1; Lavinatia p. 188; Praenestina p. 292, X; Tiburtina p. 370, XI.

Iacobus Lilius (Giglio) Bononiensis (1448— c. 1513, cf. vol. III p. XXVIII; vol. VI p. XLIII, XII; vol. IX. X p. L) in sylloge, cuius adhibui solum exemplum Guelpherbytanum, habet Ostiensem n. 1 et Tiburtinas n. 3543. 3608. 3807. 3608 depromptas ex Cyriacanis, Lanuvinam n. 2113 et Tiburtinas n. 3810. 3820 ex fonte simili Iucundianis. Primus habet nescio unde petitam urbanam originis Ostiensis n. 155.

Iustus Lipsius saturnalium sermonum libri. Antverpiae 1585.
— auctarium ad inscriptiones Smetii. Lugduni Batav. 1588.
Praeterea adhibuimus codicem bibliothecae acad. Leidensis n. 22. Cf. vol. VI p. LVII, LXIV.
In hoc volumine inscriptiones descriptae a Lipsio nullae puto insunt praeter Ostiensem n. 1026 et ex Ostia Romam translatas n. 170. 408; a Pighio se accepisse quas habet Praenestinas ipse testatur, cf. p. 292, IX; idem videtur cadere in Albanensem n. 2488.

Lucidi v. p. 204.

Io. B. Lugari *monumenti al IV miglio della via Appia*. Romae 1882. V. n. 2718.

Ant. Maria Lupi (1695—1737; cf. vol. VI p. LXII, vol. IX. X p. L) dissertatio et animadversiones ad nuper inventum Severae martyris epitaphium. Panormi 1734.
— *dissertazioni e lettere filologiche antiquarie*. Arezzo 1753. 4. — Ed. 2 aucta: *dissertazioni, lettere ed altre operette*. 2 voll. Faenzae 1785. 4°. (Ego in hoc volumine solam alteram editionem citavi.)
Schedae Lupi extant inter Mariniana bibl. Vaticanae cod. 9143, aliae missae Gorio in cod. Marucell. A. 6 f. 113 seq. Illae olim nobis exscriptae non pauca dederunt a Lupio accurate descripta; Marucellianae, nuper demum a Bormanno mihi subministratae, nihil novi addiderunt. — Ceterum Marinius schedas Lupii videtur vidisse pleniores, quippe qui citet ex eis fistulam n. 3038; item ex Lupii schedis videtur habuisse quas a Lesleio descriptas dicit tegulas n. 4090, 7a et 4090, 22.

Clem. Lupi *le antiche iscrizioni del duomo di Pisa*. Pisis 1877. V. n. 9. 229.

Scipio Maffei Veronensis (1675—1755) museum Veronense. Veronae 1749 fol.

Carolus Malvasia (cf. vol. VI p. LX) Aelia Laelia Crispis. Bononiae 1683.
— marmorea Felsinea. Bononiae 1690. (Hic liber in hoc Corpore intellegitur, ubicumque nudum nomen Malvasiae positum est).

Ant. Mancinellus Veliternus notae ad Horatium. Venet. 1492. V. n. 2113.

Mancini v. Tiburtina p. 370, VIII.

Iac. Manilli *villa Borghese fuori di porta Pinciana*. Romae 1650. 8°. V. n. 128.

Aldus Manutius Paulli f. (1547—1597). Cf. vol. III p. XXIX; VI p. LI, vol. IX. X p. L.
— orthographiae ratio. Venetiis 1561. — Editio altera. Venetiis 1566.
— de quaesitis per epistolam. Venetiis 1577. V. n. 2523.
— in M. T. C. de officiis commentarius. Venetiis. 1581. V. n. 251.
Schedae Aldi Manutii ad epigraphicam pertinentes extant in bibliotheca Vaticana paene integrae (paucas quae deficiunt liber de orthographia cum imprimitur potest absumpsisse). Ex inscriptionibus huius voluminis desunt in schedis, cum extent in orthographia, n. 3602. 3712. 3818. 3841). Pertinent ex schedis ad hoc volumen praeter apographum collectionis Smetianae, quo Manutius in orthographia iterum edenda quasi pro fundamento usus est, epistulae Antonii Corradi cum inscriptionibus Praenestinis (cf. p. 292, XI); excerpta ex sylloge Tiburtina Mancinii (cf. p. 370, VIII); exemplis inscriptionum Sublacensis n. 3458 (ubi in recensu auctorum substituendus Manutio Bongianellius) et Tiburtinae n. 3881 manu Bongianelli: Monte-Roton-

Ferd. Ughelli Italia sacra sive de episcopis Italiae et insularum adiacentium. Romae 1644 seq. — Habet Tiburtinas n. 3540. 3546.

Gul. Uhden († 1835) in schedis per iter Italicum et Siculum annis fere 1792—1794 conscriptis exhibet civitatium suburbanarum inscriptiones non paucas, sed tantum non omnes hodie quoque superstites atque eisdem locis servatas (ut inscriptiones in hortis Barberinorum Praenestinis extantes), unde plerumque supersedi eum citare. Propriae ei sunt Gabina n. 2781 et tegula Praenestina n. 4091, ca/. Primus descripsit Lanuvinam n. 2092. Habet etiam Pisanam originis Ostiensis n. 292.

Fulvius Ursinus Romanus (1530—1600; cf. vol. VI p. LIV, LV) ex inscriptionibus in hoc volumen receptis (praeter tabulam aeream ab ipso servatam n. 3521, quam dedit Antonio Augustino edendam in huius volumine de legibus) edidit in libro de familiis Romanis (Romae 1577) Lanuvinas n. 2100. 2113 et Tiburtinam n. 3868 et Praenestinam, de qua dixi p. 282, XIV, a se descriptas, in notis ad Ciceronis opp. omnia (Antverp. 1581) Albanensem n. 2210, fortasse multo plures habuit in schedis olim deperditis. Cf. p. 282, XIV, ubi enumeravi, quas Praenestinas ex eius schedis enotavit et Grutero misit Gutensteinius. — Ex Smetianis vel Panvinianis edidit Tiburtinam n. 3520 in libro 'imagines et elogia virorum illustrium et eruditorum' Romae 1570.

Iohannes Pierius Valerianus (1472—1558 cf. vol. VI p. XLVII, xxii) Hieroglyphica. Adhibui editionem Lugdunensem a. 1626. V. n. 2523.

Simon Vallambertus, de quo cf. huius Corp. vol. IX. X p. LXVII, ex nostris habet n. 407.

Ridolphini Venuti Cortonensis (1705—1763; cf. vol. VI p. LXIV, cxi) apographa inscriptionum in hoc volumen receptarum habemus alia communicata cum Muratorio (n. 3570. 3618), alia cum societate columbaria Florentina (n. 2834), alia inter schedas Guarnerii (n. 3578. 3714/5. 3844) eademque in codice Vaticano 7935 (n. 3878. 3714/5. 3844).

Vercellone dissertazioni accademiche di vario argomento. Romae 1824.

Franc. Vettori (sive Victorius) (1683—1770), inter alias inscriptiones quas cum Romae degeret cum Gorio communicavit (a. c. 1727—1730) epistulis servatis in codico Gorii nunc Marucelliano A 63 (cf. vol. VI p. LXII), habet etiam Ostienses n. 437. 1770. 1802, Lanuvinam n. 2091, Albanenses n. 2282. 2285. 2301. 2334. 2335, Bovillanam n. 2410, Grottaferratenses n. 2425. 2524, Tusculanam n. 2607.

Vic et Vaissettes histoire du Languedoc. Paris. 1730. V. n. 2607.

Marianus Victorius Reatinus (defunctus a. 1572) de antiquitatibus Reates. De huius operis numquam editi exemplis cf. Mommsen vol. IX p. 440. Ego citavi exemplum Neapolitanum. Habet Victorius ex inscriptionibus in hoc volumen receptis n. 3425. 3955, praeterea n. 3534 interpolatam.

Petrus Victorius Florentinus (1499—1585). Praenestina p. 282, XII. Praeter Praenestinas exhibet in eodem codice nunc Monacensi Lat. 743 Ostiensem Florentiam translatam n. 105, Albanensem n. 2262, Tiburtinam n. 3806, Lunghezzinam n. 3808, edidit in castig. in Ciceronis epistulas ad fam. partem Ostiensis n. 439 missam a Marcello Cervino.

Vignoli de columna Antonini Pii. Romae 1702.

Sante Viola Tiburtinus. V. p. 372.

Stanislaus Viola Tiburtinus. V. p. 372.

Carolus Ludovicus Visconti, bene meritus de parte potissimum Ostiensi huius voluminis, qua de re dictum est p. 2, etiam ex reliquo Latio suburbano nonnullas inscriptiones in schedas rettulit ac nobiscum communicavit, ut n. 2221.

Ennius Quirinus Visconti (1751—1818). Cf. vol. VI p. LXV, cxvi. Schedae eius nunc servatae in bibliotheca Parisiaca continent non solum Ostienses multas, de quibus dictum est p. 4, sed etiam in reliquo Latio descriptas. Ex libris a Visconti editis in volumine adhibiti sunt.

Museo Pio-Clementino. Vol. 2—7. Romae 1784—1807.

Monumenti Gabini della villa Pinciana. Romae 1797. V. p. 279.

Catalogo di monumenti scritti del museo di Tommaso Jenkins (= *opere varie* 1 ed. Labus, Mediol. 1827 p. 71—117). V. n. 153.

Lettera su due monumenti ne' quali è memoria d'Antonio Augusto Romae 1788 (= *opere varie* 2 1822 p. 17—28). V. n. 252.

Iconographie romaine. Vol. 1. Parisiis 1817. — Ed. 2 (postuma) Mediol. 1818. V. n. 3584.

P. E. Visconti *la villa Albani descritta.* Romae 1869.

— *catalogo del museo Torlonia di sculture antiche.* Romae 1880. V. praeterea Ostiensia p. 2.

Phil. Aur. Visconti et Ios. Ant. Guattani *il Museo Chiaramonti descritto ed illustrato.* Mediol. 1820. 8°.

Franc. Ant. Vitale de oppido Labici dissertatio. Romae 1778. V. p. 275.

Raph. Volaterranus commentariorum urbanorum libri XXXVIII. Romae 1506. V. n. 3207. 3208. 3810.

Iosephus Roccius Vulpi vetus Latium profanum et sacrum (vol. 1 et 2 sunt Corradini). Patavii (vol. 3—7) et Romae (vol. 8—10) 1726—1745. (Tiburtina sua praeterea edidit apud Calogeram et in actis academiae Cortonensis, cf. p. 371, XIX). Auctor doctrinae mediocris et confusae garrulitatis chorographiae veteris Latii non multum profuit, inscriptiones sine ullo delectu ex superiorum voluminibus, in his Ligorii ineditis, repetivit, tamen, cum plerasque veteris Latii civitates operis sui causa adisset, nonnullas inscriptiones primus protulit, ut Ostienses enumeratas p. 4, Lavinates, de quibus dictum est p. 188, aliquas solus servavit (n. 476. 732. 1322. 2072). Excepit inscriptiones ut potuit; lectu difficiliores quomodo corruperit, exemplo sit Lanuvina n. 2147; male traditas quomodo tractaverit, altera Lanuvina n. 2125.

Maximiliani Waelscapple syllogen inscriptionum, ex aliorum (Smetii potissimum) collectaneis congestam, servat bibliotheca Berolinensis (cod. pict. A 61 g). Cf. vol. VI p. LI, xl; vol. IX. X p. LXVIII. De Praenestinis eius ex Smetio petitis v. p. 282, VIII. Apud eum solum inventa est falsa Ligoriana n. 337*. Praeterea in hoc volumine negligi potuit Waelscapple.

Clara Wells *the Alban hills, vol. I Frascati.* Romae 1878. V. p. 255.

Phil. Winghe Lovaniensis (defunctus Florentiae a. 1592. cf. vol. VI p. LVII, lxiii; vol. IX. X p. LXIX) in collectaneis servatis in bibliotheca Bruxellensi n. 17872. 17873 (nobis citantur Winghe I et Winghe II) inscriptiones in Latio suburbano descriptas exhibet non multas, Tiburtinas n. 3808. 3608. 3838. 3857, Grottaferratenses n. 2498. 2512, Zagarolitanam n. 2834 (nisi haec Romae descripta est), plures habet ex Latio Romam delatas, Ostienses n. 47. 128. 134. 169. 170. 296. 297. 307. 355. 408, Albanensem n. 2168, Tiburtinas 3201. 3850. 3228. 3877.

Zaccaria *storia letteraria d'Italia.* 14 voll. 1750—1723.

— *annali letterari d'Italia.* Mutinae. 3 voll. 1762—1764.

— excursus litterarii per Italiam. Venetiis. 2 voll. 1754/1762.

— *istituzione antiquario-lapidaria.* Romae 1770.

Marino Zampisio Odericus in schedis Genuatibus refert inscriptiones Tiburtinas aliunde ignotas n. 3733. 3816 et, cuius fragmentum postea comparuit, n. 3730.

Zappi v. Tiburtina p. 371, XIII.

monumenti antichi inediti per l'anno 1805 p. XVIII. XXXIX, ubi etiam formae dantur aedificiorum antiquorum sub Pio VII patefactorum (tab. I. X. XXI. XXII). Deinde ultimis anni 1824 et primis sequentis mensibus sepulcra Ostiensia, maxime ut videtur eius regionis suburbanae ubi est aedicula S. Herculani, rimatus est CARTONIVS quidam (sive Cartonii fratres) maximo cum proventu inscriptionum. Verba fecerunt de fossionibus Cartonianis Aloisius CARDINALI (*memorie romane di antichità e di belle arti* vol. I, 1824, *sezione II arti escavazioni* cet. p. 67. 66) et Iosephus MELCHIORRI (*Antologia* Florentina vol. 16 fasc. 53 p. 114—166 in epistula data Roma d. 30 Apr. 1625) et brevius Antonius NIBBY (*dissertazioni dell' acc. rom. di arch.* vol. III, 1829 p. 343 seq. = *analisi* 2 p. 476 seq., in commentatione lecta d. 30 Nov. 1666) et Eduardus GERHARD (*Kunstblatt* 1666 p. 633); inscriptiones pleraque statim ut repertae sunt accurate exceptas in schedas rettulerunt et ipse MELCHIORRI[1]), cuius sunt exempla edita a Clemente Cardinalio *memorie romane* vol. 3 (1826) p. 68 seq., qui solito more veri auctoris nomen suppressit, et Hieronymus AMATI[2]) qui etiam edidit aliquas ex eis in actis Arcadum, post aliquot annos Aemilianus SARTI[3]). Ex ipsis inscriptionibus per primos annos aliae aliis venditae esse videntur, ut n. 479 apud Kestnerum vidit Kellermannus, n. 698 devenit Massiliam, n. 536 in museum Britannicum, aliae non paucae quo pervenerint ignoratur; pleraeque anno 1826[4]) emptae a pontifice olim extabant in aedibus Vaticanis, nunc extant in aedibus Lateranensibus sed nondum publice propositae exceptis inscriptionibus Christianorum; hae enim Rossio nostro curam agente collocatae sunt in porticu superiore musei Lateranensis una cum reliquis inscriptionibus veterum Christianorum, sed proprio pariete (n. XX) et sub titulo originem indicante. Cartonii operam per aliquod tempus videtur continuavisse Tonelli (cf. Amati *giornale arcad.* vol. 39 p. 665. 666). Postea per complures annos solum Ostiense non uno loco[5]) perscrutatus est Bartholomaeus cardinalis Pacca, qui inscriptionibus repertis exornavit et suburbanum quod habuit Romae ante portam Cavalleggieri et episcopium Ostiense. Rexerat eas effossiones Petrus marchio CAMPANA; sed neque accurate umquam publice de eis rettulit neque formas aedificiorum repertorum et indicem inscriptionum quae promisit (*Bull. dell' Inst.* 1634 p. 131. 134) umquam edidit[6]). Descripsit quidem partem inscriptionum tunc repertarum Campana (quae exempla ipse postea concessit C. L. Viscontio, hic mecum liberaliter communicavit), verum non tunc cum effossae sunt sed insertas iam parietibus episcopii et eodem tectorio ex parte obscuratas quo ego primus eas nuper non sine taedio liberavi. Solum de sepulcro, ex quo prodierunt n. 664—607, in schedis Campanae quaedam inveni aliunde nondum nota. — Quieverunt deinde effossiones Ostienses usque ad annum huius saeculi 66, quo publice susceptae nec umquam plane intermissae hodie quoque publicis sumptibus procedunt. Rei agendae primum institit PETRVS HERCVLES VISCONTI; quo moderante patefacta sunt sepulcra Ostiensia potissimum eius regionis quae est ante portam Romanam Ostiae antiquae, ibi prope ubi est aedicula S. Sebastiani, sed et sepulcra Laurentum versus sita, item intramuranorum aedificiorum rudera conspicua, ut aedis Matris deum, quae dedit titulos n. 34 seq. 116 seq., et sacelli Mithriaci cum titulis n. 56—69. Rettulit de effossionibus ipse Viscontius in actis academiae archaeologicae pontificiae vol. 16 (ed. 1864) p. LXXIII seq. LXXXIV seq. XCIV. CI seq. CX seq. CXXXVI seq.; ex inscriptionibus idem pleraque publici iuris fecit libellis et separatim editis et insertis actis Arcadum Romanorum[7]). Sed nobis praesto fuerunt exempla multo accuratiora facta a CAROLO LVDOVICO VISCONTIO Petri Herculis fratris filio[8]), qui etiam doctis commentariis effossiones Ostienses saepius inlustravit[9]). Acta quoque effossionum

---

1) Praeter Nibbyum solus Melchiorri in ipsa Ostia inscriptiones illas descripsisse vel certe vidisse videtur idemque solos certe de locis ubi singulae inventae sunt interdum tradidit (cf. n. 655). — Praeter exempla illa quae ex lapidibus excepit Melchiorri praesto nobis erat sylloge inscriptionum Ostiensium ab eo inchoata, sed quae fere nihil habeat novi. Sola n. 115 nescio quo casu desideratur inter exempla illa primaria, servata tantum in ea sylloge. — Schedas Melchiorrii post mortem eius ad se delatas Petrus Campana marchio dedit Henzeno.

2) Pugillares Amatii nunc servantur in bibliotheca Vaticana (codd. 9704—9775). Inscriptiones Ostienses reperiuntur potissimum in cod. 9755 (ubi praescribitur '*Febbr. 1825. Ostiensi. Venuta, e veduta subito per favore del sig. Cartoni*' et paullo postea '*Ostiensi dell' anno passato*'). 9756 ('*Ostiensi del 1828. In Roma presso il sig. Cartoni*'). 9754 ('*Ostiensi*' simpliciter). 9757 ('*Ostiensi Maggio 1827*' et alio loco '*Ostiensi, ultimo. 1827*'). 9761 ('*Ostiensi 1888*').

3) Inscriptiones Ostienses a Sartio descriptae, eaedem fere quae nunc extant in aedibus Lateranensibus, fortasse iam tunc cum Sartius eas vidit emptae erant a pontifice — certe notam *C. C. 1829*, de qua infra dicetur, nonnullis ex eis etiam Sartius adscripsit — sed adservabantur etiamtum apud Cartonium; leguntur enim in schedis Sartii sub titulo '*Cartoni, Ostiensi.*' — Schedas Sartii servat Caietanus Pelliccioni professor Bononiensis.

4) Documento est nota plerisque ex eis incisa · *C. C.* [id est *Cardinale Camerlengo*] *1838*.

5) *Furono rivolte dapprincipio le indagini in que' luoghi del circondario ostiense che sembrar potevano men devastati in ispecie da' recenti scavatori; e tali furono giudicati alcuni contorni dell' antica città indicanti sepolcri . . . . Non si mancò quindi far parecchj esperimenti nelle parti centrali della stessa città, passando infine alla ricerca di fabbricati suburbani spettanti senza meno a ville.* Haec Campana *Bull. dell' Inst* 1834 p. 130.

6) Praeterea harum effossionum memoria extat in hoc titulo ab ipso Pacca in episcopio Ostiensi collocato. *Barptolomaeus episc. Ostiens. Velit. card. Pacca veterib. Ostiae monumentis egestis collectis forum atrium parietes aedium pontificalium instruxit nobilitavit anno MDCCCXXXIV.* — Ceterum non debet dissimulari inesse in inscriptionibus episcopii Ostiensis nonnullas quas ipsa scriptura falsitatis convincat; quae cum vix Ostiae inciseae sint, sed potius Roma Ostiam adlatae, suspicio originis alienae cadit etiam in inscriptiones genuinas in eodem episcopio adservatas. Sed cum ex his bona pars vel ipsis verbis Ostiensem se esse probet, alias Ostienses esse constet ex comparatione cum aliis inscriptionibus certae originis Ostiensis, cum denique nulla ex tanto numero — sunt autem plus minus trecentae quadraginta — cuiquam antea Romae visa sit, inscriptiones genuinas episcopii Ostiensis in hoc corpus recepi omnes sine ulla dubitatione.

7) Hos libellos numero sex citavi brevitatis causa sic P. H. Visconti inscr. Ost. I. II. III. IV. V. VI. Sunt autem hi:

I. *Antiche iscrizioni ostiensi tornate in luce dalle escavazioni dell' anno 1856 scelte e pubblicate nella faustissima occasione che la Santità di N. S. Papa Pio IX si reca ad osservarle il 26 di maggio dell' anno medesimo* = *Giornale arcadico* tom. 143 (Ian.—Mart. 1856) p 122—316. Continet inscriptiones 38.

II. *Antiche iscrizioni ostiensi, tornate in luce dalle escavazioni dell' anno 1856 in 1857, scelte e pubblicate nella faustissima occasione che la Santità di N. S. Papa Pio IX si reca ad osservarle il giorno 8 di ottobre 1857* = *Giornale arcadico* nov. ser. tom. 2 (Sept. Oct. 1857) p. 136—168. Continet inscriptiones 45.

III. *Antiche iscrizioni ostiensi tornate in luce dalle escavazioni sino all' anno 1858, scelte e pubblicate nella faustissima occasione che la santità di N. S. Papa Pio IX si recò ad osservarle il giorno 29 aprile 1858* = *Giornale arcadico* nov. ser. tom. 6 (Mai. Iun. 1858) p. 66—74.

IV. *Quinquennio lapidario dell' iscrizioni ostiensi. Si aggiungono le iscrizioni della rocca d' Ostia e quelle temporarie poste nell' occasione che la Santità di N. S. Papa Pio IX si è recata ad osservare i lavori di scava . . . nel di 28 di aprile del 1862.* Continet inscriptiones antiquas centum. Hic libellus non est repetitus in actis Arcadum.

V. *Cento antiche iscrizioni ostiensi tornate in luce dalle rinnovate escavazioni. Scelte e pubblicate nella faustissima occasione che la Santità di N. S. Papa Pio IX si reca ad osservarle il giorno 24 maggio 1860* = *Giornale arcadico* nov. ser. tom. 22 (Iul. Aug. 1860) p. 145 seq.

VI. *Iscrizioni ostiensi tornate in luce nelle rinnovate escavazioni, pubblicate nella faustissima occasione che la Santità di nostro signore Papa Pio IX si reco ad osservarle il di 15 maggio 1866*, et paullo post quasi alter titulus: *Iscrizioni ostiensi ordinate secondo i luoghi del ritrovamento dal cav. Carlo Ludovico Visconti* = *Giornale arcadico* nov. ser. tom. 48 (Romae 1866) p. 75—156. Continet inscriptiones 325. — Hic libellus fortasse rectius citari debuit sub nomine Caroli Ludovici Viscontii (cf. not. 8).

8) Pendent interdum ab eis etiam exempla a Petro Hercule edita. Praeterea titulus libellorum Viscontianorum quos supra citavimus sexti ipse indicat quantam partem in eo habuerit Carolus Ludovicus.

9) *Escavazioni di Ostia dall' anno 1855 al 1858* (annali dell' Inst. 1857 p. 281—340). — *Le più notabili iscrizioni ostiensi, mandate in luce dalle attuali escavazioni* (*giornale arcadico* nov. ser. vol. 18, 1855 p. 78 sq.). — *Del mitreo annesso alle terme ostiensi di Antonino Pio* (annali dell' Inst. 1864 p. 147—170). — *Pitture murali di tre sepolcri ostiensi* (annali dell' Inst. 1866 p. 302—335). — *Sui monumenti dei Plariani ostiensi* (*giornale arcadico* nov. ser. vol. 58, 1867. p. 172—194). — *I monumenti del metroon ostiense e degli annessi collegi dei dendrofori e dei cannofori* (annali 1868 p. 365—415). — *Di una statua in bronzo rappresentante Afrodite-Cloto, di un altra in marmo rappresentante Atti-Sole, di una cista mistica pure in marmo; rinvenuti nel campo sacro di Cibele in Ostia* Annali 1868 p. 286—345). Idem Viscontius apographa quae confecerat inscriptionum in suburbano cardinalis Paccae servatarum nobiscum communicavit. Omnino quantum debeat Viscontio corpus inscriptionum Ostiense, quivis ex nostris paginis ostendit.

publice confecta sunt, quae servabantur apud ministerium pontificis commerciis praepositum; unde inscriptiones enotatas anno fere 1872 cum Henzeno communicavit Brizio. Sed quod in actis eius generis potissimum requirimus, scilicet accuratam indicationem locorum et temporum quibus singulae inscriptiones effossae sint, id in illis actis desideratur; immo apertis erroribus interdum inquinata sunt; exempla autem inscriptionum quae in eis reperiuntur saepe transscripta sunt ex apographis factis a Carolo Ludovico Viscontio. Inscriptionum his annis repertarum pars, scilicet ea quae prodiit usque ad annum fere 1868, translata est Romam in aedes Lateranenses, pars extat Ostiae in museo[1]). — Post annum 1870 effossionibus praefuerunt primum Petrus Rosa, deinde Fiorelli et Lanciani. Lapides scripti per aliquot annos defecerunt, cum aedificia intramurana et ea privata vel certe non sollemnibus usibus colonorum destinata effoderentur; donec hieme anni 1880/81 theatrum coloniae patefactum grandi inscriptionum publicarum numero nos ditavit.

De inscriptionibus Portuensibus in universum idem fere valet quod diximus de Ostiensibus; nisi quod thesaurus antiquus inscriptionum Portuensium etiam inferior est Ostiensi, — nam singulas ibi invenerunt CYRIACVS sive qui alius servavit n. 298, IVCVNDVS (n. 256), METELLVS atque SMETIVS (n. 1952), paucas SVARESIVS (n. 188. 1710. 1852) — et quod ne nostra quidem aetas hanc lacunam satis explevit. Laude quidem dignus est Bartholomaeus cardinalis Pacca quod antequam ex sede Portuensi in Ostiensem transferretur (a. 1829) in solo Portuensi effossiones instituit[2]) et inscriptiones repertas in episcopio collocavit. Sed valde dolendum est quod eis miscuit alias ex urbe Roma petitas, in his falsas nonnullas; unde ita factum est, ut quamquam inscriptionum episcopii Portuensis magnam partem constat esse effossam in Portu, tamen plerasque non sine dubitatione aliqua pro Portuensibus habere possimus[3]). Deinde eas inscriptiones quae prodierunt inter opera facta in solo Portuensi a Toronia principe annis huius saeculi circiter 64—70 nec tunc eam prodierunt omnes descriptae sunt (ait enim Lancianius anno 1868 ex multis inscriptionibus quas vidit partem tantum describere se potuisse et eam non nisi festinantem, impedientibus eis quos Toronia operi praefecerat; nec Rossium puto cum annis 1866/8 Portum adiret has effossiones data opera et plene persecutum esse[4]), et postea dispersae sunt domino eas distribuente partim in villam suam nunc, olim Albaniorum, partim in museum suum Transtiberinum, ubi permixtae sunt aliis sine ulla nota originis; nec paucae latent vel perierunt. Fortasse futurae aetati largior messis ex Portu reservata est. — Inscriptiones Portuenses non separavi ab Ostiensibus non solum eis de causis de quibus infra dicam, scilicet quod ut Portus erat Ostiensis ita inscriptiones ibi repertae Ostiensibus adnumerandae sunt, sed etiam quod vix plene separari possunt. Nam non est exiguus numerus earum quae cum ex ostiis Tiberinis Romam adlatas eas esse constet, utrum ex Ostia an ex Portu venerint incertum est; et facile in tanta oppidorum vicinitate inscriptiones Ostia Portum vel invicem transferri potuerunt; cuius rei exemplum videtur esse n. 1112.

Haec de inscriptionibus Ostiensibus. Sed et ipsius coloniae historiam et statum qui fuit potissimum sub imperatoribus — nam eius aetatis videntur esse inscriptiones Ostienses quae extant ad unam omnes[5]) — legibus huius corporis obsecuti paucis adumbrabimus[6]). Fuit Ostia colonia Romanorum prima, condita, ut ipsi Romani[7]) voluerunt, ab Anco Marcio rege; cf. Schwegler hist. Rom. 1 p. 600 not. 5. Nomen oppido datum a situ[8]), scilicet ab *ostio* per quod Tiberis in

1) Haec quoque pars Romam adlata est anno 1875, ut novo museo epigraphico collegii Romani incremento esset, sed a. 1878 consilio mutato rursus Ostiam relata; qua occasione frustula nonnulla originis urbanae Ostiensibus sese insinuaverunt (cf. n. 1337. 1817).

2) Parca superest harum effossionum memoria apud Nibbyum *della via portuense e dell' antica città di Porto* (1827) p. 38, *analisi* 2 p. 833. 652 et apud Feam *Effemeridi letterarie di Roma* fasc. 33 (1823) p. 303, *Giornale arcadico* vol. 14 (1829) p. 338; denique in hoc titulo ab ipso Pacca in episcopio collocato: *Bartholomaeus episcopus Portuensis cardinalis Pacca S. R. E. camerarius vetera monumenta Portuensia effodienda perquirenda colligenda atque heic collocanda curavit, an. MDCCCXXII.*

3) Extant in episcopio Portuensi inscriptio T. Flavi Probati Maffeio (mus. Ver. 383, 7) visa Romae in aedibus Alteriis, inscriptio Plotiae Primigeniae ab Amaduzzio (anecd. 1, 174, 35) Romae descripta in hortulo Corsiniorum trans Tiberim, inscriptiones ineditae octo effossae teste Melchiorrio (in schedis) anno 1825 Romae in vinea collegii Clementini; pars inscriptionis n. 1118 eodem fere tempore effossae in sepulcris veteris Ostiae; denique inscriptiones recens incisae pessimo artificio non minus quindecim (tot enim numeravi), quarum pars certe repetita est ex inscriptionibus genuinis musei Vaticani. Inde omnem episcopii Portuensis apparatum antiquarium a Pacca Romae esse coemptum aliquis putaverit. Sed extant una cum illis sine dubio alienis etiam verae Portuenses non paucae, ut n. 1398 etiam saeculo XVI in Portu descripta et n. 183. 834. 1788 quarum primam procurator portus atriesque in ea memoratus Portui vindicat, alteram nomen Servilii Mansueti commune cum albo fabrorum Portuensium n. 258, tertiam C. Salonius Theodotus non diversus sine dubio a Salonio Theodoto ministro Serapei Portuensis memorato in inscriptione Graeca C. I. Gr. 5993. praeterea satis multae quae quamquam etiam Romae reperiri potuerunt, tamen Portui magis conveniunt. Sic cum n. 27 dedicata Libero patri bene convenit cultus Liberi patris in Portu aliis inscriptionibus postea repertis (n. 28—30) confirmatus; et tot inscriptiones militum classis Misenatis (412. 232—234. 233. 243) cum Portui apprime conveniant, vix credi potest alio nescio quo loco repertas et antequam ab alio exciperentur Portum adlatas. Idem fere cadit in inscriptiones Iudaeorum Graecas (cf. infra p. 3) in episcopio Portuensi adservatas. Cf. etiam n. 1433. 1338a. Accedit quod ex inscriptionibus aliunde in episcopium Portuensem adlatis inscriptiones octo effossae in vinea collegii Clementini non emptae a Pacca, sed ei dono datae esse videntur, nam Pacca, qui olim alumnus fuerat eius collegii et postea patronus et fautor (ut didici ex *Diario di Roma* 23 Aug. 1843), facile ab eius collegii rectoribus tale donum honoris causa accipere potuit. — Similes rationes fortasse cadunt etiam in reliquas inscriptiones a Portu alienas et in episcopio adservatas; et videtur omnino Pacca non undique marmora conquisivisse vel coemisse, sed ea quae repperarat in effossionibus Portuensibus oblata occasione alienis copiis auxisse. His rebus ponderatis in hoc corpus recepi inscriptiones episcopii Portuensis omnes praeter eas quas vel alienae originis certus testis vel alia causa probabilis Portui abiudicat.

4) Praeterea nobis praesto fuerunt exempla inscriptionum in Portu excepta a Fortunato Lanci (n. 4. 30. 34. 233. 337. 329. 674. 1333 1781), cui complura soli debemus, et a Laurentio Fortunati (n. 33. 130. 113. 333. 409).

5) Recepi quidem n. 24. 133. 1387. 1442 inter inscriptiones Caesaris dictatoris morte antiquiores Mommsen huius corporis vol. 1, sed de n. 33 et 153 ipse dubitavit, nec magis certa res est de n. 1337 et 1448 Fortasse rectius inter eas recipi potuit n. 433.

6) Idem argumentum data opera tractaverunt ex Italis Nibby *analisi della carta de' dintorni di Roma* 2 p. 433—473. 333—633, ex nostratibus L. Preller *Berichte der saechs. Gesellschaft der Wiss.* 1849 p. 3 seq. 131 seq. Hunc cum fundamento utatur copiis congestis a Nibbyo et ab aliis (Fea potissimum et Canina), quibus tamen recto iudicio saepe superior est, quamvis non raro a me cum fructu adhibitum, tamen in singulis raro citavi.

7) Fuerunt inter Romanos qui contenderent, Ostiam aliquam fuisse ante coloniam eo deductam, teste Festo p. 197 M.: *Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Marcius rex condidisse et feminino appellasse vocabulo fertur; quod sive ad urbem sive ad coloniam quae postea condita est refertur* cet.

8) Ostiam antiquissimam non eo fuisse loco quo nunc visuntur rudera conspicua Ostiae aetatis imperatoriae distantia a litore quod nunc est milibus passuum circiter tribus, sed quae olim mari adiacebant, verum fuisse eo fere loco quo est burgus Ostiensis aedificatus saeculo XV, distans is a litore milibus passuum circiter quattuor — ibi enim aliquando fuisse ostium Tiberinum, spatium autem mille passuum, quo distat Ostia illa antiquissima ab Ostia aetatis imperatoriae, adcrevisse terrae medio tempore inter Ancum Marcium et finem liberae rei publicae — statuit Canina *dissert. dell' accad. pontif. di archeol.* vol. 8 (1838) p. 365. 333 (cf. etiam *Indicazione delle rovine di Ostia e di Porto*, R. 1830 fol. p. 3), nullis quantum video certis causis fultus, motus solum ea re quod etiam ante viginti et plura saecula terram non minus incrementum quotannis accepisse quam hodie accipit sibi persuasit. Adscribam ipsius verba: *Nell' epoca della caduta dell' impero romano è d'uopo supporre il mare essere stato vicino al luogo, in cui si vede ora innalzata la torre di Boacciano. Ma dal termine dell' impero a retrocedere sino al tempo in cui fu edificata da Anco Marzio la primitiva Ostia, supponendo esservi stato un proporzionato accrescimento di spiaggia, si viene a conoscere che in tale epoca il lido del mare doveva essere circa un miglio più entro terra, e ma vicino al fabbricato di Ostia moderna.* Inde orsus Canina (l. c. p. 303. 303) statuit Ostienses urbem suam sensim auxisse et protulisse usque ad loci quo hodie videmus Ostiae imperatoriae rudera. Auctoritatem Caninae secuti sunt plerique, in his Preller *Berichte der sächs. Gesellschaft der Wiss.* 1818 p. 11 et Guglielmotti *storia delle fortificazioni nella spiaggia romana* (1883) p. 433—433, nec firmioribus fundamentis aliter quod etiam in forma topographica nuper publice edita — *carta dello stato maggiore, f. 149 della carta 1 a. 100000* — ad alveum Tiberinum alio loco legitur adscriptum '*Foce alla fine dell' impero*', alio '*Foce alla fine della Repubblica*'. Quae cum hoc loco plane refelli non possint, equidem Caninae opponam auctoritatem Feae. Feae enim opinio ita ferebat, tunc demum, cum alveo Tiberino in duo brachia deducto, id quod factum esse non ante Traianum idem Fea statuit probabiliter (cf. ad n. 88),

mare exit (sic Dionysius 3, 44: ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς θαλάσσης ἀγκῶνι πόλιν ὁ βασιλεὺς ἐντειχίσας, ἣν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ὠστίαν ὠνόμασεν, ὡς δ' ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν θύραν; cf. Festus p. 197 *Ostiam urbem ad exitum Tiberis*). Utrum *Ostia Ostiae* an *Ostia Ostiorum* declinatio praestaret, iam apud antiquos ambigebatur; illa videtur fuisse et antiquior et grammaticis magis accepta [1]; nihilo minus etiam hanc optimae aetatis scriptores adhibuerunt [2]. Apud Graecos quoque utraque forma invenitur [3]. Ethnicum est *Ostiensis*, Graecis Ὠστιανός; Ὠστιάτης quod adfert Stephanus Byzantius apud auctores qui extant non invenimus. — Coniuncta fuit coloniae Ostiensis deductio cum institutione salinarum, teste Livio 1, 33, 9: *Ostia urbe condita, salinae circa factae*; cf. Aur. Victor de vir. ill. 5, 2. Plin. h. n. 31, 41, 89; eas salinas [4], quamvis deinde apud auctores non memoratas [5], tamen etiam multis saeculis postea fuisse in usu documento est ipso nomine gens Salinatoria, quae quamquam alibi quoque reperitur (vol. IX n. 1993, VIII n. 19998. Fabrett. 108, 394. Mur. 1997, 10), Ostiae tamen praecipue floruit (videantur n. 1585—1973 et index nominum), originem ea ducens sine dubio a libertis sociorum qui salinarum vectigal conduxerant. — Agrum coloniae comprehensum fuisse tribu Palatina inde videtur effici posse quod etiam aetate imperatoria coloni Ostienses plerique in ea tribu censebantur testibus titulis non solum domesticis compluribus, sed etiam, externis ut Lambaesitano militis ex Ostia oriundi (vol. VIII n. 3825) et laterculis militum in urbe Roma repertis (vol. VI n. 2384, ubi tribus Palatina cum origine Ostiensi coniuncta reperitur ter; 3994, ubi idem reperitur vicies semel). Ceterum praeter Palatinam tribum, quae fortasse interdum magis statui quam origini adtribuenda est, frequens est in inscriptionibus Ostiensibus tribus Voturia (n. 73. 349. 413. 415. 439, quae sunt inscriptiones magistratuum coloniae Ostiensis, in his n. 436 optimae aetatis; praeterea n. 358. 417. 1973. 1198. 1393. 1748); neque hoc casui tribuendum esse apparet ex n. 230 [6], ubi ea tribus diserte coniungitur cum origine Ostiensi. — Ostia cum non solum ideo condita esset ut urbi Romae esset emporium, sed etiam ut *hostem moraretur* (Isidor. 19, 1, 58), coloni non in legionibus merebant, sed stipendia eis procedebant intra muros coloniae consistentibus; quod servatum est etiam bello Hannibalis (Liv. 27, 38); sed postea a. u. c. 593 in classem coacti sunt (Liv. 36, 3). — Ius dictum est colonis antiquiore tempore Romae a regibus, deinde a consulibus et praetoribus; nec quando primum aliquam rei publicae formam et proprios magistratus acceperit, in tenebris quibus ubique obruuntur origines municipales apparet. Sed etiam antequam coloniae veri magistratus cum aliqua iuris dictione concederentur, magistros ibi fuisse sacris tantum destinatos probabile est. Fortasse huius modi magistri fuerunt ei qui etiam in recentioris aetatis inscriptionibus una cum veris magistratibus sed ab his diversi reperiuntur *praetores sacris Volkani faciundis* (n. 3. 349. 390/1. 493. 413. 415; *praetor primus sacris Volkani faciundis* n. 399, hic defunctus annorum quattuor, n. 373. 433; *praetor II sacra Volkani* n. 341; *pr. tert.* n. 378) et *aediles sacris Volkani faciundis* (n. 3. 351. 379/8. 390/1), quae coniectura est Mommseni eph. epigr. 3 p. 329; nisi praetores illi et aediles aliquando veri fuerunt coloniae magistratus (Henzen ann. inst. arch. 1959 p. 197) et nescio quo tempore nova facta magistratuum ordinatione ita ad sacra tantum remanserunt, ut Romae post reges exactos servatus est rex sacrificulus; nam magistris sacrorum *praetoris* vel *aedilis* vel alia magistratuum nomina indita esse alibi non reperitur. — Aetate imperatoria Ostia solitos habuit coloniarum magistratus, IIviros (*duomvir* n. 439 fortasse Augusto antiquior; praeterea passim), quibus quinto quoque anno substituebantur IIviri censoriae potestatis quinquennales (n. 379; *IIvir. c. p. q.* in fastis coloniae publice propositis n. 245) sive quinquennales censoria potestate (n. 352) sive IIviri quinquennales (*duumvir quinquennalis III* n. 171) sive quinquennales nude (n. 373) vel etiam censores (n. 376); deinde quaestores tam aerarii (*quaest. aer.* n. 389. 301. 373; *q. a.* 379, 7. 409) quam alimentorum (n. 299); denique aediles. Duovirum nomina una cum consulum populi Romani serie primo certe p. Chr. saeculo tabulis marmoreis incisa et publice proposita esse documento sunt fragmenta talium fastorum n. 244. 245 alterum ex Tiberii, alterum ex Domitiani aetate superstes. Quaestura non videtur habuisse certum locum inter magistratus, sed aedilitas infimus honorum gradus fuisse. Munera extraordinaria fuerunt *cura operum publicorum* (n. 373, *cura operum publicorum et aquarum perpetua* (n. 172); *cura tabularum et librorum* (n. 379, 9); *cura pecuniae publicae exigendae et attribuendae* in comitiis delata (n. 379, 9—11. 378, 14—19). De *XXviris h. a. h. s. p.* memoratis n. 340 non liquet utrum fuerint magistratus coloniae Ostiensis an populi Romani, nec quid significetur litteris illis singularibus. — Apparitores publici magistratibus Ostiae praesto erant iidem fere atque in urbe Roma pariterque decuriati; etenim fuerunt Ostiae *decuriae scribarum* duae, altera *scribarum cerariorum sive scriptus cerari* (n. 349. 347. 353. 409), altera *scribarum librariorum* (n. 353. 374. 409), singulae *decuriae lictorum* (n. 393. 409) et *viatorum* (n. 353. 409, 19). Servorum publicorum numerum et statum inlustrat album *familiae publicae* n. 255 (cf. n. 33. 409, 19).

Persaepe in inscriptionibus mentio fit ordinis decurionum. Horum numerum fuisse centenarium vel paulo maiorem fortasse ex n. 393 colligi potest. Fuerunt ingenui omnes, equites Romani multi (n. 294. 314. 335. 341. 373. 375. 379. 378. 390. 391. 444). Decuriones fiebant sive adlegebantur decreto decurionum (n. 321. 349. 393. 398. 383. 379. 379. 399. 441. 445), etiam infantes (n. 375); pro qua adlectione summam honorariam rei publicae fuisse inferendam inde patet quod interdum legimus decurionatum gratis esse concessum (n. 382. 393. 379). Plerumque ei qui decuriones fiebant simul adlegabantur inter aedilicios, ita tamen ut de utraque re ordo separatim decerneret (n. 409; minus accurate dicitur *d(ecreto) d(ecurionum) aedili allecto* n. 413. 415, 9). At inter duoviralicios sententiam dicere non videtur licuisse nisi duoviratu functis. — *Decurionatus ornamentis* honoratur homo ut puto libertinus infra n. 974, libertus Augusti procurator annonae infra n. 3045.

Decurionibus dignitate aliquantum inferior, numero et opibus for-

impetus fluminis debilitaretur, arenam ante ostia Tiberina subsidere et terras adcrescere coepisse. Cf. Fea *alcune osservazioni sopra gli antichi porti d'Ostia, ora di Fiumicino* (1824) p. 6: *Il corpo dell' acqua diviso in due, non ebbe più quella prima forza di allontanare l'arena da alcuna foce*; item *storia delle saline d'Ostia* (1831) p. 32: *la stessa natura . . . fece ritirare il mare ognora più da che Trajano imprudentemente aprì quella fossa per la quale divise le acque, la ora detta Fiumara, o sia il corso primitivo del Tevere, non ebbe più quella . . . forza, di spingere in alto le sue arene, e quelle smosse e rigettate dal mare nelle tempeste*. Cf. etiam *Ristabilimento della città d' Anzio, della città d' Ostia* cet. (1835) p. 33. Quamquam fortasse ne haec quidem omni ex parte vera sunt. Immo etiam ante Traianum fauces Tiberinas arenis obstrui coepisse satis constat. Dionysius quidem, quo potissimum teste utitur Fea, εὐρύνεται τε γάρ ait (3 c. 44) ἐπὶ πολὺ τῇ θαλάττῃ συνάπτων — Tiberis amnis — καὶ κόλπους λαμβάνει μεγάλους, οἵους οἱ κράτιστοι τῶν θαλαττίων λιμένων· ὃ δὲ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις, οὐκ ἀποκλείεται, τοῦ στόματος ὑπὸ τῆς θαλαττίας θινὸς ἐμφραττομένου . . οὐδ' εἰς ἕλη καὶ τέλματα πλανώμενος ἄλλοτε ἄλλῃ (προκαταναλίσκεται πρὶν ἢ) τῇ θαλάττῃ συνάψαι τὸ ῥεῖθρον, ἀλλὰ ναυσιπέρατός ἐστιν ἀεί. Sed huic narrationi contraria sunt tam testimonia Strabonis 5, 3, 5 p. 231 et Plutarchi Caes. 58 (cf. infra p. 8) et Cassii Dionis 60, 11 quam id ipsum quod Claudius vetere navium statione relicta novam portum fecit. Tamen hoc facile Feae concedemus, Romanorum aetate annuum terrae incrementum multo minus fuisse quam nostra. — Ceterum ibi ubi Canina collocavit Ostiam Anci Marci omnia sunt plena sepulcris aetatis imperatoriae.

1) Festus p. 197. Charisius lib. I. p. 38 K. (*Ostia exitus fluminum in mare neutro genere semper pluraliter dicuntur sed si urbem significare voles, singularem potius numerum observabis; quamvis Sallustius frequenter etiam plurali numero urbem significat*) qui tamen alibi (p. 33 K.) *Ostia* enumerat inter nomina civitatium quae natura pluraliter enuntiantur.

2) Sallustius apud Charisium p. 38 K. (cf. not. 1). — Etiam in inscriptionibus numerus pluralis multo frequentior est.

3) Illam habent Polybius (31, 22 et apud Stephanum s. v.) et Dionysius 1, 8. 3, 44. 48, 1 et Plutarchus Mar. 35. 42, Otho 3, item inscriptio Graeca edita ann. inst. 1858 p. 33, hanc Strabo (passim), Appianus bell. civ. 1, 67. 88 (ubi male editur Ὠστια), Cassius Dio 35, 38. 60, 31. — Non recte Stephanus ex Ὠστίων, quod repperérat apud Phlegontem, effecit Ὠστίους.

4) Ex Feae libro *Storia delle saline d' Ostia introdotte da Anco Marcio quarto re di Roma* (R. 1831) scripto in lite pecuniaria inter fiscum pontificis et privatos nescio quos, non multum didici.

5) Aeneam *egressum in agrum Laurentem, cum paululum e litore processisset, pervenisse ad duo stagna aquae salsae vicina inter se* legimus in libro qui inscribitur Origo gentis Romanae c. 13. Stagnis illis significari salinas Ostienses statuit Fea *storia delle saline* p. 7; hoc num recte fecerit, ego valde dubito.

6) *L. Iulius L. f. Vot. Victor Ost.*

tasse superior erat *ordo Augustalium* (n. 337. 373. 421), qui modo *Augustales*[1]) appellantur, modo et saepius quidem *seviri Augustales*[2]). Fuerunt libertini paene omnes. *Quinquennales* Augustalium quin aliquando fuerint magistri ordinis quinto quoque anno facti, non potest dubitari; sed eo tempore cuius sunt inscriptiones Augustalium quae supersunt fortasse omnes, id est altero et tertio p. Chr. saeculis, quinquennalitas evaserat honor perpetuus ab ordine Augustalium delatus ob merita (n. 319 *huic VIviri Aug. post curam quinquennalitatem optuler.*; n. 391 *adlectus inter primos quinquennalis*, unde etiam inter ipsos quinquennales discrimen aliquod fuisse coniceceris), sed promiscue, ita ut bona pars Augustalium essent *Augustales* eidemque *quinquennales*[3]). Veri magistri ordinis hoc tempore fuerunt *curatores* (n. 8. 13. 393. 360. 399. 421. 491, 19). Hos aliquando annuos fuisse ostendit elogium nonnullis tributum quod per complures annos curam continuaverint (n. 12. 313); sed tempore procedente haec continuatio videtur in consuetudinem abiisse ita ut etiam *curator perpetu(u)s* reperiatur n. 369. *Ob honorem curae*, ut est n. 397, 9, summa honoraria inferebatur X milium nummum. *Familia Augustalium* memoratur n. 337, 14. *Genius sevirum Augustalium* ab ipso ordine colebatur teste n. 12.

Populi quoque in colonia Ostiensi etiam saeculo p. Chr. altero aliquas certa fuisse partes documento est cura pecuniae publicae exigendae et attribuendae Lucilio Gamalae *in comitiis* delata (n. 375, 9—11. 373, 19).

Deorum in colonia Ostiensi inprimis adeoque antiquiore tempore fortasse unice cultum esse Vulcanum inde apparet quod non solum magistri antiquitus sacrorum causa coloniae concessi appellabantur *praetores* et *aediles sacris Volkani faciundis*, sed etiam quod pontifex coloniae exemplo plane singulari ab eo deo appellationem traxit *pontificis Volkani et aedium sacrarum*; cuius appellationis pars altera eo inlustratur, quod ex inscriptionibus n. 47. 324. 329. 992 (cf. etiam n. 132) discimus in aedibus sacris et locis sacris coloniae Ostiensis titulos et statuas dedicari non potuisse sine permissu pontificis, ita tamen ut consentirent duoviri. Utrique diserte nominantur n. 47 *permissu C. Naevi Marcelli pontificis Volcani et aedium sacrarum et Q. Lolli Rufi Chrysidiani et M. Aemili Vitalis Creperciani IIvir.* et n. 352 *locus datus a Iulio Faustino pont(ifice) Volk(ani) [et] aed(ium) sacrar(um) . . . sub q(uin)q(uennalitate) c(ensoria) p(otestate) Q. Veturi Firmi Felicis Socratis et L. Flori Euprepetis.* Non collegium pontificum, sed unum pontificem fuisse Ostiae inde coniecerim quod singulas dedicationes supra recensitas pontifex unus ita permisit ut collegii ne mentionem quidem fecerit. De dignitate sacerdotii inde iudicari potest quod eo non raro fungebantur senatores populi Romani (n. 72; v. c. n. 325 idem cuius est n. 324). Non solum autem summum sacerdotium coloniae videtur fuisse pontificatus, sed etiam, si praetores et aediles Vulcani exceperis, antiquiore tempore unicum; nam augures in inscriptionibus Ostiensibus adhuc non esse repertos casui tribui non potest; reliqua autem sacerdotia quae infra enumerabimus videntur esse originis vel posterioris vel externae. — *Deus patrius* cui est dedicata n. 3 nescio an idem sit atque Vulcanus. Aedes Vulcani memoratur inter aedes a Lucilio Gamala restitutas vel constitutas loco primo (n. 379, 21). Aedes Iovis memoratur a Livio 33, 1 sub a. 975. *Capitolium* Ostiae fuisse discimus ex n. 32[4]). *Genius coloniae* habuit sacerdotem peculiarem (n. 373). Castoribus Ostiae a magistratibus urbis Romae sacra facta et ludos exhibitos esse exponetur infra ad n. 1. Divorum imperatorum cultum testantur flamines Vespasiani (n. 292. 299), Titi (n. 400), Hadriani (n. 393. 390. 391), Severi (n. 373), item flamen divorum nescio quorum n. 444, item *flaminica divae Aug(ustae)* (n. 399); *flamen* nude, fortasse divorum omnium, est n. 301. 332. 341. Flamen Romae et Augusti memoratur n. 373. 409, aedes Romae et Augusti n. 393, aedituus eius aedis n. 73. *Sodales Arulenses* reperti in solis inscriptionibus Ostiensibus (n. 941. 373. 432) qui fuerint et unde nomen traxerint ignoratur. — Ex sacris externis Ostiae publice colebantur inprimis sacra Isiaca (*sacerdos Isidis Ostiens.* n. 429. 437, *Isiaca* n. 202 cf. n. 1944, *Isiacus* n. 343 et n. 352 quorum alter vir clarissimus, cf. n. 19; *sacerdos sanctae reginae* idemque *Anubiacus* n. 352; *Bubastiaca* n. 21) et sacra Matris deum (*archigallus coloniae Ostiensis* n. 34. 39. 389, *sacerdos* femina *Matris deum magnae coloniae Ostiensis* n. 371, *apparator M. d. m.* n. 53) tam intra moenia coloniae ubi fuit *campus Matris deum* memoratus n. 324, et ubi publice taurobolia quotannis fiebant pro salute imperatoris (cf. n. 40—43), quam in portu Ostiensi (*sacerdos* femina *Matris deum magnae Portus Augusti et Traiani felicis* n. 408, *tibicen* eiusdem n. 409, *sacerdos M. d. Trastib.* n. 439). Ad cultum Matris deum pertinuerunt etiam corpora dendroforum et cannoforum, de quibus vide potissimum ad n. 39. 34 seq. 290 seq. Sarapis quoque Ostiae vel potius in Portu suam habuit aedem et suum νεωκόρον; ex Serapeo Portuensi quae prodierunt monumenta Graeca omnia composuimus sub n. 47. De *spira Traianensium* Portuensi cf. ad n. 4. Denique sacra Mithriaca permultos Ostiae habuerunt asseclas (n. 59—93. 283). — Antiquorum Iudaeorum memoriae epigraphicae in ipsa Ostia adhuc repertae sunt nullae, in portu Ostiensi complures scriptae Graece (cf. de Rossi *bullettino crist.* 1999 p. 40; Lanciani ann. inst. arch. 1836 p. 191). — De ecclesia Ostiensi ante principium saeculi quarti a veris auctoribus memoriae nihil est proditum, nam acta S. Laurentii, in quibus memoratur episcopus Ostiensis sub a. 291 (cap. 27, apud Surium vol. 4 p. 919), iam ipsi Baronio (Martyrolog. Rom. ad d. 10 Aug.; annal. eccl. ad annum 291, VIII, ed. Luc. vol. 3 p. 94) in suspicionem venerant; nec magis certus est episcopus Ostiensis, cuius martyrium idem Baronius recenset sub d. 29 Aug. (cf. Acta Sanct. m. Aug. vol. IV p. 365)[5]); sed extant tituli sepulcrales christianorum Ostiensium saeculo IV antiquiores non pauci (infra p. 171 seq.). Certa episcopi Ostiensis mentio non fit ante annum 313 (Optatus de schismate Donatist. 1, 23 p. 23 Dupin.). *Presbyter* ecclesiae Ostiensis fortasse memoratur in fragmento n. 1979. Urbis Romae episcopum ab Ostiensi ordinari solitum esse antiquissimus testis est Augustinus (brevic. collat. cum Donat. 3, 16, 29: *non Numidiae sed propinquiores episcopi episcopum ecclesiae Carthaginis ordinent, sicut nec Romanae ecclesiae ordinat aliquis episcopus metropolitanus, sed de proximo Ostiensis episcopus*), maxime propter loci vicinitatem, ut ipse Augustinus indicat; cuius rei imago quaedam hodie quoque in Romano pontifice inaugurando servatur. Episcopus Ostiensis quomodo una cum reliquis civitatium suburbanarum episcopis inter clericos ecclesiae Romanae adsumptus sit factus decanus cardinalium Romanorum, ut non indignum quaesitu, ita ab huius scriptionis proposito alienum est.

Ostia quamquam ideo potissimum condita est ut *peregrinas merces* urbi Romae destinatas *acciperet* (Isidorus orig. 15, 1, 39) et mansit solum Romanorum emporium per multa saecula — nam Puteoli conditi a. u. 330 sero demum partem commercii transmarini sibi vindicaverunt —, tamen portum non habuit[6]) quoad stetit libera res publica;

1) n. 8. 287. 288. 299. 338. 342. 330. 358. 388. 393. 334. 441. 448. 442. 447. 420. 427. 483.

2) n. 290. 321. 298. 337. 318. 323. 328. 333. 342. 350. 331. 333. 357. 413. 433. 443, praeter seviros Augustales eosdemque quinquennales, quos vid. not. 3.

3) *sevir Augustalis quinquennalis* n. 278. 331. 421. 426, *sevir Aug. et quinquennalis* n. 333 cf. n. 308, *sevir Aug. item quinq.* n. 333. 303, *sevir Aug. idem quinquennalis* n. 83. 383. 313. 318. 317. 312. 321. 322. 333. 333. 344. 343. 385 337. 037. 373. 383. 381. 383. 384. 388. 383. 383. 398. 404. 423. 483. 448. 443. 433. 433. 432. 442, praeterea in inscriptione adlata p. 8 not. 3.

4) L. Aemilius Iulianus *sacerdos Solis et Lunae* cuius sunt tegulae Ostiae repertae (C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 433) fortasse non Ostiae, sed Romae eo sacerdotio functus est.

5) Prudentius (peristephanon XI) martyrium Hippolyti eius qui *quondam presbyter* ecclesiae Romanae *schisma Novati attigerat* (v. 19, qua in re consentit cum Prudentio titulus eidem Hippolyto positus a Damaso, nuper primum editus a de Rossio *bull. crist.* 1881 p. 83 tab. 1) collocavit apud *Ostia Tiberina* (v. 43) sive *Tyrrheni ad litoris oram quaeque loca aequoreus proxima portus habet* (v. 47. 48); sed ex hac narratione nihil de ecclesia Ostiensi discimus; nam ex verbis *ipsum Christicolis esse caput populis* quae accusatoribus Hippolyti adtribuuntur v. 80, ne id quidem effici potest, Hippolytum a Prudentio habitum esse pro episcopo eius loci, ubi res agebatur, multo minus Hippolyti tempore fuisse aliquem Portuensem episcopum diversum ab Ostiensi (cf. p. 7 not. 2).

6) Etiam liberae rei publicae temporibus fuisse Ostiae portum et navalia ad Ancum Marcium auctorem ab ipsis Romanis relata a multis creditur sine idoneis testibus, nam verba Ennii *idem loca navibus celsis munda facit* (lib. II fr. 20 Vahl.) num de vero portu accipienda sint dubitari potest neque necessario ad Ostiam spectant; prora autem insculpta in parte aversa nummorum aeneorum a L. Marcio Censorino cusorum (Cohen tab. 28 *Marcia* p. 13), in quorum parte adversa visuntur imagines Numae Pompilii et Anci Marcii, quomodo a nummorum enarratoribus inde ab Ursino (famil. Rom. p. 155) ad portum *Ostiensem* referri potuerit, cum

nec litus arenosum ullum refugium nautis praebebat. Statione naves utebantur ipso ostio Tiberis (Dionysius 3, 44: λιμένι χρησάμενος — Ancus Marcius — αὐτῷ τῷ τοῦ ποταμοῦ στόματι; Polyb. 31, 20, 11 εὑρὼν ἐν τῷ στόματι τοῦ Τιβέριος ὁρμοῦσαν Καρχηδονίαν ναῦν et paulo post c. 26, 7 προῆγον εἰς τὴν Ὠστίαν ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Τιβέριος), ut nunc utuntur novo ostio Tiberino quod est Fiumicini; onerariae autem naves pleraque litore vitato per lenuncularios frumentum et merces exposuerunt vel acceperunt (Strabo 5, 3, 5 p. 231 παρακινδύνως μὲν οὖν ὁρμίζονται μετέωρα ἐν τῷ σάλῳ τὰ ναυκλήρια, τὸ μέντοι λυσιτελὲς νικᾷ· καὶ γὰρ ἡ τῶν ὑπηρετικῶν σκαφῶν εὐπορία τῶν ἐκδεχομένων τὰ φορτία καὶ ἀντιφορτιζόντων ταχὺν ποιεῖ τὸν ἀπόπλουν πρὶν ἢ τοῦ ποταμοῦ ἅψασθαι [1]). Primus de porto Ostiae faciendo cogitavit Caesar dictator (Plut. Caes. 58 ἐπεχείρει ... τῇ ἔγγιστα τῆς Ῥώμης θαλάσσῃ κλεῖθρα διὰ χωμάτων ἐπαγαγὼν καὶ τὰ τυφλὰ καὶ δύσορμα τῆς Ὠστιανῆς ἠιόνος ἀνακαθηράμενος λιμένας ἐμποιήσασθαι καὶ ναύλοχα πρὸς τοσαύτην ἀξιόπιστα ναυτιλίαν; Porphyrio ad Horat. art. poet. 65: *divus Caesar duas instituerat res facere, portum Ostiensem munire* cet.; Sueton. Claud. 20); sed morte praeventus est [2]. Rem inchoavit imperator Claudius primis ut videtur imperii annis — nam sub a. 42 rem refert Cassius Dio, et *fossas ductas a Tiberi operis portus causa* memorat titulus n. 85 scriptus anno 46 — idemque perfecit; nam Claudio soli rem tribuunt auctores qui de ea verba fecerunt Suetonius (Cl. 20) et Cassius Dio (60, 11; cf. Plinius h. n. 9, 14. 16, 202). Verum dedicavisse videtur Nero; nam vix alio modo potuit fieri ut in Neronis demum nummis [3] novus portus celebraretur et veri auctoris proprio nomine celato *portus Augusti* [4] appellaretur. Opus a Claudio factum Traianus non ante annum 100 [5] amplificavit ita ut alterum portum adderet tutiorem [6] et ampliorem [7]. Portus ita amplificatus et bipertitus [8] appellatus est *portus Augusti et Traiani felix* (n. 408; cf. n. 26 *[port]us Traiani felicis*) vel etiam *portus uterque* [9]. Portum comprehensum fuisse finibus coloniae Ostiensis, a cuius moenibus distabat passus plus minus MD interfluente Tiberi, diserte indicat Suetonius (l. c.: *portum Ostiae extruxit*; cf. Quintil. 3, 8, 16: *an portus fieri Ostiae possit*) et *Ostiensem* eum nominant tam nummi Neronis supra citati et inscriptio n. 163, quam Suetonius (l. c. *portum Ostiensem*) et Plinius 2, 14. 16, 266 et Quintilianus 5, 21, 10 et Porphyrio ad art. poet. 60. Nec videtur habuisse suam rem publicam portus Ostiensis ante saeculum p. Chr. IV. Nam neque apud auctores fit mentio talis rei publicae [10] neque in inscriptionibus reperti sunt magistratus vel ordo portui Ostiensi peculiares, sed etiam sacra quibus portus carere non potuit ab Ostiensibus videntur esse procurata [11]; nam non solum infra n. 192 reperitur idem homo et Ostiae sacerdotio Isidis et trans Tiberim, id est prope portum, sacerdotio Matris deum fungens, sed ut dedicaretur titulus n. 47, quem statuisse prope portum admodum probabile est, permiserant pontifex et magistratus Ostienses. Item ex hominum in ipso porto occupatorum sodaliciis aliqua certe et Ostiensia appellata sunt et matriculas suas intra moenia coloniae proposuerunt. Quamquam alia eius generis collegia nonnulla apud ipsum portum matriculas suas proponere (n. 256. 252. 260) neque Ostiensia appellari, sed aut a porto, ut *fabri navales Portenses* (n. 102) diversi videntur a corpore fabrum navalium Ostiensium, aut tam a portu quam ab ipsa colonia, ut *corpus pistorum Ostiensium et Portensium* (n. 374) sive

hic sit ordinarius typus nummorum aeneorum Romanorum, ego non intellego; nam quod in nonnullis ex his nummis pro una prora reperiuntur duae, hoc nihil ad rem facit reperiturque etiam in aliis nummis eiusdem aetatis; nec maioris momenti est quod in aliis ex his nummis una cum prora statua Victoriae imposita columnae, in aliis nescio qui arcus visuntur. — Navalia autem, ubi liberae rei publicae temporibus naves longae vel ex expeditionibus reduces vel ab hostibus captae subducebantur, non Ostiae fuerunt sed Romae (Liv. 8, 14, 12. 45, 42, 12. Plutarch. Cato min. 39; cf. Becker Top. p. 159 sq.), neque obstat quod bello Hannibalico pars classis Ostiae constitisse traditur (Liv. 27, 22, 12) vel quod rerum scriptores de expeditionibus navalibus verba facientes Ostiensem stationem potius memorant quam navalia Romae (Liv. 22, 11, 7. 23, 38, 9. 25, 20, 3. 26, 19, 11. Cic. pro leg. Man. 12, 33). Neque si umquam Romani naves publice aedificaverunt — sed plerumque naves aedificandae vel reficiendae mancipibus sine dubio locabantur, — id cur Ostiae potius quam Romae factum sit, causam video. — *Navale* L. Coilii memoratum in inscriptione Lucili Gamalae n. 375, 25 nec quando aedificatum sit constat nec quid fuerit.

1) Similiter navis ea quae anno urbis 550 Matrem deum Pessinunte adferebat, non ipsa ostium Tiberis intravit, sed *postquam navis ad ostium amnis Tiberini accessit*, P. Scipio Nasica, *in salum nave evectus ab sacerdotibus deam accepit extulitque in terram*. Sic Liv. 29, 14. Ceterum huic Livii narrationi contraria est nota illa fabula de Claudia Quinta quam referunt Ovidius fast. 4, 291 seq. et Suetonius Tiber. 2.

2) A Caesare Augusto quoque eandem rem vel agitatam vel etiam inchoatam esse plerique voluerunt; sed testimonia quae adferuntur sunt nulla. Nam quae leguntur inter scholia ad Horatii art. poet. 65: *apud Ostiam civitatem Augustus mare irrumpens interclusit et aggere terrae et lapidibus obstruxit portumque ibi fecit*, ea pendent ex verbis Porphyrionis supra adlatis nec sunt habenda pro antiquis; neque appellatio *portus Augusti* obvia primum in nummis Neronis ad Caesarem Augustum pertinere potest (cf. not. 4). Denique ex verbis quae leguntur apud chronographum anni 354 (ed. Momms. p. 645): *hoc* (Octaviano Augusto) *imperatore navis Alexandrina primum in portu Romano introivit*, non sequitur eum portum, qui saeculo p. Chr. quarto plerumque appellabatur *Romanus*, extitisse iam sub Augusto.

3) Eckhel 6 p. 276. Cohen Nero n. 24—38. 245—252. Sunt ex aere omnes et nota *s(enatus) c(onsulto)* inscripti.

4) Videntur hanc appellationem excogitavisse ei qui monetae aeneae cudendae a senatu praepositi erant, ut neque memoriam Claudii invisam intempestive renovarent neque, cum novo principi nominatim opus portus adscriberent, veritati nimis evidenter repugnarent. Inde ea appellatio in usum recepta est, ut invenitur apud scholiastem Iuvenalis (vid. infra not. 7), apud Cassium Dionem 75, 16 (κῆτος ὑπερμέγεθες ἐς τὸν τοῦ Αὐγούστου ἐπίκλην λιμένα ἐξώκειλε), in itinerario Antonini p. 123 (ubi *urbis* vocabulum delendum est). 124. 130, apud Ammianum Marcellinum 19, 10, 4, denique in tegulis nonnullis (Marini cod. Vat. 9113 n. 2149 a) oriundis fortasse ex ipso portu Ostiensi.

5) Nam Plinius in panegyrico quem eo anno habuit novum portum non praeterisset; cave autem ne mentionem portus latere putes in his Plinii verbis (paneg. c. 29) *parens noster ... reclusit vias, portus patefecit, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddidit*, quod voluit Nibby (*Porto* p. 50 = *analisi* 2 p. 313). Etiam nummi Traiani infra (not. 7) citandi anno 104 non sunt antiquiores.

6) Etiam post Claudium *ducentas ferme naves portu in ipso violentia tempestatis absumpserat*, teste Tacito ann. 15, 18 (sub a. 62).

7) Ad verba Iuvenalis 12, 75 seq. *tandem intrat positas inclusa per aequora moles Tyrrhenamque pharon porrectaque bracchia rursum, quae pelago occurrunt medio longeque relinquunt Italiam — non sic igitur mirabere portus, quos natura dedit — sed trunca puppe magister interiora petit ... stagna*, vetus scholiasta adnotavit haec: *portum Augusti dicit sive Traiani* et paullo post *quia Traianus portum Augusti restauravit in melius et interius tutiorem sui nominis fecit*. — Etiam nummi Traiani notati tam quinto eius consulatu quam sexto in parte aversa habentes imaginem portus cum inscriptione *Portum Traiani* (Eckhel 6 p. 424, Cohen Trai. n. 365. 366) fortasse nunc rectius referuntur ad portum Ostiensem (Nibby *Porto* p. 50 = *analisi* 2 p. 313), quam olim referebantur ad portum Centumcellensem.

8) Triplicem fuisse portum auctor est Philostorgius hist. eccl. lib. 12, 3: τὸν Πόρτον, μέγιστον δὲ οὗτος νεώριον Ῥώμης, λιμέσι τρισὶ περιγραφόμενος κτλ., errore puto. Aliter Prellerus *Berichte der sächs. Gesellsch. der Wiss.* 1849 p. 33 not. 133.

9) Procurator Augusti portui praepositus is qui sub Claudio vel paulo post Claudium appellabatur *procurator portus Ostiensis* (n. 163) postea audit *procurator portus utriusque* (n. 170; *proc. p. u.* n. 125 et vol. VI n. 1020). *Procurator ad oleum in Galbae Ostiae portus utriusque* est n. 20, *corpus pistorum coloniae Ostiensis et portus utriusque* n. 101.

10) Verba libri coloniarum p. 222 *pars agri quae circa Portum est Tiberis in iugeribus adsignata atque oppidanis est tradita* et paulo post *media pars inter Romam et Portum actis quidem mensuris est adsignata ... postea variis locis deficientibus veteranis iussu imp. Caesaris Traiani agri terminis lapideis sunt adsignati*, non ad agrum sive Ostiensem sive Portuensem pertinent, sed ad agrum coloniae Veientis territorio Ostiensi et regioni Campaniae finitimum, ita ut omni fundamento careant ea quae Nibby (*Porto* p. 42. 53 = *analisi* 2 p. 313. 318) illis verbis superstruxit. Neque quod inter rudera Portuensia moenium ut videtur pars aliqua (prope arcum dictum *l'arco di Nostra Donna*) structuram refert aetatis Severianae (Nibby l. c.), inde efficitur potest Portum a Severo Ostiensibus esse ademptum et moenibus cinctum. Denique quod in privilegiis pontificum a. 1018 et 1049 datis episcopis Portuensibus (edidit post alios Marinius i *papiri diplomatici* n. 42. 43) mentio fit *civitatis Constantinianae*, non recte inde Nibby (l. c., quem sequuntur etiam Preller *Berichte der sächs. Gesellsch. der Wiss.* 1849 p. 34 et de Rossi *Bull. arch. municip.* 1 p. 122, hic referens ad Portum ostii Tiberini tegulam repertam Romae in colle Esquilino inscriptam *saeculo Constantiano, provisio limena(rchae)*) effecit civitatem Portuensem a Constantino eo qui primus huius nominis imperium occupavit esse auctam et vel eam ipsam vel partem eius *Constantinianam* esse appellatam. Immo diversam fuisse a civitate Portuensi illam nescio quam Constantinianam ex ipsis privilegiorum verbis apparet.

11) Fortasse etiam sacerdotum urbis Romae in sacris Portus partes nonnullae fuerunt: cf. quae infra (ad n. 40—42) dicentur de archigallo populi Romani in Portu sacra faciente.

corpus pistorum coloniae Ostiensis et portus utriusque (quod corpus Ulpianus simpliciter appellat *pistores Ostienses*, cf. infra n. 101) appellationem trahere voluerunt (cf. etiam *susceptorum Ostiensium sive Portuensium antiquissimum corpus* saeculo p. Chr. quarto *ob utilitatem urbis Romae recreatum*, vol. VI n. 1741); similiter ut procurator quidam Augusti is qui intra moenia coloniae dedicavit titulum n. 20 appellatur *procurator Ostiae portus utriusque*. Sane vicum extitisse apud portum inde a primis temporibus nautis et adventoribus frequentem res ipsa paene postulat et documento sunt rudera adhuc conspicua. Fortasse etiam cohors quam Claudius *ad arcendos incendiorum casus Ostiae collocavit* (Suet. 22) non intra moenia coloniae sed propter portum ubi potissimum horrea mercibus transmarinis destinata fuisse putanda sunt tetendit; ut re vera nuper ex ipso Portu prodierunt tituli sacri dedicati a vigilibus n. 2. 13—12, item titulus n. 120 Severo Alexandro dedicatus a statione frumentariorum. — Hic rerum status invenitur mutatus saeculo p. Chr. IV. Eo enim tempore coniunctionem portus et coloniae Ostiensis cessavisse indicat appellatio *portus urbis Romae* sive *portus Romanus* quae tunc primum obtinuit pro *portu Ostiensi*[1]). Deinde christianos in portu consistentes anno iam 314 suum episcopum habuisse constat ex actis concilii quod Arelate eo anno convenit et cui adfuit praeter duos presbyteros ecclesiae Ostiensis *Gregorius* episcopus *de loco qui est in portu Romae*[2]). Praeterea titulus eius aetatis n. 300 repertus in Portu memorat *cives* sine dubio Portuenses. Denique ut duas civitates diversas Ostiam et Portum memorant saeculo p. Chr. sexto Cassiodorus (var. 7, 2: *duo quippe Tiberini alvei meatus ornatissimas civitates tamquam duo lumina susceperunt*) et Procopius de b. Goth. 1, 22. Manserunt tamen ita coniunctae, ut utraque civitas a provincia Campania, cui Ostiam adtribuit liber coloniarum p. 212 L., exempta pareret praefecto annonae urbis Romae; nam hunc et in Portu et Ostiae praesidis ordinarii loco fuisse testes sunt tituli operum publicorum, quibus praefecti annonae nomen inscriptum est, tam Ostienses n. 131. 134. 135. 137 quam Portuenses n. 132—140. 127; ut manserunt coniunctae etiam Gotthis dominantibus sub *comite portus urbis Romae*[3]) (Cassiod. var. 7, 9). — Ex supra dictis apparet inscriptiones Portuenses, ut quaedam habeant sibi peculiaria, tamen non separari debuisse ab Ostiensibus.

Ostia cum etiam ante portum ibi factum urbis Romae praecipuum fuerit emporium, Romani eo tempore quo desierant frumento domestico ali, victum cotidianum ut ita dicam Ostiae potissimum acceperunt[4]). Inde nobis quoque lapidario Ostiensi praefantibus pauca dicenda sunt, quomodo hanc partem rei publicae Romani tractaverint. Extremis liberae rei publicae temporibus, cum *vetere ex more* (Tac. ann. 4, 27) nescio quae partes Italiae quaestoribus evenirent, annonam urbis Romae curasse vel certe adiuvisse (cf. Diodor. lib. 32 fragm. 12: Σατορνῖνος . . ταμίας ὑπάρχων εἰς [ἐπὶ Herwerden spicil. Vat. p. 125] τὴν ἐξ Ὠστίας εἰς [τὴν add. Herwerden l. c.] Ῥώμην τοῦ σίτου παρακομιδὴν ἐτάχθη) videtur is e collegio quaestorum cui ora Ostiensis (ἡ παραλία ἡ πρὸς τῇ πόλει Dio 22, 4) sive *provincia* Ostiensis[5]) (Cic. pro Mur. 8, 18. Suet. Claud. 24) evenerat; certe ubicunque antiqui mentionem faciunt huius quaesturae, fit propter rem frumentariam (Vellei. 2, 94: *quaestor . . . maximam difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam Ostiae atque in urbe . . . moderatus est*); et cum a quaestore Ostiensi res frumentaria ad alium transferretur, quod accidit Saturnino a. u. c. 220 (Cic. pro Sestio 17, 39; de har. resp. 20, 43. Diodor. l. c.), paene erat abrogatio magistratus. Sustulit hos quaestores Claudius (Suet. Cl. 24. Dio 22, 24) et eis vel ipse vel ex successoribus aliquis substituit procuratores annonae (diversos a procuratoribus portus, de quibus diximus supra p. 2 adn. 9) notos potissimum ex titulis Ostiae eis positis a collegiis Ostiensibus (n. 154. 120. 161. 172)[6]). Eos sedem habuisse Ostiae adiuvantes praefectum annonae Romae constitutum et ex numero titulorum eis Ostiae dedicatorum apparet et ex eo quod plerumque appellantur *procuratores annonae Ostis* vel similiter[7]). Sub eis fuisse videntur *tabularii Ostis ad annonam*, Augusti liberti (vol. VI n. 8452), et *dispensatores a frumento Ostis*, Augusti servi[8]). Fuisse procuratori annonae *cornicularium* ex n. 160, fuisse ei *beneficiarios* ex n. 422 discimus. Fisci frumentarii mensam nummulariam fuisse Ostiae nuper didicimus ex titulo P. Aeli Liberalis imperatoris Hadriani liberti (infra n. 2045), qui antequam ad procurationem annonae Ostiensem promoveretur eius mensae fuit praepositus. — Post saeculum III non reperiuntur procuratores annonae; sed eorum loco saeculo quarto Ostiae sedem habuisse videntur ipsi praefecti annonae urbis Romae (cf. supra).

Haec de magistratibus Ostiae annonam urbis Romae curantibus, ipsi autem civium ut ita dicam alimentationi, id est earum rerum, quae ex provinciis transmarinis urbi Romae petendae erant, frumenti potissimum et olei, subvectioni, navium frumentariarum aedificationi, panis coctioni, ceteris rebus similibus cum ita Romanorum imperatores[9]) prospexerint ut

1) Primum anno 314 memoratur episcopus de *loco qui est in porto Romae* (Harduin. act. concil. 1 p. 268, Mansi 2, 477). Deinde *portus urbis* est apud Aethicum p. 712 Gron., *portus urbis Romae* in constitutione anni 384 (C. Th. 16, 5, 4 ter), *portus urbis aeternae* in constitutione anni 364 (C. Th. 14, 88, 4), *portus urbis sacrae* in constitutione anni 366 (C. Th. 14, 15, 8), *portus Romanus* apud chronographum anni 354 (ed. Mommsen p. 646), Hieronymum ep 66, 11. 77, 10, Cassiod. var. 7, 9, ὁ τῆς Ῥώμης λιμήν apud Zosimum 6, 11, οἱ Ῥώμης λιμένες Procop. Goth. 1, 2, ὁ Ῥωμαίων λιμήν ib. 2, 7. 8, 19. 1, 18. 3, 15. 1, 18. Sane poterat et antea portus Ostiensis dici *portus urbis Romae*, non aliter atque Strabo 5, 3, 5 p. 443 ipsam Ostiam dicit ἐπίνειον Ῥώμης, vel ut hodie dicimus non Fiumicino neque Antium sed Civitavecchiam esse verum *portum urbis Romae*, sed tunc demum appellatio illa in usum sollemnem abiit. Portuensis via quoque, qua etiam antea ex regione urbis Transtiberina in Portum perveniri poterat (teste itinerario Antonini p. 300) sive eadem fuit atque via Campana, propter quam fuit lucus deae Diae, sive diversa ab ea, tunc demum appellata est *Portuensis*; quae appellatio primum reperitur in breviculo viarum adiecto notitiae urbis Romae aetatis Constantinianae, deinde apud Aethicum p. 716 Gronov. — Coniunctae videntur esse hae nominum mutationes cum eo re quod posteriore aetate Romani ex Portu vela daturi non via Ostiensi Ostiam indeque Portum petebant, sed sive Tiberi devecti per novum ostium Tiberinum (ostium fortasse ex fossis a Claudio et Traiano operis portus causa ductis), ut fecit Rutilius Namatianus (1, 179 seq.), sive pedibus via Portuensi, prae qua Ostiensem saeculo p. Chr. sexto paene fuisse derelictam auctor est Procopius Goth. 1, 22.

2) Harduin act. conc. 1 p. 266. Mansi 2 p. 477. — Recte in universum de hac re iudicavit Doellinger *Hippolytus und Kallistus* p. 77 seq. Nec tamen cum eodem (l. c. p. 84) inde quod anno 313 una cum episcopis Terracinensi Praenestino e Tribus Tabernis memoratur episcopus Ostiensis (Optatus de schism. Donat. 1, 23), non memoratur Portuensis, effecerim ipso anno 313/14 sedem Portuensem esse constitutam. — Etiam antiquiori tempori originem sedis Portuensis adtribuit De Rossi *bull. crist.* 1866 p. 33—42, motus ea re maxime quod diversitatem quandam sermonis et locutionum inter Ostienses et Portuenses titulos christianos sibi deprehendisse visus est (l. c. p. 41 et antea apud Pitram spicil. Solesm. 4, p. 518. 546). Sed quamquam iudicium eius viri, in tali praesertim re, maximi facio, immo ipse illi obsecutus infra n. 1887 seq. christianos titulos Portuenses ab Ostiensibus quantum fieri potuit separavi, tamen haec diversitas mihi non videtur tanta esse quanta visa est Rossio; immo ipse Rossius locutionem *hic dormit* vel *dormiunt* Ostiae paene peculiarem etiam in Portu inveniri (n. 1951. 1955. 1960), licet non tot exemplis quot Ostiae, concessit. — Male ex Prudentii verbis supra (p. 8 not. 5) adlatis effici, fuisse saeculo tertio Portuensem aliquem episcopum diversum ab Ostiensi, iam supra observavi.

3) *Comes portus* memoratur etiam notae in notitia imperii occidentis p. 48, *comes portuum* in titulo Privernate vol. X n. 8414.

4) Quam coniuncta fuerit Ostia in mentibus Romanorum cum re frumentaria, eius rei exemplum subministrat Plinius. Is enim inter exempla mirae fecunditatis (h. n. 7, 3, 33) *Fausta quaedam*, ait, *e plebe Ostiae duos mares totidemque feminas enixa famem quae consecuta est portendit haud dubie*. Nam haec res vix a quoquam ad caritatem annonae referri potuisset, nisi evenisset eo loco, quo cuncta ad rem frumentariam vel pertinebant vel pertinere videbantur.

5) *Tribunal quaes.* memoratum in inscriptione Lucili Gamalae n. 375, an cum recte Mommsenus olim (act. Lips. min. 1848 p. 287) ad hunc quaestorem rettulerit, non liquet.

6) Memoratur *proc. ann. A[ug].* etiam in fragmento Portuensi infra n. 163. Fortasse etiam titulus originis incertae editus inter urbanos vol. VI n. 1633 Ostiensis est. Denique Ostiensibus propter vicinitatem quodammodo adnumerandus est titulus P. Aelio Liberali *procuratori annonae Ostiensis* positus in vico Laurentium Augustanorum (infra n. 2045). Praeterea hi procuratores memorantur in titulis Africano vol. VIII n. 1439 (cf. infra ad n. 161) et Calaritano vol. X n. 7583.

7) *proc. annonae Aug. Ostis* infra n. 160, *procurat. annon. Auggg. nnn. Ost.* n. 154, *proc. Ostiae ad annon.* n. 161, *proc. ad annon. [O]stiae* vol. VI n. 1635, *proc. ad annonam Ostis* vol. X n. 7580, *proc. annonae Auggg. nnn. [O]stiensium* vol. VIII n. 1439, *procurator annonae Ostiensis* infra n. 2045; simpliciter *proc. annon.* est infra n. 172.

8) Vol. X n. 1562: *Chrysanthus Aug. disp. a fruminto* (sic) *Puteolis et Ostis.*

9) Libera re publica atque etiam sub primis imperatoribus non videtur opus fuisse talibus adiumentis; lucrum ex navigatione et negotiatione redundans exuberabat (τὸ λυσιτελὲς νικᾷ, Strabo ait 5, 3, 5 p. 231). Coeperunt haec privilegia quantum scio sub Claudio (Sueton. Claud. 18. Gaius inst. 1, 32c:

privatos eis rebus vacantes vel singulos vel corporatos — nam in collegia coeundi ius plerumque eis concedebatur — praemiis et privilegiis adiuverint, talium collegiorum in inscriptionibus Ostiensibus uberem extare memoriam non est mirum. Et plenam notitiam horum collegiorum dabit index huic volumini subiectus; hoc loco potiora ex eis commemorasse sufficit. Ordinem ut ita dicam collegiorum Ostiensium ducit corpus fabrum navalium Ostiensium (n. 168. 129. 222? 222. 228. 272; *fabri navales Portenses* n. 160); nam privilegia illa, de quibus dixi, in his fabris coepisse videntur (cf. p. 7 adn. 9), nec sine causa in solis fabrum navalium titulis senatus consultum ex quo coire eis licebat (n. 122. 129. 232) memoratur. Sequuntur collegia hominum in ipsa navigatione occupatorum. Et *navicularii*[1]) quidem ei qui quarto certe p. Chr. saeculo praeter alios ita appellabantur, id est domini navium maritimarum frumentum et oleum ex provinciis transmarinis advehentium, Ostiae exiguam tantum sui memoriam reliquerunt; fortasse quod hi plerumque neque fuerunt Ostienses neque Ostiae constiterunt et ideo matriculas marmori incisas publice proponere vel imperatoribus statuas dedicare Romae vel Carthagine maluerunt quam Ostiae; sed tamen etiam in portu Ostiensi repertus est titulus n. 99 Antonino Pio dicatus a *dominis navium Carthaginensium ex Africa*. Diversi ab his fuerunt *codicarii navicularii* memorati in titulis n. 131 (*codicari nabiculari infernates*) posito ab ipsis imperatori Constantino curante praefecto annonae, et n. 170 (*codicari navicularii et quinq. corp. navigantes* — ubi haec ultima num coniungenda sint cum prioribus non liquet) posito ab ipsis procuratori portus utriusque, et n. 125 (*codicari navicularì*), qui et ipse positus est magistratui ordinis equestris, et alibi[2]); hi, cum *codices* a quibus appellabantur navigationi transmarinae vix fuerint apti, traiectibus brevioribus fortasse etiam in flumine Tiberi videntur fuisse occupati. Idem valet de *scaphariis* memoratis n. 409. *Lenuncularios auxiliarios*, quorum matriculae extant n. 250—253 et qui praeterea memorantur n. 341, in ipso portu navibus transmarinis operam videri dedisse exposui ad n. 252/3[3]). Mercibus adventiciis comportandis quarto certe p. Chr. saeculo destinatum fuit *corpus saccariorum portus Romae* (cod. Theod. 14, 22, 1); neque absimile fortasse fuit *susceptorum Ostiensium sive Portuensium antiquissimum corpus* (nam de susceptoribus fiscalibus cogitari non potest), *ob utilitatem urbis Romae*, ut ipsi gloriabantur, a praefecto urbis, ut videtur, restitutum (vol. VI n. 1741). Ut haec corpora mercium urbi Romae destinatarum subvectioni inservisse putanda sunt, ita alia corpora aliter annonam urbis Romae adiuverunt. Corpus mensorum frumentariorum Ostiensium (*quinq. corporis mensor. frumentarior. Ostiens.* n. 302) memoratur n. 2. 134. 289. 303. 202. 323. 422, 12. 432 (de adiutoribus nauticariis acceptoribus vide ad n. 2; *mensores Portuenses* sunt in titulo edito in adnotatione ad n. 172). Corpus mercatorum frumentariorum Ostiae posuit titulos duos alterum n. 202 quinquennali ipsius perpetuo oriundo fortasse ex civitate Africae Hippone Regio vel certe ibi honoribus functo, alterum n. 161 procuratori annonae Ostiensis. *Corpus* (negotiatorum) *vin(ariorum) urb. et Ost.*, cuius quinquennalem habemus n. 318, et ab hoc fortasse non diversum corpus *negotiator(um) vinarior(um) ab urbe*, cuius patronus fuit Cn. Sentius Felix n. 409, urbi Romae vinum suppeditasse videntur. Idem Sentius Felix patronus fuit *olearorum* (intellege negotiatorum), item *piscatorum propolarum*. Pistores Ostienses, qui Marco Caesari posuerunt titulum n. 101 (*corpus pistorum coloniae Ostiensis et portus utriusque*) et quorum *quaestor et q(uin)q(uennalis)* reperitur n. 374, cum Severo et Antonino imperantibus immunitatem a tutelis urbicis pistoribus iam dudum concessam sibi vindicare studuerint, quamquam non impetraverunt (cf. adnotata ad n. 131), et ipsi annonam urbis Romae ex aliqua certe parte adiuvisse putandi sunt. Et certe quarto p. Chr. saeculo panem urbi Romae destinatum ex parte Ostiae esse coctum constat ex eis quae Honorius a. p. Chr. 393 *de pretio panis Ostiensis* ad praefectum praetorio rescripsit (cod. Theod. 14, 19, 1). — Frumento et mercibus transmarinis recipiendis Ostiae destinata erant horrea, sita ea ut videtur prope ipsum portum; unde prodit fragmentum inscriptionis n. 194 cum mentione horreorum. Ad *horrea Portuensia* pertinet constitutio Honorii anno p. Chr. 400 (C. Th. 14, 23, 1; cf. ib. 14, 15, 4, 1); et Alaricum anno 408 in Portu πᾶσαν τὴν τῆς πόλεως τροφὴν ἀποκειμένην invenisse narrat Zosimus 2, 5 (cf. Sozomenus hist. eccl. 9, 6).

Supra enumeravi collegia ex parte certe usibus populi Romani inservientia. Ab his separatim tractari debet *collegium fabrum tignuariorum Ostis* (sic n. 102. 120. 292. 372. 371; *collegium fabrum tignuariorum Ostiensium* n. 293. 229. 330. 374) numero inscriptionum quas reliquit nulli collegiorum Ostiensium secundum[4]). Originem ducere ex remota antiquitate hoc collegium crediderim; quod autem in inscriptionibus lustra collegii ita numerantur[5]) ut quamvis adhuc incertum sit principium eius numerationis[6]), tamen eam non coepisse ante Augustum certo constet, id explicaverim ex restitutione collegii et nova ordinatione facta sub primorum imperatorum aliquo, fortasse sub ipso Augusto. Certe de fabris tignuariis Ostiensibus scimus haec, fuisse eos sub magistris quinquennalibus ternis (n. 128. 162; singuli *magistri quinquennales* reperiuntur n. 2. 290. 370. 271. 374. 407. 412 cf. adnot. 430, singuli *quinquennales* 293. 227. 316. 419; *praefectus* est n. 298), fuisse in collegio decuriones (n. 122. 330. 374) et ab his diversos honoratos, decurionibus ut videtur dignitate superiores (n. 128), plebem collegii distributam in decurias sedecim appellatam fuisse *numerum caligatorum*

---

edicto divi Claudii *Latini ius Quiritium consecuntur, si navem marinam aedificaverint . . . eaque navis . . . sex annis frumentum Romam portaverit*. Ulpian. fr. 3, 6), qui etiam alia multa in re frumentaria novavit. Quomodo autem sensim aucta sint usque ad eum statum, quem invenimus expressum in legibus saeculi IV, hoc loco persequi non licet.

1) Nautarum collegium, certe non naviculariorum qui ita appellabantur saeculo IV, videntur fuisse *Ostienses naviculariei* qui Tiburi posuerunt hunc titulum aetatis satis bonae: *.. Paccio L. f., q. pro pr., Ostienses naviculariei*. (Sic editus est e Sebastianis *viaggio a Tivoli* p. 478; exemplum minus bonum reperitur in Amatii schedis Vaticanis).

2) *Codicar(ius) curat(or) Ostis et III honor(atus)* est n. 309. — Lites inter caudicarios et mensores Portuenses memorantur in titulo relato in adnotatione ad n. 172, et anno 417 ab Honorio cod. Theod. 14, 4, 9. — *Patronus et defensor codicariorum* reperitur in titulo edito inter urbanos vol. VI n. 1649. — Praeterea in insula Igilio (*isola del Giglio*) repertus est titulus hic editus a Donatio 327, 4, hodie autem adservatus in museo Florentino: *[D(is)] m(anibus . . . . V(i)ctori sevir[o Augusta]li idem q(uin)q(uennali), [corporat]o in corpore cod(icariorum), [pat]ronum . . . . . [Fr]uctuosi seviri Augustal(is) idem q(uin)q(uennalis), cor[porati i]n corpore codicar(iorum), (omnibu)s honorib(us) functo* (sic) . . . . . *us Callinicus alumn(us) [Fructu]osi s(upra) s(cripti) et Modia Par[theno]pe coniunx fecerunt et [reliquias] Victoris s(upra) s(cripti) traiecer(unt) [post] annos XVIIII*. Hic titulus ideo hic fuit adferendus, quod Victor et Fructuosus qui in eo memorantur vix dubium est quin fuerint Ostienses et Ostiae seviratu functi sint; nec tamen recipiendus fuit inter titulos Ostienses; nam reliquias eum stetisse Ostiae et inde Igilium esse asportatum non est probabile, praesertim cum primum prodierit ne loco insulae Igilii ubi visuntur rudera aedificiorum antiquorum (*Novelle Fiorentine* a. 1700 p. 440).

3) *Navicularii maris Hadriatici* qui Cn. Sentium Felicem a primoriis coloniae Ostiensis gratis cooptaverunt (n. 409) num Ostiae constiterint, potest dubitari. — Ligna thermis urbis Romae necessaria subvectasse videntur *navicularii lignarii* memorati n. 278 (cf. cod. Theod. 14, 6).

4) Id quod supra monui de inscriptionibus Ostiensibus in universum, scilicet eas reperiri saepe etiam extra Ostiam non solum in museis, sed etiam in aedificiis medio aevo factis in opere positas, hoc praecipue cadit in inscriptiones fabrum tignuariorum Ostiensium; nam non minus sex descriptas primum Romae vel in aliis civitatibus (n. 6. 106. 128. 290. 407. 420) certis coniecturis ad Ostiam referre licuit. Inde suspicio oritur etiam inter reliquas inscriptiones fabrum tignuariorum in urbe Roma vel repertas vel primum descriptas nonnullas esse originis Ostiensis. Id olim coniecerat Mommsenus (Inscr. Neap. p. 400) de hac inscriptione descripta a solo Iucundo (cod. Ver. f. 44', cod. Magl. f. 67') Romae in palatio Sanctorum Apostolorum, quo advecta esse dicebatur ex agro Tusculano (iuxta Cyperanum oppidum' nescio quo errore eam collocavit Gruterus 414, 1), est autem haec: *T. Flavio T. lib. Hilarioni, decur. coll. fabr. ex lustro XV, nangento ad subfrag.* (sic excepit Iucundus) *lustro XVI, mag. quinq. coll. fabr. tignarior. lustro XVII, honorat. ex lustro XIIX, censor bis ad mag. creando. lust. XIX et XX, iudex inter elect. XII ab ordine lust. XXII. Claudia Ti. f. Prisca viro optimo, et Flavia T. F. Priscilla patri optimo*. Sed ego tam hanc quam alias similes fabrorum tignuariorum inscriptiones, quamvis affinitas quaedam inter eas et inscriptiones fabrum tignuariorum Ostienses intercedere videatur, nisi accedebat originis Ostiensis non dico argumentum, sed indicium aliquod probabile, ab inscriptionibus Ostiensibus excludere debui. Cf. quae adnotavi infra ad n. 408 (not. 1) p. 20.

5) Numeri lustrorum qui reperiuntur in inscriptionibus sunt hi: II (n. 299; an IIXX? cf. adn.). XXI (n. 374). XXII (n. 070). XXV (n. 297, nam fabri huius tituli vix diversi sunt a tignuariis). XXVII (n. 8). XXIX (n. 420. 074). XXXIII (n. 480). XXXVI (n. 418).

6) Magistros lustri undetricesimi inscriptos in latere basis, cuius frons scripta est anno 200, hoc anno esse antiquiores ostendi ad n. 128.

(n. 160. 374) vel *numerum militum caligatorum* (n. 128 cf. n. 416), denique in collegio fuisse scribas (n. 347). Conferri potest quod etiam in collegio fabrum tignuariorum urbis Romae fuerunt honorati decuriones scribae, et plebs item fuit distributa in decurias (vol. VI n. 1060. 6466).

Claudium imperatorem et portus Ostiensis institutione et rei frumentariae nova ordinatione annonae urbis Romae providisse supra diximus. Eodem videtur pertinere quod idem Claudius teste Suetonio (c. 25) ut Puteolis ita Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit, scilicet ad tutanda ea quae Ostiae fuerunt horrea frumentaria, eiusmodi casibus potissimum obnoxia. Testimonium Suetonii confirmatur a Tacito qui inter res gestas a. p. Chr. 69 cohortem Ostiae agentem bis memorat, scilicet iussu Othonis *septumam decumam cohortem e colonia Ostiensi* in urbem esse accitam (hist. 1, 80, quam rem refert etiam Plutarchus Oth. 3), deinde Othone iam mortuo *cohortem quae Ostiae ageret* (nescio an ipsam illam septumam decumam) a Dolabella, ut ei obiecerunt accusatores, ad defectionem *temptatam* (ib. 2, 63; cf. Mommsen Hermae vol. 16 p. 646). Sed postea, certe exeunte saeculo p. Chr. altero, Ostiae stetisse non cohortem aliquam integram sed vexillationem ex cohortibus vigilum urbis Romae inscriptiones demonstrant. Reperti enim sunt Ostiae et in portu Ostiensi non solum tituli sepulcrales vigilum complures n. 214. 221. 226. 231, sed etiam tituli sacri dedicati a diversarum cohortium vigilibus, scilicet n. 13 dedicatus a tribuno cohortis quartae curam agente centurione cohortis secundae, n. 5 dedicatus a centurione cohortis secundae et cui postea nomen suum inscripsit centurio cohortis quartae, denique n. 236 in quo memorantur vigiles ex cohortibus secunda et quinta. Et sane cohorti a Claudio, teste Suetonio, ad incendia potissimum extinguenda Ostiae collocatae apte substitui potuit vexillatio vigilum etiam Romae in eadem re occupatorum. — Praeter vigiles Ostiae fuisse stationem militum frumentariorum testes sunt dedicationes duae altera n. 120 facta Severo Alexandro a *statione n(umeri) frumentariorum* in portu Ostiensi, altera n. 7 Genio castrorum peregrinorum a frumentariis duobus in celeberrimo coloniae loco (cf. n. 146). — Denique in portu Ostiensi aetate imperatoria stetisse partem classis Romanae indicat Suetonius, cum narrat (Vesp. 8) tam Vespasiani quam ipsius tempore classiarios ab Ostia et Puteolis Romam et invicem pedibus iter facere solitos esse; nam ut hi Roma ad classem praetoriam Misenensem, ita illi Roma ad stationem classis Ostiensem vel invicem dirigebantur. Accedit quod in titulo Puteolano huius corporis vol. X n. 3664 veteranus aliquis originem ita adscripsit: *vern(a) Oste(nsis)*; nam ut simili indicatione *verna Misenensis* (vol. X, 3444. 6338) indicari constat originem ex militibus classis Misenensis, ita hac videtur significari origo ex classiariis Ostiensibus (cf. Mommsen Hermae vol. 16 p. 465 not. 4). Classiarios illos fuisse vexillationem classis praetoriae Misenensis videtur indicari non solum titulis sepulcralibus militum eius classis repertis tam in portu quam in ipsa Ostia (n. 232—243), sed etiam titulo n. 110 quamvis explicationis dubiae.

Ostia postquam bello civili Sullae partes secuta a Marianis capta et direpta est (Liv. lib. 79; Appian. b. c. 1, 67 cf. 1, 88; Orosius 5, 19, 17; inscriptio Graeca edita ab Henzeno ann. inst. arch. 1853 p. 86, col. I v. 6), deinde aliquot annis post etiam a piratis nescio quod incommodum accepit (Dio 36, 22; cf. Cic. pro lege Man. 12, 33), postea incolumis mansit multis saeculis ita florens ut florere debuit urbis terrarum dominae emporium primarium eodemque tempore suburbanum vicinitate et litorum amoenitate gratum. Maxima fuit Ostiae frequentia navium Africanarum Hispanarum Galliae Narbonensis (cf. Plin. hist. nat. 19, 0; Strabo 3, 2, 6 p. 145); sed etiam naves Alexandrinae et Asiaticae quamvis florente imperio primum Puteolos plerumque appellerent, nihilominus advenae urbem Romam petentes Puteolis iterum naves conscendere et ad portum Ostiensem cursum dirigere interdum maluerunt: Paulus apostolus ex Asia adveniens pedibus Puteolis Romam iter facit (act. Apost. 28, 14), Apollonius Tyanensis navigatione uti maluit (Philostrat. vit. Apoll. 7, 15. 16). Omnino verus est Florus (1, 4), cum *totius mundi opes et commeatus Ostiae velut maritimo urbis hospitio recipi* scribit.' Observatione dignus est etiam numerus inscriptionum quas Ostiae reliquerunt homines peregrini, tam sepulcrales (n. 470—486; titulus Graecus ineditus hic: Μάρκος Σελεύκου, Σελευκεὺς [ἐκ] Πιερίας) quam dedicatorias (n. 166. C. I. Gr. 5892). — Litus Ostiense, licet nobis, ut est nullo sien variatum, non ita grati aspectus et insuper caeli gravitate invisum, tamen Romanis placuit. Fortasse iam liberae rei publicae ultimis temporibus villae in agro Ostiensi aedificari coeptae sunt (cf. Cic. ad Att. 12, 23, 3) quibus aetate Plinii plenum erat litus Laurentinum Ostiensi contiguum (Plin. ep. 2, 17, 27), — et ei villae, quam ipse Plinius habuit prope vicum Laurentinum, copias plerasque *Ostiensis colonia ministrabat* (ib. 2, 17, 26) — et qualem in ipso agro Ostiensi habuit Symmachus (ep. 2, 52. 3, 82. 6, 8. 5, 36. 6, 72). Modestioris quoque condicionis homines ut Minucius Felix cum amicis, feriis autumnalibus Ostiam *amoenissimam civitatem* adierunt, ut marinis lavacris ibi recrearentur (Min. Fel. cap. 2[1]). Etiam quarto p. Chr. saeculo praefectum urbis Castoribus Ostiae sacrificantem *populus Romanus* comitabatur *sollemni iucunditate* (Aethicus p. 716 Gronov.). Denique huc pertinet id quod Suidas s. v. Μαϊουμᾶς ex ignoto scriptore exscripsit: πανήγυρις ἤγετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα· τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν τὴν λεγομένην Ὠστίαν οἱ τὰ πρῶτα τῆς Ῥώμης τελοῦντες ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο, ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. Ex imperatoribus Ostiae saepe moratus est Claudius (Tac. ann. 11, 26 sq., Suet. Claud. 38, Dio 60, 31) interdum sacrificii gratia, teste Tacito, vel πρὸς ἐπίσκεψιν σίτου, ut sunt verba Dionis, fortasse etiam ut operi portus ab ipso conditi instaret. Hadrianus, cuius erga Ostienses *indulgentiam et liberalitatem* ipsi remunerati sunt statuis positis (n. 80. 90), *in exstructionem thermarum* sestertium vicies pollicitus est, Antoninus Pius pecuniam *quanto amplius desiderabatur* adiecit (n. 98). Septimius Severus cum Antonino filio theatrum Ostiae dedicavit (n. 114). Aurelianus *forum nominis sui in Ostiensi ad mare fundare coepit* (vit. Aureliani cap. 45), Tacitus *columnas centum Numidicas pedum vicenum ternum Ostiensibus donavit* (vit. Taciti c. 10). Neque quarto saeculo et quinto deficiunt opera publica imperatorum nomine vel restituta vel condita (n. 134. 135. 137. 140. 141). Saeculi quarti principio per aliquod tempus Ostiae fuit officina monetae publicae; de qua vide quae adnotavi ad n. 1678. Sane incursionibus barbaricis adflicta est Ostia non minus quam ipsa Roma; ut portum Ostiensem a. 408 et rursus a. 409 captum ab Alarico (Zosim. 6, 36. 6, 6), item a. 537 a Vitige (Procop. Goth. 1, 26), mox a Byzantinis in ipsa Ostia constitutis receptum (ib. 2, 7) et rursus a Totila expugnatum (ib. 3, 36) accepimus. Sed derelinqui coepta est Ostia puto non ante saeculi septimi finem, cum Africa, deinde Sicilia ab Arabibus occupatis litora maris inferi latrociniis infestarentur. Accessit portus arenis fluvialibus obrutus et inutilis factus; denique caelum ipsum, ut fieri solet agris cultura destitutis, cotidie ingravescens. Postremum ecclesia quoque Ostiensis re esse desiit (nomine tantum servato), sub Eugenio III pontifice (anno circiter 1150) cum Veliterna contributa.

Restat ut paucis dicam de finibus territorii Ostiensis et, quod cum ea re coniunctum est, quo usque Romam et civitates finitimas versus terminos Ostiensis huius sylloges extenderim. Et inscriptiones portus Ostiensis ab Ostiensibus segregari non debere supra p. 7 exposui, sed cum ultra ipsum portum non videatur se extendisse territorium Ostiensium (cf. lib. col. supra p. 6 not. 16), reliquas inscriptiones Transtiberinas ab hoc corpore exclusi. Ex inscriptionibus repertis inter Romam et Ostiam recepi non solum n. 26 et reliquas una repertas, effossas ad miliarium viae Ostiensis circiter decimum tertium, et n. 718. 676. 1311. 1477 hodie eodem fere loco extantes — nam Egriliorum nomen n. 245. 1410 tam frequens Ostiae quam alibi rarum Ostienses ibi sepultos esse ostendit —, sed etiam n. 426 repertam, si vera traduntur, ad miliarium nonum viae Ostiensis; nam duovirum, cuius sepulcro ea erat inscripta, Ostiensem fuisse extra dubium est[2]. Laurentes ab Ostiensibus disterminavisse videtur fossa qua stagnum Ostiense in mare emittitur et super quam olim steterunt tituli n. 126. 127. Sed etiam inscriptiones extantes paucis passibus trans eam fossam in praedio Castel-Fusano coniunxi cum Ostiensibus; nam n. 361 certe Ostiensis est. Contra inscriptiones extantes in villa praedii Castel-Porziano videntur prodiisse ex ruderibus vici Laurentium Augustani; quas infra (cap. II) edemus.

---

1) Cf. etiam Macrob. sat. 7, 16, 10.

2) Exclusi inscriptionem editam vol. VI n. 1277 effossam ut dicitur ad miliarium XII viae Ostiensis; nam alienam eam esse ab Ostia apparet.

1 in basi marmorea ANGELIC.; in lapide quadrato vetusto REDIAN.; in quadrato vetustissimo PEVTING.; in columella marmorea DONI In ostia Tiberis prope Romam XII pass. CYR. (MARCIAN.). Apud Hostiam ANGELIC. et sic vel ex Hostiensi oppido RELIQVI PLERIQVE; 'modo non exta' addit IVC.

LITORIBVS VESTRIS QVONIAM CERTAMINe LAETVM
EXHIBVISSE IVVAT CASTOR VENERANDEQVE POLLVX
MVNERE PRO TANTO FACIEM CERTAMINIS IPSAM
MAGNA IOVIS PROLES VESTRA PRO SEDE LOCAVI
VRBANIS CATIVS GAVDENS ME FASCIBVS AVCTVM
NEPTVNOQVE PATRI LVDOS FECISSE SABINVS

Semel ex lapide descripta est, a Cyriaco sine dubio. Exhibent codices Cyriacani Marcianus XIV, 124 f. 142 et Angelicanus D 6 18 f. 16'; deinde compilatores Marcanova Bern. f. 80, Mut. f. 83' et f. 205; Pelicianus Marcian. f. 85, Ver. p. 143; auctor codicis Rediani f. 115'; Lilius Berol. f. 48'; Ferrarinus Traiect. f. 85, Reg. f. 17' et f. 184'; Iucundus Ver. f. 150; Alciatus Feae f. 148', Peutinger Aug. 827 f. 76' (inde Apian. 188, 3, ex quo Gruter. 89, 8, hunc emendat nescio ex quo codice Fabrettius emend. Gruterian.). Exhibent praeterea Donius 4, 58 cum 'excerpsit G. Naudaeus' scilicet ex codice aliquo; ex Donio, adhibitis schedis nescio quibus Ambrosianis, Murat. 353, 4; Pithoeus epigr. f p. 5, Burman. anthol. 1, 47.

Variam lectionem adposui plenam codicum Marciani et Angel. Cyriacanorum, plenam exceptis orthographicis Marcanovae Feliciani Lilii codicis Rediani Iucundi Alciati Peutingeri. — 1 LITTORIBVS omnes praeter Cyriaci cod. Angel. — NOSTRIS Angel. Marcan. Red. Iuc. Alc. Peut. — CERTAMINE Cyr. (Marc. Ang.) Fel. Lil. Iuc., CERTAMINA Marcan. Red. Alc. Peut. et sic suprascriptum in Angel. — 2 EXIBVISSE traditur. — VIVAT Lil. — 3 IPSAM] NVIVE Marcan. Red. Iuc. Peut. idque etiam in Cyriaci cod. Ang. postea adscriptum est, AEQVAM Alciat. (item Murat., scilicet ex schedis quas laudat Ambrosianis). — 5 VRBANVS Felic. Lil. — CAVTIVE correctum in CATIVS Cyriaci cod. Ang., hoc postea correctum est in TACIVS; TATIVS Felic. Red., TACIVE Iuc. Alciat. Peut., TACITVS Marcan. — FASTIBVS Felic. Lil. — 6 SABINOS Alc. Peut., item, sed correctum in SABINVS, Cyriaci cod. Ang., SATVRNVS Felic. Lil.

De ludis Castorum Ostiae a magistratibus urbanis celebratis praeter hoc carmen extant testimonia (composita a Mommseno huius corporis vol. I p. 385) Silvii fastographi sub die 27 Ianuar. (C. I. L. I p. 338: *ludi Castorum Ostiis, quae prima facta colonia est*) et Aethici p. 716 Gronov. ubi (in insula inter portum urbis et Ostiam civitatem) *populus Romanus cum urbis praefecto vel consule Castorum celebrandorum causa egreditur sollemni iucunditate.* Praeterea Ammianus 19, 10, 4 ad a. 359 narrat, cum naves frumentarias annonae urbis destinatas tempestates adversae *introire portum Augusti* non sinerent et urbs inopia vexaretur, repente tranquillitatem incidisse, *dum Tertullus* praefectus urbi *apud Ostia in aede sacrificat Castorum.* Denique sedes Castoris et Pollucis memoratur in titulo Lucilii Gamalae n. 376, 13. — Ludos eos saeculo IV factos esse a praefectis urbis constat ex testimoniis supra relatis; antea eos fecisse videntur praetores urbani testificante ipso Catio Sabino his verbis: *urbanis gaudens me fascibus auctum*; nam haec rectius referuntur ad praeturam urbanam, qua Sabinum functum esse constat ex altero carmine huic simili quod dedicavit Herculi Romae ad aram maximam (vol. VI n. 314), quam ad praefecturam Sabini (ut voluit Corsinus series praef. urbi p. 115), de qua nihil traditur. Cf. Mommsen *Staatsrecht* 2² p. 1034 not. 4. — Catius Sabinus cos. II ordinarius fuit n. 818.

2 puteal rotundum marmoreum. Ostiae rep. in fossionibus anni 1802/3. Nunc Romae in museo Vaticano (Gall. lap. intranti a dextra).

in superficie marginis superioris, litteris ita circulo dispositis, ut incertum sit, unde incipias:

MONITV · SANCTISSIMAE · CERERIS · ET · NYMPHARVM · HIC · PVTEVS · FACTVS · OMNI · SVMPTV

in fronte putealis.

C · CAECILI · ONESIMI
PATRO · ET · Q̄ · Q̄ · P · P · C · M · ADIVTOR
ET · L · HORTENSI · GALLI
Q̄ · Q̄ · NAVTICARIORVM
ET · N · TREBONI · EVTYCHETIS
Q̄ · Q̄ · II · ACCEPTORVM

DED · X · K · SEPT · LATERANO · ET · RVFINO n. 197
COS

Descripsit Henzen. Notitia ms. rerum a . . . quarum a Petrinio inter annos 1801/4 . . . sarum p. 174, (Guattani) *monumenti an-editi* 1805 p. XLVIII tab. IX; Henzen n. 7808. Solam inscriptionem principalem *frammenti di fasti* (1820) n. 48 cf. p. l. inscriptionem marginis Zoëga ms. p. 48.

Monitu sanctissimae Cereris et Nympharum hic puteus factus omni sumptu C. Caecili Onesimi, patro(ni) et q(uin)q(uennalis) p(er)p(etui) c(orporis) m(ensorum) adiutor(um), et L. Hortensi Galli, q(uin)q(uennalis) nauticariorum, et N. Treboni Eutychetis, q(uin)q(uennalis) iterum) acceptorum. Nauticarios et acceptores aliquo modo coniunctos fuisse cum corpore mensorum adiutorum ex eo ipso cognoscitur, quod eorum quinquennales una cum quinquennali mensorum adiutorum hunc puteum fecerunt. Quocum convenit quod titulus n. 154 positus est procuratori annonae a c(orpore) *me(n)sorum frument(ariorum) adiutorum et acceptorum Ost(iensium)*, et quod n. 388 reperitur quinquennalis *corpor(is) mensor(um) frumentar(iorum) nauticarior(um) Ost(iensium).* Fortasse et adiutores et nauticarii et acceptores decuriae quodammodo fuerunt corporis mensorum frumentariorum ita ut singulis sui essent quinquennales.

3 ara (Romae) apud Montanari palm. rom. dim. lata, prope Ostiam reperta MARINI.

DEO PATRIO
CN TVRPILIVS
CN F TVRPILI
ANVS AEDIL ET
PR SAC VOLK FAC
SIGILL VOLKANI
EX VOTO POSVIT
ARG P XV SCRP
IX

Legitur scripta manu ignota in Marinii schedis Vaticanis. Inde Marini Arv. p. 357; ex hoc Fea viaggio ad Ostia p. 58; Orelli . . .

Deo patrio Cn. Turpilius Cn. f. Turpilianus, aedil(is) et pr(aetor) sac(ris) Volk(ani) fac(iundis), sigill(um) Volkani ex voto posuit. arg(enti) p(ondo) XV scr(i)p(tula) IX. — *Deus patrius* memoratur etiam in titulis qui videntur Puteolani vol. X n. 1553. 1881.

4 rep. in Portu Romano fossionibus Torloniae anno 1863/4 LANCI. Nunc pars Romae in villa Albania.

DIANA · TVRENO · IVB · TRAIANENSIVM

Descripsi partem quae est intuenti dextra. Eandem edidit P. H. Visconti in catalogo villae Albaniae p. 311 n. 228. Pleniorem dat Lanci ms.

Media pars tituli non intellegitur et fortasse corrupta est; in IVB latere *tub(icen)* coniecit Mommsen. — *Traianensium* Portuensium praeterea extat mentio in Graeco hoc epigrammate reperto in Portu et nuper a me Romae in villa Albania recognito (ed. P. H. Visconti catalog. vill. Alban. p. 304 n. 206): Ἁγνῆς εὐσεμνοῖο σπείρης Τραιανησίων οἵδε ἱερεῖς ἱέρειά τε θεοῦ μεγάλου Διωνύσου (sic) Λ. Σούλλιος Λεωνίδης καὶ καὶ [καὶ errore bis posita] Ἰουλία Ῥουφεῖνα ἐπὶ παραστάτῃ Σεκούνδῳ. *Spira* igitur *Traianensium* Portuensis non solum Liberum coluit, sed etiam Dianam. Romae quoque spira nescio quae praeter Liberum patrem coluit Hecaten sive Dianam triformem (vol. VI n. 281).

---

5 basis SMET. Romae in domo quadam relicta divae Mariae consolatricis sub monte Iordano (significatur opinor ecclesia S. Mariae in Iordano nunc a S. Simone et Iuda nuncupata; cf. Martinelli Roma ex ethnica sacra p. 372) SMET. (ms.). *Fra il monte Iordano et il pozzo bianco* in aedibus privatis ID. (ed.). In domo oratoris ducis Ferrariensis PIGH. *Nella casa del governadore presso dove hora si chiama il Fico* LIGOR. Nunc ad D. Mariae de populo in vinea Alex(and)ri de Grandis MANVT. (Vat. 5234). — Infra Capitolium ad S. Mariae de consolatione MANVT. (orth.) neglegenter. Sub Quirinali PANV. (Vat.).

P · C O R N E L I V S
T H A L L V S
P · CORNELI · ARCHITECTI · FIL
MAG · QVINQ · COLL · FABR
TIGNAR · LVSTRI · XXVI
NOMINE
P · C O R N E L I
ARCHITECTIANI · FIL · EIVS
ALLECTI · IN · ORDINEM · DECVRION
FIDEI · SIGNVM · DONO · DEDIT

Smetius ms. Neap. p. 107, ed. f. 32, 3 (inde Grut. 29, 2); Pighius Lusac. p. 82; Ligorius Neap. lib. 34 p. 102 et in schedule solitaria, quae meum eius refert, apud Manutium Vat. 5253 f. 342. A Smetio pendent Panvinius Vat. 6038 f. 142, fast. p. 353 (ad a. 943); item Manutius, qui tamen et ipse videtur vidisse, Vat. 5234 p. 242, orth. 30, 1 (inde Ligorius Taur. vol. 8); Iacobonius app. ad Font. p. 220 ex Manutio et Panvinio. Recensuit Henzen huius corporis vol. VI n. 148.

5 XXVI Ligor. — 8 ARCHITECTIARI Pigh.

9 decuriones in quorum ordinem allectum esse filium suum praedicat is qui hanc inscriptionem posuit P. Cornelius Thallus non decuriones collegii fabrum tignuariorum fuisse puto, sed decuriones coloniae vel municipii alicuius; nam his magis quam illis conveniunt ordinis et adlectionis vocabula, et ita melius explicatur quod Cornelius Thallus decurionatum filii diserte memoravit; scilicet ipse, a publicis honoribus exclusus ut libertinus (nam non ingenuum eum fuisse, licet nominet patrem, indicat cognomen), honoribus filii ornari voluit [1]). — Haec si recte vel probabiliter dicta sunt, sequitur ut hic titulus aliunde Romam adlatus sit. Ostiensibus autem eum interposui (secutus etiam coniecturam Henzeni vol. VI l. c.) quod etiam aliae inscriptiones collegii fabrum tignuariorum Ostiensium complures in urbe Roma prodierunt.

Sustinebat haec basis signum Fidei a P. Cornelio Thallo collegio fabrum tignuariorum dono datum.

[1]) In inscriptione edita huius corporis vol. VI n. 10299 inter quinquennales lustri XXVII collegii alicuius nominatur ...ALLVS, quem fuisse hunc P. Cornelium Thallum coniecit Huelsen (vol. VI l. c.), sed ea coniectura nequaquam certa est.

6 basis marmorea. Rep. in Portu fossionibus Torloniae, nunc Romae in eiusdem museo.

cornua copiae duo

F O R T V N A E
D O M E S T I C A E · S A N
CTAE · ARA · PRO SALVTE
E REDITV · L · SEPTIMI
SEVERI PERTINACIS
AVG · *et d. clodi* SEPTI
mi albini caesaris
L · VALERIVS · FRONTINVS
7 · COH · II · VIGIL · SVA PECVNIA
POSVIT CVM SVIS
A · L · ET · V · F · I ·
FL IVLIANVS CEN
COR · IIII · VIGILI

Descripserunt in Portu I. B. de Rossi mense Mart. 1868, nuper Romae Io. Schmidt, ipse recognovi. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 187.

In medio margine superiore litteras ET ex versu ibi perscripto residuas reliquis evanidis legere sibi visus est Rossius; qua in re eum oculi fefellerunt. — 12. 13 postea alia manu additi sunt.

11 fortasse significantur his litteris ...*rius Leo* et *Varius Fuscianus* ei qui una cum Valerio Frontino memorantur etiam infra n. 13. 14.

---

7 columna marmorea alta (secundum Lancianium) met. 3, 88. Prodiit mense Martio 1881 cum theatri Ostiensis et fori adhaerentis parietinae detegantur. Locum ubi antiquitus videtur stetisse ita describit Lanciani p. 111: *Dietro la scena del teatro . . . si stende una piazza . . . . Il lato aderente alla scena, che è quello di mezzogiorno, conta quattro piloni di muro, e quattordici colonne di marmo* [fig. 12 in forma edita apud Lancianium loc. cit. tab. I] . . . . *Negli altri le colonne sono di mattoni, intonacati di stucco dipinto e scanalato.* Illarum columnarum marmorearum una videtur fuisse haec. Reperta est autem fracta humi iacens compluribus passibus a loco antiquo, scilicet a *levante del tempio* [significatur templum id quod in tabula supra citata notatum est n. 1. 2], *nel vano di un corridoio.* Nuper loco antiquo rursus erecta est.

In media columna incisa est aedicula, sub qua est Genius libans ad aram; infra legitur

GENIO CASTRO
RVM · PEREGRINOR ·
OPTATIANVS ET PVDENS
FRVMEN FRATRES
MINISTERIO !!!!!!!!!
VOTA SOLVERVNT

Descripsi. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1881 p. 116.

2 in. ante a una littera videtur esse erasa.

Similes dedicationes factas Genio castrorum peregrinorum habemus duas, quarum altera (vol. VI n. 231) inventa est in ipsis castris peregrinis, scilicet Romae in monte Caelio prope ecclesiam S. Mariae in Navicella (cf. vol. VI n. 428. 3327. Henzen *Bull. dell' Inst.* 1851 p. 113 seq.), altera (vol. VI n. 230) dedicata et ipsa a militibus frumentariis extra Romam ad miliarium tertium viae Appiae (cf. vol. VI n. 3322) ex statione quam ibi habebant milites frumentarii. Videtur igitur etiam Ostiae fuisse statio frumentariorum. Quocum convenit quod extat in episcopio Portuensi titulus Severo Alexandro dedicatus a statione frumentariorum (infra n. 128).

8 ara parva marmorea. Romae apud praesulem Zelada REGGI. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.*) inter Ostiensia.

GENIO COLONIAE
OSTIENSIVM
M CORNELIVS
EPAGATHVS · CVRAT
E AVGVSTAL · ARGENT · P · X · D D
OB DEDICATIONE EIVS
VIRITIM · DEDIT · X · I · N
ID · DEC · STLOGA ET SEVERO COS 13. Dec. 141

Descripsit Henzen. Reggi qui descripsit a. 1769 in Marinii schedis Vaticanis; Marini inscr. Alb. 57, qui vidit; Fea *frammenti di fasti* a. 28 cf. p. LII; Henzen syll. n. 6775.

M. Cornelius Epagathus quinquennalis perpetuus ordinis corporatorum lenunculariorum tabulariorum a. 162 (infra n. 250) fortasse idem est.

9 cippus marmoreus. Pisis in ecclesiae cathedralis pariete extrinsecus.

genIO
col OSTIENSIS
saCRVM
tiMOTHEVS
DOMVS
POSVIT

Descripsit Bormann. Morrona *Pisa illustrata* ed. II p. 334; Clem. Lupi *le antiche iscrizioni del duomo di Pisa* (Pis. 1877) p. 6.

5. 6 [*pro sal.*] *domus* [*Aug.*] *posuit* supplevit Lupi.

10 inscriptio marmorea) una cum statua Genii togata tenente cornu copiae effossa apud Ostia Tiberina anno superiore [1710] et Romam translata ab Agent(e [?] cardinalis Bullion. [est Emm. Theod. card. Buglione, qui anno 1700 ex sede Portuensi in Ostiensem translatus est; cf. Piazza *gerarchia cardinalizia* p. 44] dec(ani) s(acri) c(ollegii).

GENIO CORPORIS PELL · OST · QVIbus ex s.c. coire licet
M · AVREL · LAMPROCLES · AVG · LIB · PAT
S · P · D · D · D

Bianchini cod. Veron. 347 f. 125 qui descripsit m. Febr. a. 1711.

1 *Genio corporis pell(ionum) Ost(iensium).* Cf. quae adnotavi ad n. 277.

11 ara marmorea. Ostiae rep. *all' antico suo luogo, sulla piazza che s'apriva dopo la porta d'ingresso alla città* F. H. VISCONTI. A. 1878 extabat intra Ostiam antiquam non longe a porta Romana intranti a dextra, nuper translata est in museum Ostiense.

GENIO
LOCI

Descripsi. C. L. Visconti ms. qui descripsit d. 3 Apr. 1680; acta ms.; P. H. Visconti *Bull. arch. municipale* 1873 p. 163.

12 tabula marmorea. Ostiae rep., inde translata Romam in aedes Quirinales NOTITIA. Extat Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.*) inter Ostiensia.

Genio
SEVIRVM augustalium
OSTiensium
A · LIVIVS
SEVIR · AVGVstalis
curaTOR · ANNIS continuis . .
nomINE · LIVias

Descripsit Henzen. Legitur in notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 166.

13 basis marmorea. Rep. in Portu una cum n. 6 LANCIANI. Nunc Romae in museo Torlonia.

· HERCVLI
cASSIVS · LIGVS ·
TRIB · COH · IIII ·
poculum VIGIL · clava
· D · D ·
CVRAM · AGENTIbus
VALERIO · FRONTINo Ↄ coH · II
VIGIL · ET · VARIO · FVFICIANO ////RIO
LEONE · AEMILIO · CATVLLINO // Ↄ e
AGENTIBVS

Descripsit Io. Schmidt, recognovi ipse post Bormannum. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 187. Cf. ad n. 6.

14 in Portu Romano rep., nunc Romae in villa Albania.

. . . .
. . L A T . . .
curAM AGEntibus..
valerio froNTINO Ↄ coh. II
uigil. et vARIO FVficiano .. ..rio
leoNE AEMIlio catullino..Ↄ
AGENtibus

Descripsi. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 187.

15 in Portu Romano.

L · VALERIVS · frontinus
CEN · COH · V · AGENTIbus
. . . . EA · CASTRA · VI . . .
. . . . OB · EA · PRO . . . .

Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 188 ed suppletam sic ut supra. Vix recte descript.

16 tabula marmorea. Rep. anno 1776 (vel paulo antea) *nelle vicinanze di Porto*, emit Franc. Carrara et dono dedit Pio VI pontifici GALLETTI. Romae in museo Vaticano FEA. Ibi extat (*Gall. lap. dii* I).

PRO
IMP
CAES AVG
NOSTRI
L · SEPTIMI SEVERI · PERTINACIS
HERCVLI · NVMINI
SANCTO ·
CVM BASI · MARMORATA ·
ACCEPTATORIBVS ·
ET · TERRARIS ·
C · SENTIVS ·
PORTESIS ·
S · P · D · D ·

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Galletti *del primicero della sede apostolica* (Romae 1776) p. 281; Marini ms. Vat. 9124 f. 163 qui memorat Arv. p. 487 not. 32; Fea *viaggio ad Ostia* p. 53; Borghesi, qui vidit, in epistula data ad Furlanettum d. 8 Ian. 1822 (opp. 6 p. 202); Henzen n. 5588 qui vidit.

5 scriptus in spatio depresso videtur substitutus in locum alterius versus erasi. Commodi nomen ibi fuisse coniecit Marinius, probabiliter.

17 arula. Ostiae rep. a Cartonio AMATI. stne Romae in repositis musei Vaticani, de dono data Helenae ex domo imperatoria sorum.

· HERCVLI ET ·
SILVANO SAc
TI · CLAVDIVS
DIADVMENVS
CELLARIVS PSc

Descripserunt Henzenus ex lapide, Ros imagine photographica. Amati ms. 9751 Sarti ms.; Henzen syll. n. 6762. Est n. 3690 inter urbanas.

18 in Portu Romano.

prO SALVTE IMP · CAES
/ / / / / / / / / / / / / / P F A
VG · CANVRENIVS · VERV SAC
OEAE · ISIDIS · CAP
CEO ET CETERI
wACI · MAGAR · OB SVO RESTITV

Lanciani *Bull. dell' Inst.* 1868 p. 229 descripsit festinans.

19 in Portu Romano.

VOTO SVCCEpto
CALVENTIA · SEVERINA
ET · AVRELIA · SEVERA
NEPOS MEGARVM
EAMPLIAVERVNT

Lanciani *Bull. dell' Inst.* 1899 p. 229 descripsit festinans.

20 cippus marmoreus. Rep. Ostiae non longe a turri di *Bovacciano* FEA. Extat Romae in museo Vaticano *(Chiaramonti)*. — *Dagli scavi del Foro Romano* SARTI altero loco, errore.

P R O S A L V T E · E T
R E D I T V · I M P · A N T O
N I N I · A V G · F A V S T I N A E
simpulum A V G · L I B E R O R V M Q V E
E O R V M A R A N S A N C T A E patera
sic I S D I N V M I N I S A R A P I S
S A N C T O S I L V A N O L A R I B
C · P O M P O N I V S
T V R P I L I A N V S
P R O C · A D O L E V M I N G A L B A E
O S T I A E · P O R T V S V T R I V S Q V E · D · D

Descripsi post Henzenum. Fea *viaggio ad Ostia* (1808) p. 90; Marini ms. Vat. 9185 f. 197; Labus *Bibl. italiana* a. 1 t. 3 (1816) p. 91 auctore non indicato; Nibby *viaggio ne' contorni di Roma* 2 (1919) p. 299 (inde Orelli 1888) et *analisi* 2, 915; Sarti ms. bis.

18 *proc(urator) ad oleum in Galbae*, intellegendum, ut videtur, *horreis*.

21 parva basis marmorea alta m. 0,17; spatium scripturae destinatum altum est m. 0,09, singulae litterae centesima metri parte minores. Ostiae rep. a. 1881 *vicino al tempio* [significatur sine dubio aedes ea quae sola Ostiae parietes paene habet integros, Iovis vel Vulcani vulgo dicta], *ma sulla ripa del fiume* C. L. VISC. Nunc Romae in aedibus Vaticanis in museo rerum Aegyptiacarum.

ISIDI · BVBAS/TI
VENER · ARG · P
COR · AVR · P⁻⁻ƎIII
COR · ANAL · P⁻⁻ƎV
CALTIL · DIODORA
B V B A S T I A C A
T E S T A M E N T O
D E D I T

Descripsi. C. L. Visconti ms. descripsit mense Dec. 1891, unde edidit Wilmanns exempla inscr. Lat. n. 48; Vercellone *dissertazioni accademiche di vario argomento* (Romae 1994) p. 338 tab., *dissertazioni della pontif. accad. archeol.* ser. II vol. 1 (1981) in tabula non numerata cf. p. 187 (in dissertatione lecta d. 27 Mart. 1882); P. H. Visconti inscr. Ost. VI n. 838. Memoratur *Bull. dell' Inst.* 1882 p. 34.

Inde Bubas[ti] Vener(em) arg(enteam) p(ondo unum semissem), cor(onam) aur(eam) p(ondo uncias tres scriptula tria), cor(onam) anal(empsiacam) p(ondo uncias quinque scriptula octo) Caltil(ia) Diodora Bubastiaca testamento dedit. — 4 corona *analempsiaca* memoratur etiam inter res sacras fani Nemorensis (infra n. 8215); sed quid hoc vocabulo significetur, incertum est. Cf. Mommsen in Hermae vol. 9 p. 10; Dilthey *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande* vol. 92/54 (1972) p. 9 not. 1.

22 tabula marmorea. Olim in Portu in praediis Pallavicinis mox Torlonianis, nunc Romae in museo Torloniae.

I O V I D O L I C H E N O
PRO · SALVTE · IMP ·
L · A E L I A V R E L I
| C O M O D I | P I I
F E L I C I S · A V G · N
L · RVBRIVS MAXIMVR
PRAEF · EQ · ALAE · HISP
| V O T V M · S O L V I |

Descripserunt Henzen, de Rossi, Io. Schmidt; ipse quoque vidi. Sarti ms. qui vidit anno 1847. Ex apographo Henzeni edidit Wilmanns exempl. inscr. n. 79.

4 COMODI in litura restitutum est, item v. 9 totus. Ante eum versum in margine intuenti sinistro ex scriptura priore superest littera E.

23 lapis advectus ex Ostia, fuit anno 1778 Romae apud propolam in Via Peregrini MARINI.

I O V I · O P T V M O
M A X I M O · E X · V I S O
ARAM · AEDIFICAVIT
P · CORNELIVS · P · L · TRVPO
MESOR
P R E C

Marini ms. Vat. 9181 f. 49, Arv. p. 86.

6 *prec(ario)*, scilicet *loco concesso* interpretatur Mommsen, qui inter inscriptiones Caesaris dictatoris morte antiquiores recepit (huius corporis vol. I n. 1109), sed ipse addidit: 'Fortasse rudis potius quam antiqua.'

24 columna ex lapide qui dicitur *granitello*, effossa ad Portum in fundo principis Torloniae a. 1889.

I · O · M
A N G E L O
HELIOP ·
PRO SALVTE ·
I M P E R A T O R
ANTONINI · ET
C O M M O D I ·
A V G G ·
G A I O N A S
D · D

Descripsit Henzen et edidit ann. inst. arch. 1888 p. 139.

De Jove Heliopolitano cf. Henzen l. c. — Gaionas κίστιβερ Ῥώμης est C. I. Gr. 9218 = Kaibel epigramm. Graec. n. 999.

25 parva ara marmorea. Effossa a. 1797 a Petrinio propter viam Ostiensem loco dicto *i Monti di S. Paolo* [i. e. milibus passuum circiter V ab Ostia antiqua] una cum n. 74. 179. 480. 949. 1118. 1149. 1999. 1999. 1887. 1759. 1780. 1845. 1849 VISCONT. FEA. Translata in coenobium S. Pauli FEA. In claustro S. Pauli MAR. Nunc in museo Capitolino inter lapides a Sartio collectos.

· I O V I T V T O R I ·
Q VETVRIVS SECVNDVS
A LIRIVS HILARIANVS
QVAGLATOR ET CVRATOR
corona DONV DEDER palma
C V L T O R I B V S

Descripsimus Bormann et ego. E. Q. Visconti ms. I f. 118, Fea *viaggio ad Ostia* p. 14; Marini ms. Vat. 9104 f. 1' a Costanzo; Henzen syll. n. 9880.

1 cf. *quaglator et patronus collegi centonariorum* tituli ut videtur Cateni vol. X n. 2910; 'vocabulum a coagulando ductum respondet fere coactori' Mommsen ib.

26 Ostiae.

A V G . . . . . P A
RITAN . . ONII F · M · AV
*aedic*VLAM LACVM · AV*g*
INPENSA · SVA · SL
F EOSIVS . . . L SOSIANVS · M · L
ÆMILIA
TIO CRISPI

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 266.

27 fragmentum basis marmoreae. Iacet ante episcopium Portuense.

LIBERO PATR*i*
sacrum SACRVM
CHRYS*eros*

Descripsimus de Rossi et ego.

28 parva basis. In Portu Romano.

CN MAELIVS
EPICTETVS
LIBERVM PATREM
IN ARIA SVA *sic*
CONSACRAVIT

Lanciani *bull. dell' Instit.* 1878 p. 64.

29 parva basis. In Portu Romano.

CN MAELIVS
PHILETVS · IVN
ARAM
LIBERO · PATRI
D · D

Lanciani *bull. dell' Instit.* 1876 p. 24.

30 rep. in Portu fossionibus Toloniae, *nunc* Romae in villa Albania.

PRO · SALVTE · *imp*
M · AVRELI · COMMODI
ANTONINI · AVG ·
PII · FELICIS ·
LIBERO · PATRI
COMMODIANO ·
· SACRVM ·
IVNIA · MARCIANE
· EX · VOTO · FECIT ·

Descripsit Bormann, recognovi ipse. *Bulletino dell' Instit.* 1864 p. 66 ex apographo Lanc... P. H. Visconti in catal. vill. Alb. p. 299 n. 19...
1 IMP vocabulum litteris minoribus scriptum fortasse postea additum est.

31 sub signo Martis marmoreo. *Lettere non molto belle* FEA. Rep. Ostiae anno 1800 non longe a *Tor Bovacciano* FEA. Rep. Ostiae, *empta dal defonto Inglese Vescovo di Bristol* GVATT. Significari Fridericum 4[th] *Earl of Bristol, Bishop of Derry* auctor mihi est Michaelis (cf. *Ancient marbles in Great Britain* p. 168), cum vita functum esse Romae anno 1803, supellectilem autem antiquam ab eo Romae collectam mox esse dispersam et vix quicquam ex ea nunc extare in Britannia. Certe hoc signum post Feam et Guattanium neque in Italia neque in Britannia quisquam vidit.

MARTI

Signum cum inscriptione delineatum est apud Guattanium *monumenti antichi inediti* 1805 tab. XVIII cf. p. LXXXVIII. Memorat Fea *viaggio ad Ostia* p. 53.

Egit de hoc signo post alios is qui nuper simulacra Martis antiqua recensuit K. Dilthey *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande* vol. 53/54 (1873) p. 29. — Tales signorum subscriptiones, quae quidem reperiantur in museis Italiae, plerumque esse novicias, omnes scimus. Neque quod hoc, statim postquam ex terra prodiit, immodicis laudibus celebrari coepit, teste Fea, per ephemerides tam Italicas quam exteras, suspicionem minuit; praesertim cum ab his laudibus, teste eodem, non alienae fuerint *certe ragioni e vedute di speculazione mercantile*. Nihilominus hanc inscriptionem ipsi Feae non suspectam excludere nolui.

32 basis marmorea. Cur originе Ostiensem putem, dixi infra. — Romae in horto Laelii Gratiani DON. Sine loci indicatione, sed inter inscriptiones in vinea Gregorii Ammiani extantes dat BOVCH. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* intranti e dextra).

in margine:

PRO SALVTEM *sic*
AVG · ///

in ipsa basi:

A · OSTIENSIS
ASCLEPIADES
AEDITVS CAPITOLI *sic*
SIGNVM · MARTIS
CORPORI · FAMILIAE
PVBLICE *sic*
LIBERTORVM ·
ET · SERVORVM
D · D

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Donius 4, 34 (inde Mur. 177, 9 et Orelli 6056) omissis vv. 1. 6; Bouchard ms. Barberin. XXX, 182 f. 116. Est vol. VI n. 479.

Ost(iensis) Asclepiades nominatur bis in albo familiae publicae Ostiensis infra edendo (n. 255). *Corpus familiae publicae libertorum et servorum*, cui signum dono dedit Asclepiades, est ipsa familia publica Ostiensis. Signum ei corpori dono datum ab uno ex corporatis cum inscriptione sua antiquitus non Romae stetisse, sed Ostiae patet.

33 parva basis marmorea. Antiquitus eam ibi prostitisse, ubi a. 186... repertae sunt n. 53 et 89, apparet. Sed haec prodiit anno 186... una cum aliis marmoribus (in his n. 67) ex fornace calcaria ... Ostiae *nel terreno denominato I Casalini ad oriente della ...* VISCONT. Nunc Romae in museo Lateranensi.

T · ANNIVS · LVCVLLVS · VI · VIR
AVG · IDEM · $\overline{Q}$ · $\overline{Q}$ · HONORATVS
SIGNVM · MARTIS · DENDROPHOR
OSTIENSIVM · D · D · DEDICAVIT
ID · MAI · TORQVATO · ET · HERODE · COS a. 143

Recognovi. P. H. Visconti *Giornale di Roma* 17 Mai. 1864, inscr. ... VI n. 164; acta ms.; Benndorf et Schoene in catalogo musei Lat...nensis p. 364 n. 666; C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 374...
6 *honoratum* intellege in collegio dendrophorum, fortasse decreta ...munitate, ut est n. 107 *ob [h]onorem immunitatis*. — Similes donat... dendrophoris Ostiensium (sic appellantur utroque vocabulo perso... etiam n. 87) factae reperiuntur infra n. 67 (*signum Terrae matris* den...phoris donatum d. XIII kal. Maias anni 142, id est tredecim mes... ante quam hoc signum Martis acceperunt, similiter ab *honorato*). (*signum Silvani*), n. 68 (*signum Virtutis*), n. 107 (statua L. Veri Au... et fortasse etiam n. 70. 71. Similiter cannophoris Ostiensibus do...tur non solum imagines Matris deum et Attis (n. 36. 37), sed statuae imperatorum (n. 116. 118). Praeterea *signum Martis* datum corpori familiae publicae Ostiensis habuimus supra n. 32, *Fidei* collegio fabrum tignuariorum Ostiensium supra n. 6.

34 basis parva marmorea. Ostiae rep. a. 1867 una cum n. 26—37. 116. 117. 119. De loco ubi repertae sunt fuse exposuit Viscontius annal. l. c. p. 368. 377 sq. et accuratius p. 366. Prodierunt scilicet intra Ostiam antiquam ibi fere ubi videtur fuisse porta Laurentina iuxta templum, quod Matris deum fuisse inscriptiones ipsae probant, nec tamen ipso loco antiquo, sed coniectae *nel vano di una delle tre piccole arcate di sostruzione aperte appie del muro posteriore del tempio*. Locus signatus est in tabula edita *monumenti dell' Istituto* vol. VIII tab. 60 fig. 1 litt. *h*. Nunc Ostiae in museo.

in margine:

! ! ! ! ! ! ! !

in ipsa basi:

!!!!!!!!!!!!!!!!

SLICIS Q CAECILIVS

FVSCVS ARCHIGAL

urceus LVS COLONIAS OSTEN sic patera

SIS · IMAGINEM

MATRIS DEVM · AR

GENTEAM · P · I · CVM ·

SI · GNO NEMESEM

KANNOPHRIS sic

OSTIENSIBVS D D

Descripsi. Acta ms.; C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 381.

Tam in margine superiore basis quam in principio spatii scripturae destinati vestigia apparent litterarum antiquitus erasarum. Scriptum ibi fuisse *pro salute imp. Caes. M. Aureli Antonini pii felicis* coniecit Viscontius; nec contraria sunt pauca ea quae ex litteris deletis enotare potui.

35 basis parva marmorea. Ostiae rep. a. 1867 una cum n. 34; nunc ibi in museo.

Q · CAECILIVS ·

FVSCVS ARCHIGAL

LVS C · O

· IMAGINEM AT

TIS ARGENTIAM sic

· P · I CVM SIGILLO

FRVGEM AEREO CA

NNOPHORIS OSTIEN

SIBVS DONVM DE

DIT

Descripsi. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 381; acta ms.

6. 7 verba *cum sigillo Frugem aereo* respondent verbis *cum signo Nemesem* inscriptionis n. 34, sed ipsa obscura sunt; Visconti coniectura, significari spicas quas manu tenuerit Attis, vix ferri potest.

36 basis parva marmorea. Ostiae rep. anno 1867 una cum n. 34; nunc ibi in museo.

C A L P V R N I A

C H E L I D O

TYPVM · MATRIS

DEVM · ARGENTI

P · II · CANTNOFORIS sic

· OST · D · D ·

ET · DEDICABIT

Descripsi. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 382; acta ms.

3 cf. vit. Heliogab. 7: *matris etiam deum sacra accepit et taurobolialus est, ut typum eriperet et alia sacra quae penitus habentur condita.* — 5 idem soloecismus redit infra n. 118.

37 basis parva marmorea. Ostiae rep. anno 1867 una cum n. 34; nunc ibi in museo.

in latere		*in latere*
syrinx	Q D O M I T I V S ATERIANVS · PAT · ET · DOMITIA · CIVITAS · MAT · SIGNVM · ATTIS · CANN · OST · D · D ·	apex Phrygius lituus

Descripsi. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 388; acta ms.

Q. Domitius Aterianus pat(er) et Domitia Civitas mat(er) signum Attis cann(ophoris) Ost(iensibus) d(ono) d(ederunt). Pater et *mater* reperiuntur etiam infra n. 66 et 70 in titulis donariorum apud dendrophoros Ostienses, ut videtur, dedicatorum. — Titulus ab eodem ut videtur Q. Domitio Ateriano positus Sallustiae Crispinae coniugi infra inter sepulcrales (n. 612) recensebitur.

38 sub signo Attis marmoreo. Rep. Ostiae eodem fere loco quo n. 24—37, scilicet in area tetragona, fortasse campo Matris Deum qui memoretur in latere tituli P. Claudio Abascantiano positi infra n. 224; nunc Romae in museo Lateranensi.

NVMINI · ATTIS · C · CARTILIVS · EVPLVS · EX · MONITV · DEAE ·

Descripsi. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1869 p. 885. Signum cum inscriptione delineatum est *monumenti dell' Instituto* vol. IX tab. 8 *a* fig. 2.

39 ara marmorea. Prostrata ad Tiberim, ubi Ripam dicunt, ex Portu sive Hostia asportata MIL. Romae nuper reperta GVTHER. In hortis Iustinianeis ad portam Flaminiam BIANCH. GVD. MONTF. In museo Vaticano OSANN, ubi adhuc extat (*Gall. lap.* a dextra intranti). — Benevenuti ORELLI errore.

A E M I L I A

S E R A P I A S

TAVROBOLIVM FECIT

ET ARAM TAVROBOLATAM sic

P O S V I T

PER · SACERDOTES

VALERIO PANCARPO

IDIB · MAIS · ANVLLINO · II 199 p. Chr.

ET FRONTONE COS

Descripsit Henzen. M. Milesius cod. Ferr. I, 344; Iac. Guther de vetere iure pontific. (Par. 1612) lib. III c. 8 p. 262 cui dedit Sirmond (inde Gruterus in cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 122 et Reinesius 1, 48; ex Reinesio Oderici diss. p. 158; ex hoc Orelli 2226); Gudius, qui vidit, ms. 805, 1, ed. ind. LXXVI; Bianchini cod. Veron. 248 f. 84; Montfaucon cod. Paris. 1293 post f. 155; Osann syll. 482, 186.

4 ARAM] PETRAM Guth. contra lapidem.

40 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. Ostiae eodem fere loco ea quo prodiit n. 39. Extat in museo Ostiensi.

TAVSO*bolium factum matri deum magn. Idaeae pro salute*
imp. caesaris
M · AVREL*i antonini aug. et*
L · AVRELI *commodi caes. et*
FAVSTIN*ae aug. matris castro*
RVM · LIBE*rorumque eorum senatus xvvir. s. f. equestr.*
ORDIN · EX*ercituum*
NAVIGAN*tium*
DECVRIO*num col. ost*
CANNO*phori*
NAT
IN

Descripsi. Memorat C. L. Visconti ann. inst. arch. 1869 p. 219.

4 litterae VRELI erasae sunt, sed tamen leguntur. — 2 supplementa formavi ad instar inscriptionis n. 42; sed spatium vix videtur sufficere. — 11 cogitavi de supplemento: [*ex vatici*]*nat*[*ione archigalli*]; sed pars litterae quae extat post T huic supplemento non favet.

41 in parte aversa eiusdem tabulae in qua est n. 40.

sic CRINOBOLIVM · FACTVM · *matri*
DEVM · MAGN · IDEAE · PR*o salute*
IMP · CASS · L A//////
C ///////
*la*TIVSQ DOM*us*

Descripsi.

3 ex parte et 4 totus erasi sunt, ita ut praeter pauca vestigia litterarum non legantur. — 3 LA non nimis certum est. — 4 in. littera C certa videtur.

42 duo fragmenta eiusdem tabulae marmoreae. Ostiae *fra le cose rinvenute in vicinanza della scuola dei dendrofori* [cf. n. 53] VISCONTI de fragmento altero. Utrumque fragmentum est Ostiae in museo.

TAVSO*bolium factum matri deum*
MAGNAE I*daeae pro salute et victoria*
IMP · CAES C · V*ibi treboniani galli pii*
FEL · AVG · E*t imp. caes. c. vibi afini galli*
VELDVM*niani vol*VSIANI *pii fel*
AVG · TOTI*usq*VE · DOMVS DIVIN · SOR*vi*
SEN*atus et xv*VIR · S · F · EQVESTR · ORDIN
EX*ercituum ....* *r*VM · NAVIGANTIVM
S

Descripsi. Alterum fragmentum, id quod initia versuum continet, exhibet C. L. Visconti me. et ann. inst. arch. 1858 p. 322.

3—5 et 6 in. rasura temptati sunt, sed tamen leguntur. — 7 in. SENAT Visc. me., SENAT·T idem ann. — 8 *ex*[*ercituum Romanor*]*um* olim proposuerat Mommsenus; sed vestigia litterarum in lapide relicta magis ducunt ad vocabulum desinens in ...*valrum*.

43 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae in museo.

TAVROBOLIVM · FACTVM ·
MATR · DEVM · MAGN · IDAEAE · PRO
SALVT · ET · REDIT · ET · VICTOR · IMP

Descripsi.

42—43 sunt fragmenta ex actis tauroboliorum ab Ostiensibus pro salute imperatoris factorum residua. Coniunguntur cum domo imperatoria in formula sacrorum nominatim *senatus*, *quindecimviri sacris faciundis* (ideo quod sub horum cura erant sacra Matris Deum), *ordo equester*, *exercitus*, *navigantes*, fortasse etiam *decuriones* Ostienses. Conferri potest quod inter sacra Isidis in porto coloniae Corinthiensium Cenchreis a collegio pastophorum quotannis fieri solita sacerdos aliquis fausta precabatur *principi magno, senatuique et equiti, totoque Romano populo, nauticis, navibus, quaeque sub imperio mundi nostratis reguntur* (Apulei met. 11, 17). Sacra faciunt cannophori, quorum mentio fit n. 40, 10; fortasse decurionum quoque mentio eo, non ad formulam voti, pertinet n. 40 v. 9. — Diversa ab his taurobolia videntur fuisse taurobolia pro salute imperatoris in portu Ostiensi publice fieri solita memorata ab Ulpiano libro de excusationibus (nam inde proveniunt quae servaverunt fragmenta quae dicuntur Vaticana § 148) his verbis: *is qui in Portu* — cum *Portum* dicit Ulpianus, significare voluit Ostiensem — *pro salute imperatoris sacrum facit ex vaticinatione archigalli, a tutelis excusatur*. Nam haec sacra peragebantur in Portu, illa, ut docent inscriptiones supra relatae ipso loco quo repertae sunt, intra moenia coloniae (nisi forte alio loco sacra fiebant, alio acta sacrorum lapidibus incisa proponebantur); praeterea archigallus memoratus ab Ulpiano sine dubio est archigallus populi Romani (cf. vol. VI n. 2183), in tauroboliis autem Ostiensibus quin occupatus fuerit non populi Romani, sed coloniae Ostiensis archigallus non potest dubitari.

44 basis marmorea. Rep. in Portu, nunc Romae in museo Torloniae.

N V M I N I ·
EVIDENTISSIMO ·
MINERVAE · AVG ·
SACRVM ·
CONSERVATRICI · ET ·
ANTISTITI · SPLENDIDIS
SIMI · CORPORIS ·
STVPPATORVM · ORNA
TAM · OMNI · CVLTV · D · D
MARCII · IVLII · CARPVS · PATRN
CARPVS F CORP · AMAT · RVFINIAN
HON · FIRMVS · HON ·

Descripsit Bormann, recognovi ipse. Lanciani *bull. dell' Inst.* 1870 p. 12.

Numini evidentissimo Minervae Aug(ustae) sacrum conservatrici et antistiti splendidissimi corporis stuppatorum ornatam omni cultu [intellege *aediculam*] *d(ono) d(ederunt) Marcii Iulii Carpus patr(o)n(us), Carpus* [*f(ilius)*] *corp(oratus), Amat(ii) Rufinian(us) hon(oratus), Firmus hon(oratus)*. Ad idem corpus stuppatorum fieri potest ut pertinuerit fragmentum albi collegii alicuius infra sub n. 257 edendum; quamquam res minime certa est. Certa stuppatorum mentio praeterea non reperitur nisi in titulo patroni tam eius corporis quam codicariorum edito inter urbanos vol. VI n. 1242 (sed fieri potest ut oriundus sit ex Ostia). Qui fuerint stuppatores, vocabulo ipso satis significatur [1]; et convenit Minerva ab eis ut *conservatrix et antistes* culta. — Observatione dignum est duos Iulios Carpos reperiri etiam in albo corporis fabrum navalium Portuensi infra n. 252.

1) Artificiosa magis quam vera videtur explicatio proposita a Lanciano l. c., scilicet fuisse eos *una associazione di calafati, i quali con vecchi cordami e bitume attendevano a ristoppare le commessure delle carene sul cantiere*.

45 *a* fragmentum tabulae marmoreae; *a* et *b* eiusdem inscriptionis fragmenta esse testatur is qui solus utramque vidit VISCONTIVS. Rep. Ostiae in area tetragona prope aedem Matris deum (*Mon. dell' Inst.* VIII tab. 60 fig. 1 e) VISC. Nunc *a* extat Ostiae in museo.

a | *b*

NVMINI DOMVS AVG e D*endrophori ostien*SES SCOLAM *sic*
QVAM·SVA·PECVNIA·CONSTIT*uerunt nouis sum*PTIBVS
A SOLO *restituerunt*

Descripsi *a*. Utrumque fragmentum exhibet C. L. Visconti ms., idem annal. inst. arch. 1868 p. 386 coniunxit et supplevit ita ut supra dedi.

46 ara. Ostiae STEPH., a me inter Ostiae rudera inventa FABR. — Locus non videtur adnotari a CASS.

intra lunam crescentem
NVMINI
DOMVS
AVGVSTI
OP · FL · P

Stephanonius cod. Leid. f. 166; schedae Cassiani del Pozzo, quae servantur Londinii apud Franks (inde eph. epigr. IV p. 267 n. 756); Fabretti 471, 116.

4 non intellegitur.

46a Ostiae *casino Aldobrandini*.

NYMPHIS · DIVINIS
SACRAVIT
D · HOSTIVS · HERACLIDA

Descripsit Lanciani, recognovi ipse.

47 Romae in templo prope Ripam SABIN. (Ott.) IVC. 'In S. Salvatore Cortinm' praec. apud SABIN. (Marc.). In aede Salvatoris de Curtibus MAZOCH. Apud Paulium Doctorem prope fontem Trevi WINGHE. In hortis Iustinianeis SIRM. GVD. FABR. SPON. MONTF. In museo Capitolino GVASCO. Ibi extat (*stanza del Fauno*).

ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ
CΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙC CΥΝΝΑΟΙC
ΘΕΟΙC ΤΟ ΚΡΗΠΙΔΕΙΟΝ ΛΑΜΠΑΔΑ
ΑΡΓΥΡΑΝ ΒΩΜΟΥC ΤΡΕΙC ΠΟΛΥΛΥΧΝΟΝ
ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ ΕΝΥΡΟΝ
ΒΑΘΡΑ ΔΥΟ
Λ · ΚΑCCΙΟC
ΕΥΤΥΧΗC
ΝΕΩΚΟΡΟC · ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
CΑΡΑΠΙΔΟC
ΥΠΕΡ ΕΥΧΑΡΙCΤΙΑC
ΑΝΕΘΗΚΕΝ · ΕΠΑΓΑΘΩ
PERMISSV
C · NASENNI
MARCELLI
PONTIFICIS · VOLCANI · ET
AEDIVM · SACRARVM · *ET*
Q · LOLLI · RVFI · CHRYSIDIANI
ET · M · AEMILI · VITALIS
CREPEREIANI · IIVIR

Descripsit Henzen, recognovi ipse. P. Sabinus cod. Marc. f. 154, cod. Ottob. f. 47'. 46; Iucundus rec. 3 (cod. Cicognae 9704 f. 116); Piccart *a*. 182 apud Reinesium epist. XLI, 346, unde repetivit Reinesius synt. inscr. 1, 199, omissis Latinis v. 13 sq.; Mazochi f. 153 (inde Grut. 348, 6; in ed. 2 corrigitur ex apographo Gudii) qui dat solam partem Latinam; Pighius cod. musei f. IX; hi omnes ex communi fonte. Ex lapide Winghe ms. Brux. 9, 14; Sirmond ms. Paris. suppl. 1417, 139; Gudius ms. 979, 1; Fabretti 493, 166 et 746, 545; Spon 10, 66 p. 346; Hispanus quidam apud Montfauconium cod. Par. 1293 f. 155; Guasco Mus. Capit. n. 51 iterumque *a*. 1979. C. I. Gr. 5997.

Vv. 1—4 qui videntur extitisse in plintho arae nunc desunt, ut desunt etiam apud Sponium et Montfauconium; horum variam lectionem dedi e Iucundo Cicognae Winghio Sirmondo Gudio Fabrettio. — 1 ΗΛΙCΟ ΜCΙΛΑΩ Iuc. — 2 CΥΝΝΑΙΟΙC Wingh. — 3 ΘΕΟC Iuc. — ΤΟΚΡΗΠΙΔΑΕΙΟΝ Iuc., ΤΟΚΡΙΠΤΙΔΕΙΟΝ Fabr., ΤΟΝΝΠΙΔΕΙΟΝ Gud., ΤΟΙΡΗΤΙΔΕΙΟΝ Wingh. Sirm. — 4 ΤΡΕΙΕ Iuc. — ΠΟΛΥΑΧΧΝΟΝ Iuc., ΠΟΛΥΑΥΚΝΟΝ Fabr. 493. — 5 ΕΠΥΡΟΝ est in lapide, sicque recte habent Sabin. Wingh. Fabrett. (493), ΕΝΠΥΡΟΝ Sirm. Fabrett. (746), ΕΠΥΡΟΝ Iuc. Picc. Pigh. Spon, ΕΝΥΡΟΝ Gud. Montfauc. — 12 litterae ΚΕ in ΑΝΕΘΗΚΕΝ, item 16 fin. litterae NI · ET fractae sunt, sed ex parte extant. — 16 MARVLLI Fabretti, non recte. — 17 fin. ET periit.

Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συνναοῖς θεοῖς τὸ κρηπίδειον, λαμπάδα ἀργυρᾶν, βωμοὺς τρεῖς, πολύλυχνον, θυμιατήριον ἔνπυρον, βάθρα δύο Λ. Κάσσιος Εὐτύχης, νεωκόρος τοῦ μεγάλου Σαράπιδος ὑπὲρ εὐχαριστίας ἀνέθηκεν ἐπ' ἀγαθῷ. *Permissu C. Nasenni Marcelli pontificis Volcani et aedium sacrarum et Q. Lolli Rufi Chrysidiani et M. Aemili Vitalis Crepereiani IIvir(um).*

Hanc inscriptionem antiquitus stetisse vel Ostiae vel intra fines coloniae Ostiensis documento est clausula vv. 14—20 qua L. Cassio Eutychi neocoro magni Sarapidis permittitur dedicatio a pontifice Volcani et aedium sacrarum, peculiari coloniae Ostiensis sacerdote, et a duoviris scilicet Ostiensibus. Videtur autem stetisse non intra ipsam coloniam, sed in portu Ostiensi[1]; nam ex inscriptionibus Graecis huic similibus infra relatis n. 3 prodiit ex portu Ostiensi, n. 1 traditur esse reperta Fiumicini, qua re item indicatur origo Portuensis, n. 5 denique se ipsa praedicat Portuensem; sola n. 2 in effossionibus Ostiensibus reperta est. — Subieci alias donariorum inscriptiones quae prodiisse videntur ex Sarapeo Ostiensi.

1. Rep. Fiumicini, auctore Zoega (sched. Havn.), nunc Romae in museo Vaticano: Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ ἐπανόδου καὶ αἰδίου διαμονῆς τῶν κυρίων αὐτοκρατόρ(ων) Σεουήρου καὶ Ἀντωνίνου καὶ Ἰουλίας Σεβ(αστῆς) καὶ τοῦ σύνπαντος αὐτῶν οἴκου καὶ ὑπὲρ εὐπλοίας παντὸς τοῦ στόλου τὴν Ἀδραστίαν σὺν τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ Γ. Οὐαλέριος Σερῆνος νεωκόρος τοῦ μεγάλου Σαράπιδος, ὁ ἐπιμελητὴς παντὸς τοῦ Ἀλεξανδρείνου στόλου, ἐπὶ Κλ(αυδίου) Ἰουλιανοῦ ἐπάρχου εὐθενείας. C. I. Gr. 5973.

[1] Idem coniecerat C. L. Viscontius ann. inst. arch. 1868 p. 381.

2. Ostiae in museo, fragmentum: Σερῆνος ναοκόρος (sic) ἀνέθηκεν. Descripsi. Edidit P. H. Visconti inscr. Ost. V n. 88.

3. *Grand' ara quadrilatera alta e stretta, trovata a Porto 1793:* Σερῆνος Ξιφίδιος ὁ κράτιστος νεωκόρος ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκα. Legitur manu ignota inter Marinii schedas Vaticanas (cod. Vat. 9123 f. 182), unde edidit Marini Arv. p. 749; ex hoc C. I. Gr. 6001.

4. Originis incertae. Σερῆνος ὁ πρεσβύτατος νεωκόρος ἀνέθηκα. Romae in hortis Torre prope portam Salariam descripsit Sarti, in villa Ludovisia, id est eodem fere loco, vidit Henzen. — N. 2. 3. 4 ab eodem neocoro esse dedicatas apparet; nec diversus videtur C. Valerius Serenus is qui posuit n. 1.

5. Originis incertae; extabat in castro S. Cannati prope Aquas Sextias, nunc extat Aquis Sextiis in museo: Ἐπ' ἀγαθῷ ὑπὲρ σωτηρίας Μάρκου Αὐρηλίου Σευήρου Ἀλεξάνδρου Εὐτυχοῦς Εὐσεβοῦς Σεβ(αστοῦ) καὶ Ἰουλίας Μαμμαίας Σεβαστῆς μητρὸς Σεβ(αστοῦ) Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συνναοῖς θεοῖς Μ. Αὐρήλιος Ἥρων νεωκόρος τοῦ ἐν Πόρτῳ Σαράπιδος ἐπὶ Λαργινίῳ Βειταλίωνι ἀρχιυπηρέτῃ καὶ σαμεινευτῇ καὶ Αὐρηλίῳ Φήβῳ καὶ Σαλωνίῳ Θεοδότῳ ἱεροφώνοις καὶ χαμεινευταῖς καὶ τῇ (sic Seguier, ΚΑΡΙ Millin, ΧΑΡΙ plerique) ἱεροδουλείᾳ ἀνέθηκαν ἐπ' ἀγαθῷ. In latere fuit ἐπ' ἀγαθῷ ἐπὶ Γρανιούρῳ secundum Sponium. C. I. Gr. 6000. Gibert catal. musei Aquensis p. 38 n. 22. Hanc quoque pertinere ad Serapeum portus Ostiensis constat et ex eo quod is qui eam posuit M. Aurelius Hero appellari voluit νεωκόρος τοῦ ἐν Πόρτῳ Σαράπιδος — nam solo *Portus* nomine etiam extra Italiam vix alius portus significari potuit quam portus urbis Romae, id est portus Ostiensis — et ex eo quod inscriptio sepulcralis (infra suo loco edenda) quam *Vareniae Diogenidi coniugi* posuit *C. Salonius Theodotus* hodie quoque extat in Portu; nam hic vix diversus est a Salonio Theodoto Serapidis ἱεροφώνῳ καὶ χαμαιευνῇ [1]).

Ex his inscriptionibus discimus in portu Ostiensi fuisse Serapeum donariis Graece Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι inscriptis opulentum, in quo summus sacerdos, similiter ut in Serapeo Alexandreae, nuncupabatur ὁ νεωκόρος τοῦ μεγάλου Σαράπιδος. — Etiam apud Minucium Felicem (Oct. cap. 2) memoratur *simulacrum Serapidis* Ostiae.

C. Nasennius Marcellus pontifex Volcani et aedium sacrarum fortasse filius fuit *C. Nasenni C. f. Marcelli senioris*, cuius est n. 170.

1) Omisi titulum his admodum similem, quippe et ipsum positum Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι a neocoro Serapidis, editum C. I. Gr. n. 5998, nam hunc vel origine vel argumento pertinere ad Ostiam demonstrare non possum; nec magis recepi titulum positum anno p. Chr. 202, editum C. I. Gr. 6002, quippe quem clausula, in qua videtur inesse mentio consularis aedium sacrarum, urbi Romae vindicet; denique titulus editus a Grutero 1010, 11 ex schedis Ursini (ex Grut. C. I. Gr. 6009) admodum suspectus est.

48 Ostiae in museo.

SIL*vano*
SAC*rum*
AGATH*emerus?*
FE*cit*

Descripsi.

49 parva ara marmorea. Rep. anno 1865 in Portu, nunc Romae in villa Albania.

SILVANO · SAC ·
T · FLAVIVS
patera AVG · LIB *urceus*
PRIMIGENIVS
5 TABVLARIVS
ADIVTOR

Descripsit Bormann. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 192; P. H. Visconti catalogo villae Albanae p. 225 n. 181.

Est huius corporis vol. VI n. 303 inter urbanas.

50 fragmentum (basis ut videtur) altum palm. $2^1/_2$, latum palm. 2. Ostiae rep. anno 1720 *nella cava che fece fare il Sr. March. Sacchetti in una sua vigna.*

SILVANO S
SVCCESSVS · AGATHEMER
IMP · T · CAESARIS · AVG ·
SER ·
5 ATERNI · VICARIVS
OTVM · POSVIT

Servavit Ghezzi ms. Angel.

Silvano s[ac(rum)] Successus Agathemer[i], imp. T. Caesaris Aug. ser(vi) [p]aterni, vicarius [v]otum posuit.

51 basis marmorea varie ornata. Ostiae rep. pone scaenam theatri (fig. 10 formae citatae supra ad n. 7) vere anni 1881.

in lateris sinistri margine superiore:
VOTVM · SILVANO

in latere intuenti sinistro:
Genii alati cum armis Martis

in margine superiore:
//RAM · SAC//////////NAM · AVG · GENIO/////SACOMAR//

in media fronte basis:
P · AELIVS · TROPHIMI · AVG · L · PROC · PROV
CRETAE · LIB · SYNEROS · ET
TROPHIMVS · ET · AELIANVS · FILI
Genius alatus
Mars Venus cygnus Iuvenis (Amor?) sinistra facem tenens

in margine inferiore:
DECVRIONVM · DECRETO

in parte aversa:
lupa cum gemellis, pater Tiberinus, adstant pastores

in latere intuenti dextro:
currus Martis cum quattuor Geniis

in lateris dextri margine inferiore:
DEDICATA · K · OCTOBR
M' · ACILIO · GLABRIONE · C · BELLICO · TORQVATO · COS

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 112. 113. ipsa ara phototypice depicta est ib. tab. II.

In margine superiore frontis bona pars scripturae periit, scilicet initio litterae una vel duae (nec e quam dedi ante A omnino certa est), post primum fragmentum litterae 9 (et hasta quoque quae superest ante NAM ex qua littera supersit, definire non potui), post secundum litterae 4 vel 5, denique in fine littera una ut videtur.

Votum Silvano. [A]ram sac . . . nam Aug(ustam), Genio . . . . . sacomar. Haec verba, ut sunt lacera et interrupta, non intelleguntur; nec lucem accipiunt ab eis quae leguntur inter honores gestos a L. Calpurnio Chio (n. 304) *quinquennal(is) collegi Silvani Aug. maioris quod est Hilarionis, functus sacomari,* quippe quae ipsa obscura sunt. *Sacomar(ium?)* Ostiae praeterea memoratur in titulo Cn. Senti Felicis (infra n. 409). — Sequuntur nomina eorum qui aram dedicaverunt *P. Aelius Trophimi, Aug(usti) l(iberti), proc(uratoris) prov(inciae) Cretae, lib(ertus) Syneros et Trophimus et Aelianus fili.* — Verba *decurionum decreto* fortasse ad locum quo ara stetit pertinent. — Dies in latere adscriptus est d. 1 Oct. 124.

Res in ara insculptae ad Martis et Veneris amores et urbis Romae origines pertinentes cum titulo arae inscripto nihil commune habent. Videntur igitur Aelii Syneros Trophimus Aelianus usi esse ara antea aliis rebus destinata; id quod indicatur etiam loco quem inscriptio occupat. Nam nec margo superior admodum angustus aptus erat ad recipiendum nomen numinis cui ara dedicabatur, nec spatium id in quo nunc nomina dedicantium leguntur antea scripturae destinatum fuisse videtur.

52 parva basis marmorea. Rep. Ostiae, inde Romae in museo Lateranensi.

SILVANO
SANC · SAC ·
DOEOTHS
urceus VS · AVG · *patera*
5 LIB · PROC ·
MASSAE
MARIAN ·
S · D · D ·

Descripsimus Detlefsen et ego. P. H. Visconti *dissertazioni della pont. acc. rom. di arch.* 15 (1884) p. LXXIV (propositam in conventu sociorum d. 15 Mart. 1888), inscr. Ost. I n. 18, IV n. 85, V n. 38, VI n. 21; C. L. Visconti ms. descripsit mense Aprili 1858, edidit act. Arcad. nov. ser. vol. 13 (Ian. Febr. 1858) p. 78, ann. inst. arch. 1858 p. 888.

De massa Mariana cf. Hirschfeld *Verwaltungsgeschichte* 1 p. 78 not.; Henzen ad huius corporis vol. VI n. 8878.

53 parvus cippus marmoreus. Prodiit Ostiae fossionibus anni 1887/8 *dalle ruine*, ut putabatur, *del collegio dei dendrofori* (cf. *monumenti dell' inst.* vol. VIII tab. 60 fig. 1), quam coniecturam veram esse ipsi tituli ibi reperti demonstrant. Extat Ostiae in museo.

C · ATILIVS · BASSI · SA
CERDOTIS · LIB · FELIX · APPA
RATOR · M · D · M · SIGNVM
SILVANI · DENDROPHORIS
5 OSTIENSIBVS · D · D ·

Descripsi. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 375.

2 *apparator* reperitur inter sacra Matris deum etiam in titulo Lugdunensi (apud Boissievium *inscriptions de Lyon* p. 38 = Orell. 2328), *apparatorium* in titulo deo invicto Mithrae dedicato Sisciae (vol. III n. 3880).

54 prodiisse in effossionibus Ostiensibus (hieme ut videtur anni 1869/70) *un dipinto presso l'ingresso di una casa . . . rappresentante Silvano, che si dice posto* EX VISO (*sic*) refert P. H. Visconti apud De Rossium *bull. crist.* 1870 p. 78 (cf. ib. 1876 p. 40 not. 1). Idem addit *una data graffita sull' intonaco stesso di tal dipinto accenna forse ai tempi di Massimiano.* — Fortasse haec nata sunt ex errore, nam nec Viscontius iunior nec Lancianius, qui effossiones Ostienses illius temporis accurate persecuti sunt, hanc imaginem umquam viderunt, neque ego eam nuper inter rudera Ostiensia inveni.

55 fragmentum vasis marmorei. In Portu effossum a Torlonia.

INVICTO · DEO · S(*oli*)
caput barbatum intra circulum radiatum
minister Mithriacus facem attollens

Descripsit De Rossi mense Martio a. 1888.

56 in cubiculo detecto Ostiae anno 1880 (cf. C. L. Visconti annal. l. c. tab. K 1); est contiguum ampliori aedificio quod thermas factas ab Antonino Pio plerique, palatium De Rossi (*bull. crist.* 1878 p. 187 not. 8) esse voluerunt. Inscriptio in pavimento ex opere museo bis repetita est. — Extare loco non dicitur, sed terra tecta esse, ne laedatur.

SOLI · INVICT · MIT · D · D · L · AGRIVS · CALENDIO

P. H. Visconti edidit *dissertazioni della pont. accademia rom. di archeol.* XV p. CXXXVII (propositam in conventu sociorum d. 88 Mart. 1880), inscr. Ost. V in fine, VI n. 836; C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1884 p. 158 et in tabula adiuncta K fig. 1.

57 ara marmorea. Rep. Ostiae in eodem cubiculo ubi n. 58, ibique extat.

C · CAELIVS · HERMAEROS · *sic*
patera ANTISTES · HVIVS · LOCI · *urceus*
· FECIT ·
SVA · FEC

Descripsimus Henzen et ego. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1884 p. 180; P. H. Visconti act. acad. archaeol. XV p. CXXXVII (communicatam cum sociis academiae d. 88 Mart. 1888), inscr. Ost. V in fine, VI n. 838.

4 litteris paullo rudioribus; fieri potest ut postea sit additus.

58. 59 duo cippi marmorei rep. Ostiae in eodem cubiculo ubi n. 88 (locum signat apud C. L. Viscontium ann. inst. 1884 tab. K fig. 1 a). Nunc extant Romae in museo Lateranensi.

in latere intuentibus sinistro:

POSITI · XV K
FEBRARIAS
Q · IVNIO RVS
TICO
5 L · PLA *(serpens)* VTio
AQVI LINo
COs *p. C. 162*

58
minister sacrorum Mithriacorum facem attollens
C · CAE LIVS
HRMEROS · ANT *patera*
ISTES · HVIVS · LO
CI · FECIT · SVA
5 FEC

59
minister sacrorum Mithriacorum face versa
C · CAE LIVS
urceus HEMEROS · ANT *patera*
ISTES · HVIVS · LO
CI · FECIT · SVA
5 FEC

Descripsi. Inscriptiones primarias ambas alteramve exhibent P. H. Visconti inscr. Ost. V in fine; acta ms.; C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1884 p. 188 qui utrumque cippum, cum inscriptione frontis unumquemque, delineavit ibid. tab. LM fig. 1. 8; Benndorf et Schoene in catal. musei Later. p. 888 n. 508. Inscriptionem lateris n. 58 exhibent P. H. Visconti act. acad. archaeol. XV p. CXXXVII communicatam cum sociis academiae d. 22 Mart. 1880, inscr. Ost. VI n. 237; acta ms.; C. L. Visconti ann. l. cit. p. 183; Benndorf et Schoene l. c.

60, 1 Ostiae effossa anno 1802/3, inde translata Romam primum in aedes Quirinales, deinde in museum Vaticanum, ubi extat (*Galleria lapidaria*) inter Ostiensia.

60 in tabula ex marmore albo in orbem signata.

A · DECIMIVS · A · F · PAL · DECIMIANVS · S · P · RESTITVIT
sacrarium Mithriacum caelatum ex lapide q. d. pavonazetto.

61 in tabula ex marmore caeruleo (*bigio*).

A · DECIMIVS · A · FIL · PAL · DECIMIANVS · AEDEM
CVM · SVO · PRONAO · IPSVM · QVE · DEVM · SOLEM · MITHRA *sic*
ET · MARMORIBVS · ET · OMNI · CVLTV · SVA · P · RESTITVIT ·

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 178/3; Zoega ms. qui memorat in operibus (*Abhandlungen*) editis a Welckero p. 147; Labus *Biblioteca italiana* a. 1 (Mediol. 1818) tom. 3 p. 48 cum tabula n. 2; Lajard *introduction à l'étude du culte de Mithra* (1847) delineavit tab. 80 n. 1. Orelli 1811.

62 tabula marmorea. Ostiae rep. a. 1802/3, inde translata Romam primum in aedes Quirinales, deinde in museum Vaticanum, ubi extat (*Galleria lapidaria*) inter Ostiensia.

L · TVLLIVS · AGATO
DEO · INVICTO · SOLI ·
MITHRAE · ARAM · D · D ·
sic E · AN · QVE · DEDICAVIT · OB ·
5 HONORE · DEI M · AEMILIO ·
EPAPHRODITO · · PATRE ·

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 178; Zoega ms.; Labus *dissertaz. intorno due epitaffi acquistati dal prof. Ciampi* (Mediol. 1817) p. 17 (inde Orelli 1820); Cardinali *diplomi* n. 488.

63 tabula parva marmorea. Ostiae effossa anno 1808/3 ZOEGA. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* Ost.).

M · AEMILIO ·
EPAPHRODITO
PATRE · ET · SACERDOTE

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Notitia ms. rerum antiquarum a Petrino inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 173; Zoega ms.

64 sub anaglypho, quo sacrificium Mithriacum repraesentatur. Prope Ostiam mare versus repperit Faghan hieme a. 1787/8 in introitu (*Mündung*) speluei Mithriaci ZOEGA [*Sotterranee spaziose — un corridore lungo circa passi 20 largo circa 5* ZOEGA (ms.). *Das zu Ostia entdeckte Heiligthum des Mithras war einer natürlichen Grotte nachgemacht und an der Seite eines langen und schmalen Ganges gelegen* ID. (*Abh.*)]. Inde Romae in museo Vaticano, ubi extat (*Gall. lap.* inter Ostiensia).

SIG · IMDEPREHENSIVILIS · DEI · C · VALERIVS · HERACLES · SACERDOS · S · P · P
L · SEXTIVS · KARVS · XV

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Exhibent Zoega ms. p. 846 et in opp. *Abhandlungen* editis a Welckero p. 146; Labus *Biblioteca italiana* a. 1 (1816) vol. 3 p. 54 cum tabula n. 3; Cardinali *dipl.* n. 58. Orelli 1912. 5000. Anaglyphum cum ipsa inscriptione delineatum est apud Zoegam *Abhandlungen* tab. V n. 15 et apud Lajard *introduction à l'etude du culte de Mithra* (1847) tab. 85 n. 5.

1 IMDEPREHENSIVILIS Zoega (ms.) qui saepius lapidem inspexit idque mihi quoque videbatur in lapide esse, IMDEPREHENSVLIS tabula Zoegae, IMDEPRENSVILIS Lajard. — 5 litteris minoribus scriptus; videtur postea esse additus, inserendus scilicet ante C·VALERIVS, id quod vidit iam Zoega; non recte Labus in fin. v. 5 nomen erasum esse contendit.

65 sub simulacro Mithrae, capite leonino, serpentibus cincto et varie ornato (cf. imagines infra citatas) in trunco. 'Effossa ad Ostiensem coloniam, nunc Tor di Bovacciano' VISCONTI (f. 148). Ostiae rep. intus in spelaeo eodem ex quo prodiit n. 64 a. 1787 ZOEGA (a. 1785 IDEM *bassirilievi* II p. 15 not. 5). Inde Romae in bibliotheca Vaticana ZOEGA ibique extat.

C · V A L E R I
VS · HERACLES · PAT
ET · C · VALERII
VITALIS · ET · NICO
a sic MES · SACERDO
TES · S · P · C · P · S · R ·
D · D IDI · AVG · IMP
C O M p. C. 190
VI · ET
la SEPTI
MIANO
CO S

Descripsi. E. Q. Visconti ms. I f. 127 et f. 148'; Zoega *Abhandlungen* (in commentatione de simulacris Mithrae scripta a. 1798) p. 89 seqq. hoc simulacrum enarrat atque inscriptionem exhibet p. 157 (cf. *bassirilievi* II p. 15 not. 5 et p. 33); ipsum simulacrum cum inscriptione delineatum est ib. tab. V n. 16; Labus *Biblioteca italiana* a. 1 (1816) tom. 2 p. 188 seq. cum tabula (inde Orelli 5001); Lajard *introduction à l'étude du culte de Mithra* (1847) tab. 70 dat imaginem.

6. 7 *s(ua) p(e)c(unia) p(o)s(ue)r(unt); d(e)d(icatum) idi(bus) Aug.* proposuit Mommsenus.

66 locum non adscripsit is qui hanc inscriptionem solus servavit, sed verba ad inscriptionem n. 55 in parte aversa eiusdem folii relatam adscripta 'effossa ad Ostiensem coloniam, nunc Tor di Bovacciano' ad hanc quoque pertinere videntur. Ceterum antiquitus una cum n. 64 et 65 stetisse apparet.

C · VALERIVS HERACLES PATeR Et ANtis
TES DEI · IVeNIS INCORRVPTI SOlIS INVICTI MITHRAe
cRYPTAM PALATI CONCESSAm SIBI A M · AVRELIO

Legitur scripta manu ignota inter schedas E. Q. Viscontii 1 f. 146. Inde edidit restitutam De Rossi *bull. crist.* ser. 5 vol. 1 (1870) p. 155.

1 PATTREIANI, 2 IVSENIS, SOIS, MITHRA, 3 ERYPTAM, CONCESSAN traditur; neque infra fractam esse indicatur. Proposui talem qualem restituit De Rossi, nisi quod hic in fine supplevit *M. Aurelio* [*Commodo Antonino Aug.*]. Immo est M. Aurelius privatus aliquis, fortasse Augusti libertus et procurator.

67 parva basis marmorea. Rep. Ostiae a. 1864 una cum n. 33, extat Romae in museo Lateranensi.

SEX · ANNIVS · MEROPS
HONORATVS DENDROPHORIS
OSTIENSIVM · SIGNVM · TERRAE MATRIS
D·D·DEDICA' XIII K MAI·L·CVSPIO RVFINO
L · STATIO · QVADRATO · COS p. C. 142

Descripsi. P. H. Visconti *Giornale di Roma* 17 Mai. 1864, inscr. Ost. VI n. 182, acta ms.; Benndorf et Schoene in catalogo musei Lateranensis p. 308 n. 585; C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 373.

4 DEDICA' potius lapis quam DEDICAT; cf. n. 33.

68 basis marmorea. Ostiae prope Turrim Bovaccianam repperit Faghan anno 1787 VISCONTI. Est Romae in museo Lateranensi.

VICTORIAE
AVGVSTOR

Descripserunt De Rossi et Michaelis. E. Q. Visconti ms. I f. 181'; Fea *viaggio ad Ostia* p. 45; Nibby *viaggio ne' contorni di Roma* 2 (1819) p. 286, *dissert. dell' accademia rom. d'arch.* 5 (1826) p. 341 = *analisi* 2, 468. Est vol. VI n. 755 errore inter urbanas.

69 columna parva marmorea. Rep. Ostiae una cum n. 53, est ibi in museo.

V I R T V T E M
D E N D R O P
EX · ARG · P · II ·
IVNIA · ZOSIME
M A T E R
· D · D ·

Descripsi. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 375; acta ms.

Virtutem dendrop(horis) ex arg(enti) p(ondo duobus) Iunia Zosime mater d(ono) d(edit). Cf. ad n. 33.

70 parvus cippus marmoreus. Rep. Ostiae una cum n. 53, est ibi in museo.

M · C E R E L L I O
HIERONYMO PATRI
ET · SACERDOTI · SVO
EOSQVE · ANTISTES · S · S
DEO · LIBENS · DICAVIT

Descripsi. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 374.

. . . *d(ono) d(edit) M. Cerellio Hieronymo patri et sacerdoti suo, eosque antistes s(upra) s(criptus) deo libens dicavit.* Haec quoque basis sustinuisse videtur signum numinis sive numinum duorum (nam id videtur indicare quod v. 5 scriptum est eos) donatum sive dendrophoris (quo ducit locus ex quo statua prodiit) sive alii cuidam collegio. Eas donationes ita factas esse, ut signa donarentur sacerdoti, ab hoc deo dicarentur, ex hac inscriptione discimus.

71 parvus cippus marmoreus. Rep. Ostiae ibi ubi ea quae praecedit, est Ostiae in museo.

. . . . V V
patera ~~TI · ET · PATRONVS ·~~ urceus
C O R P O R I S · D E N D
R O P H O R V M · O S T · E X ·
ARG · P · III · DED · VIII · K ·
M A I · D O M I T I O · D E
X T R O II · E T · T H R
sic A S I A · P R I S C O · 21 Apr. 196
C O S

Descripsi. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 374.

Fortasse is qui hunc cippum posuit fuit P. Claudius Abascantus quinquennalis iterum et patronus corporis dendrophorum Ostiensium infra n. 277 et n. 318 memoratus.

72 epistylium marmoreum. *Dalle ruine di Ostia portato in Roma nel museo Vaticano* MAR. Extat in museo Vaticano (*Galleria lapidaria* muro immissa supra fenestram quae est proxima museo Chiaramonti). — Locum non indicavit FRANZONI.

M · ACILIVS · A · F · VOT · PRISCVS · EGRILIVS · PLARIANVS
PRAEF · AERARI · MILITAR · PONTIF · VOLCANI · ET · AEDIVM
SACRAR · P C CLVPEVM ARGENT · CVM · IMAGINE · AVREA · D · D · L · D · D · D ·

Descripsi. Franc. Franzoni ad marginem epistulae quam d. 17 Mart. 1788 dedit E. Q. Viscontio (E. Q. Visconti ms. I f. 88, inde ut videtur repetivit ipse Viscontius ms. I f. 131); Marini Arv. p. 408 (inde Orell. 3154).

3 *p(atronus) c(oloniae)*.

Falsum exemplum extat Neapoli in museo quo venit una cum reliquis lapidibus quos in villa sua prope Casertam exeunte saeculo XVIII collegerat Franciscus Daniels (cf. Mommsen vol. X p. 374, XXXIV), teste Guarinio; quamquam inter lapides Farnesianos recensetur a Fiorellio. Hoc exemplum ediderunt Guarini selecta quaedam veterum monumenta (comm. VIII Neap. 1885) p. 48 qui pro genuino habuit; Fiorelli catal. mus. Neap. inscr. n. 3035. Memorat de visu Mommsen inscr. Neap. 381*. Ipse quoque vidi.

De M. Acilio Prisco Egrilio Plariano dixi ad n. 154.

73 cippus marmoreus. Origo Ostiensis testimonio caret. Romae VISC. f. 41, s. l. IDEM f. 158, sed una cum aliis duabus inscriptionibus musei Vaticani, quarum altera origine quidem Ostiensis est, scilicet ea quam dabimus infra n. 88, sed quae tunc videtur fuisse in museo Vaticano, cum ad alteram originis incertae editam vol. VI n. 878 ipse Viscontius adscripserit 'in Vaticano adservata.' Extat Romae in museo Vaticano (*cortile del Belvedere*).

IMPERIO
Q · OSTIENSIS
F E L I X
AEDITVVS
AEDIS · ROMAE · ET · AVG
F E C I T

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. II f. 41 iterumque f. 158; Marini inscr. Alb. n. 57 qui vidit.

Titulum ad Ostiam pertinere iam Marinius suspicatus est.

74 tabula marmorea. Effossa a. 1787 a Petrinio loco dicto i *Monti di S. Paolo* (cf. n. 85) VISCONT. FEA. Translata in monasterium S. Pauli FEA. Ibi extat.

THIASVS
ACILI · GLABRION
INPERATV · ARAM
FECIT · DOMINAE

Descripsit Forcella, recognovi ipse post Bormannum. E. Q. Visconti ms. I f. 118; Fea *viaggio ad Ostia* p. 13; Nibby *viaggio* 2 p. 384 (inde Orelli n. 1585), *diss. dell' acc. pont.* 3 p. 388; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 183, 337; Cardinali *dipl.* n. 537. Est huius corporis vol. VI n. 808.

75 Ostiae in museo.

..IO VOTVM · SOLVIT · LIB · ANIMO

Descripsi.

76 fragmentum tabulae marmoreae litteris vv. 1—3 cm. 3, v. 4 cm. $1^1/_2$. Ostiae rep. anno 1880 in cavea theatri.

D DEORVM
FELICISSIM
NDA · FAR
IA PEST

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1880 p. 478.

4 IIAFEST Lanc.

77 Ostiae in museo.

SANCTO
AVGG · NN
..LAM

Descripsi.

78 columna parva marmorea Ostiae in museo.

C · C · O · N
O · A · M · F
AT
F R O F I
S T I V

Descripsi post Mommsenum.

1 fortasse *c(oloni) c(oloniae) O(stiensis)*.

79 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae rep. a. 1881.

MAE
CVM
VOTO
L

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 118.

80 fragmentum basis marmoreae. In Portu Romano in aedibus Torloniae principis HENZ., *presso il casino Torlonia* LANC.

RENNI
VERI
D · S
D · D

Descripsit Henzen. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 188.

A dextra intuentibus parte et infra integram fuisse testatur Henzen. — 2 ..EVERI.., 3 ..DISPE.. Lanc.

81 rep. in insula Tiberina prope Ostiam, deinde Westend-Charlottenburg apud Sebastianum Hensel.

SAC
fereSCENS
..SIBI

Descripsit Huelsen.

82 fragmenta duo tabula marmoreae, margine infra et supra extante, litteris c. 15. Ostiae rep. in cavea theatri m. Dec. 1880.

m. agRIPPA | COS

Descripsi. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1880 p. 478, 1881 p. 110.

83 tabula marmorea fortasse de basi desecta. Rep. Ostiae, nunc Romae in museo Vaticano MARINI. Ibi extat (*Gall. lap.* Aug. 1).

GERMÁNICO
CAESÁRI
TI · CÁESÁRIS
AVG · F
5 DECVRIONVM
decreto

Descripsit Henzen. Marini ms. Vat. 9124 f. 193, Arv. p. 710.

84 Ostiae rep. prope templum Matris deum (cf. ad n. 34) VISCONTI. Est Ostiae in museo.

drVSO | *consori et. consorte aug* | VSTI · F

Descripsi. Memorat C. L. Visconti ann. inst. arch. 1869 p. 224.

85 tabula magna marmorea, litteris olim aere repletis. Rep. in Portu Romano (e Claudiani portus ruderibus effossa TITVLVS NOVICIVS inscriptioni appositus) a. 1836, mox ibidem ad sinistram viae in muro exposita, ibique extat.

TI · CLAVDIVS · DRVSI · F · CAESAR
AVG · GERMANICVS · PONTIF · MAX
TRIB · POTEST · VI · COS · DESIGN · IIII · IMP · XII · P · P p. C. M
FOSSIS · DVCTIS · A · TIBERI · OPERIS · PORTV
5 CAVSSÁ · EMISSISQVE · INMARE · VRBEM
INVNDATIONIS · PERICVLO · LIBERAVIT

Descripsi. P. H. Visconti *notizie del giorno* et *diario romano* 8 Dec. 1836, *dissert. della pont. acc. romana di archeologia* vol. 8 (1838) p. 213 tab. aeri incisam (in commentario lecto d. 29 Dec. 1836); Canina ib. p. 259; Nibby *analisi* 2 p. 818; Sarti ms. habuit descriptam ab Angelo Sani agrimensore; Garrucci *i segni detti accenti* p. 35; A. v. Reumont in commentario ad Rutilium Namatianum quem edidit sub nomine Itasii Lemniaci p. 188, de visu e videtur. Henzen c. 5098.

3 COS · III · DESIGN · IIII, 4 PORTV Nibby, male.

86 fragmentum tabulae magnae marmoreae litteris magnis. Ostiae rep., inde translata Romam in aedes Quirinales NOTITIA. Extat Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* inter Ostiensia

imp. caesa | RI · VESPASIANO
aug. pont. | MAX · TRIB POTEST · VII
imp. xiiii. p. p. c | OS · VI · DESIGN VII · CENSORI p. C. 75

PRIMIGENI

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Legitur in notitia ms. rerum antiquarum e Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 178.

87 fragmentum tabulae marmoreae Romae in repositis musei Lateranensis inter Ostiensia.

imp. caesa | RI · DIVI
vespasia | NI · F
domitiano a | VGVST
germanico po | NT MAX
cos.

Descripsi post Bormannum.

Cum in ipsa Ostia nemo descripserit, origo Ostiensis non extra dubium est.

88 tabula marmorea litteris magnis. De origine non constat. Extat Romae in coenobio S. Pauli.

imp. caes. divi
N | *ervae fil. nerva*
TR | *aianus aug. germ*
DAC | *icus trib. pot...*
imp. cos... p. p.
5 FOSSAM | *f e c i t*
qVA · INVN | *dationes tiberis*
aSSIDVE · V | *rbem vexantes*
avo | *cAREN* | *t instituta arcentur*

Descripsit Zangemeister, contulit Bormann; ipse quoque vidi. Haec videtur esse inscriptio illa pertinens ad fossam Traianam de qua verba fecit Reifferscheidius coram socis instituti archaeologici d. 23 Iac. 1883 (*Bull. dell' inst.* 1883 p. 8). Est in vol. VI n. 964.

5—8 fossam hanc memorat Plinius in epistula 8,17 scripta anno fortasse 108 vel 109 (cf. Mommsen Herm. vol. 3 p. 51) his verbis: *Tiberis alveum excessit et demissioribus ripis alte superfunditur. quamquam fossa, quam providentissimus imperator fecit, exhaustus, premit valles, innatat campis, quaque planum solum, pro solo cernitur.* Fuisse hanc fossam eam ipsam per quam hodie quoque pars amnis Tiberini in mare emittitur, coniecit Fea (*osservazioni sopra gli antichi porti d'Ostia* p. 8 in dissertatione lecta in academia archaeol. d. 29 Iul. 1824) adsentientibus Nibbyo (*Porto* p. 33, *analisi* 2 p. 804) et Canina (*dissertaz. dell' accadem. rom. di arch.* 8 p. 296)[1]; et certe titulus Claudii n. 85, quo is *fossis ductis a Tiberi emissisque in mare urbem inundationis periculo* liberatam esse gloriatur, repertus prope portum Ostiensem, suadet ut Traiani quoque fossam ibi prope fuisse ponamus; fortasse ea quoque conexa fuit cum opere portus a Traiano, ut diximus in praefatione p. 6, amplificati. Quod si verum est, statuendum erit inscriptionem hanc ex agro Ostiensi sive Portuensi Romam esse adlatam; quo ducit etiam locus ubi extat, nam basilica et coenobium S. Pauli licet non uno ex loco marmora scripta acceperint, tamen multa in eis latere Ostiensia situs ipse ante portam Ostiensem urbis Romae prope ripam Tiberis indicat. — Supplementa quae adscripsi Mommseno debentur.

1) Contradixit P. H. Visconti (*diss.* l. c. p. 248).

89 in Portu *fra le ruine del palazzo imperiale*.

. . . . . . TRAIAN . . . . . .
. . . . *imp* VI COS DES. *iii* . . . p. C. 111

Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 174.

90 tabulae marmoreae fragmenta duo. Rep. in Portu Romano, nunc Romae in villa Albani.

imp. caes. divi nervae f. nervae | TRAIANO
optimo aug. germ. dac. parthi | *co* PONT · MAX
trib. pot... imp... cos. | VI P · P ...

. . . . *port*VS TRAI | ANI · FELICIS

Descripsi. Fragmentum maius exhibent Fortunati in epistula data d. 4 Febr. 1867 et Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 174; minus Lanciani ib. p. 167; utrumque coniunctum cum tertio alieno P. H. Visconti catal. villae Alban. p. 307 n. 816.

4 fin. 8 paene evanuit, sed tamen certa — Fragmentum continens litteras ... nunc in villa Albania cum eadem tabula coniunctum est, ab ea videtur alienum esse.

91 litteris pulchris. Rep. in Portu Romano anno 1883/4 fossionibus Torloniae.

iS TRAIANI SK
AT CVLTVM RI

Lacci ms.

92 tabula marmorea. Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* Aug. I). Ostiensem esse non traditur.

IMP · C|*aesari divi*
TRAIAN|*i parthic f. divi nervae n*
TRAIA|*no hadriano augusto*
PONTIF| *max. trib. pot.. imp.. cos.. p. p*
L · CLAVD|*ius*
POMPO|*n*
QVINQVE|*nnalis*
OSTIENSIV|*m*

Descripsi post Henzenum.

93 Ostiae in museo.

IMP · CAESARI · DÍVI
TRAIANI · PARTHICÍ · F
DIVI · NERVAE · NEP
TRAIANÓ · HADRIÁNO
Augusto

Descripsi.

94 basis marmorea. Ostiae rep. anno 1803 *nel gran tempio* et ibi relicta FEA. Extat Ostiae in templo quod vulgo Iovis vel Vulcani templum dicitur (cf. ad n. 21).

*imp. c*AESARI · D*ivi*
*traian*I · PARTHICI FIL *divi*
nervae nep TRAIANO · HADRIAN*o*
aug. pont. max. trib. pot. VII COS III p. C. 133?

Descripsere Fea, qui vidit, ms. p. 373; Kellermann ms. et *bull. dell' inst.* 1836 p. 155.

4 in. fuit VII potius quam III. — COS II Kellermann, COS ego, CON Fea

95 tabula magna marmorea. Romae in S. Pauli via Ostiensi *nella nave di mezzo incontro alla colonna da man destra entrando, fragmento in più pezzi in diversi luoghi della chiesa* CITT. (Marc. 162, similiter alibi), similiter MARG, NIC. Fragmenta nunc coniuncta servantur in coenobio S. Pauli.

IMP · CAESA|*ri divi*
TRAIANI · PAR|*thici f*
DIVI · NERVAE|*nepoti*
TRAIANO · HA|*driano*
AVG · PONTIFICI |*maximo*
TRIB · POTEST · XVII · COS · III · P P p. C. 133

COLONIA · OSTIA
CONSERVATA ET AVCTA
OMNI INDVLGENTIA · ET
LIBERALITATE · EIVS

Descripserunt Zangemeister et Bormann, recognovi ipse. Primus descripsit Cittadinius, qui cod. Marc. p. 4 fragmenta et separata exhibet et coniuncta coniecturaque expleta. Idem titulum ut integrum exhibet cod. Marc. p. 456 (ubi se ipsum descripsisse et coniunxisse dicit), et apud Manutium cod. Vat. 5253 f. 636 et 418 (inde Grut. 246, 7 'e Cittadini ms. codice'). Pendere videntur a Cittadinio manus ignota in codice Manutii Vat. 5553 f. 354' et Castellionius Vallicell. R 26 f. 276', qui item ut integrum exhibent. Ex lapide Margarini cod. S. Pauli p. 248 et 280, ed. n. 534; Nicolai *bas. di S. Paolo* p. 108, 11 cf. n. 364. Memorat de visu Nibby *analisi* 2, 433. Est huius corporis vol. VI n. 672.

Supplementa quae addidi habent Citt. Manut. Cast., tamquam in lapide extent. — Non sum nescius talem inscriptionem ab Ostiensibus etiam Romae dedicari potuisse. Sed locus ubi extat, origini Ostiensi aliquantum favet

96 Romae in S. Pauli *nel pavimento della nave di mezzo incontro la seconda colonna* SARTI. Nunc in coenobio S. Pauli.

imp caesari divi
traiani parthici fil
DIVI NE*rvae nepoti*
TRAIAN*o hadriano*
AVG · P*ontifici maximo*
trib potest etc.

Descripsi. Est huius corporis vol. VI n. 672 descripta a Zangemeistero et Bormanno. Exhibet Sarti ms.

Videtur superesse ex altero exemplo tituli eius qui praecedit.

97 tabula marmorea. Rep. Ostiae, inde translata Romam in aedes Quirinales NOTITIA. Extat Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.*) inter Ostiensia.

IMP · CAESARI *divi*
HADRIANI FILIO *divi*
TRAIANI · PARTH*ici nepoti*
DIVI · NERVAE · P*ronepoti*
T · AELIO · HAD*riano*
ANTONINO · AVG *pio p p*
PONTIF · MAX · TR*ib. pot. ii*
COS · II p. C. 139
DENDRO*phori*
OSTIEN*ses*

Descripsi post Henzenum. Notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 187; (Guattani) *monumenti antichi inediti* 1805 p. LXX; C. L. Visconti, qui vidit, ann. inst. arch. 1866 p. 367.

8 COS · III Guatt.; sed tertia hasta non solum nunc non est in lapide, sed numquam videtur fuisse.

98 tabula marmorea litteris magnis. Rep. Ostiae VISCONTI (ms. f. 2). Inter inscriptiones musei Vaticani VISC. (ms. f. 150). Extat Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* Aug. I). — Rep. Otriculi VISCONTI (ed.).

IMP · CAESAR · DIVI · HADRIANI · FIL · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · NEP · DIVI *Nervae*
PRONEPOS · T · AELIVS · HADRIANVS · ANTONINVS · AVG · PIVS · PONTIF · MAX · TRIB · POTES*t ii cos ii* p. C. 139
THERMAS · INQVARVM · EXSTRVCTIONEM · DIVOS · PATER · SVVS HS · |XX| · POLLI*citus erat*
ADIECTA · PECVNIA · QVANTA · AMPLIVS · DESIDERABATVR · ITEM · MARMORIBVS · AD OMNEM · C*ultum perfecit*

Descripsit Henzen, recognovi ipse. E. Q. Visconti ms. II f. 8 et 156, *musée Pie-Clementin* II p. 175 (Mod. 1816); Marini ms. Vat. 9124 f. 196.

1 fin. 6 fin. singulas litteras exhibet Visconti quae nunc non extant nec habet eas Marinius, dedimus eas inclinatas. — 6 fin. anni nota excidit; rettulit Mommsen (eph. ep. 3 p. 336) ad annum 136 ideo quod spatium nec verba *imp. II* qua appellatione Pius inde ab anno 143 nec *p p* qua inde ab a. 139 medio usus est admittat. — 3 has *thermas* memorant et biographus Pii cap. 8 (*lavacrum Ostiense*) et titulus Lucili Gamalae n. 375 qui *vi ignis consumptas refecit*. Fortasse non diversae sunt *thermae maritimae* denuo inter annos 375 et 376 restitutae (n. 137). *Marina lavacra et ad tutelam balnearum iactos et in altum procurrentes petrarum obices* memorat Minucius Felix cap. 3.

99 Romae in quodam marmore delato Romam ex civitate Portuensi ALD. IVC. PICC. NEAP. Sine loco ALC.

I M P · C A E S A R I
D I V I · H A D R I A N I · F I L
DIVI · TRAIANI · PARTHIC · NEPOTI
D I V I · N E R V A E · P R O N E P
E T · A E L I O · H A D R I A N O
A N T O N I N O · A V G · P I O
PONT · MAX · TRIB · POT · IIII p.C.161
COS · III · P · P
DOMINI · NAVIVM · CARTHAGI
N E N S I V M · E X · A F R I C A

Codex Redianus f. 33', Iucundus rec. 3 (Cicogn. f. 111'), Alciatus Feae f. 36', Piccart n. 28 (inde Reines. 3, 21), cod. Neap. XIV D 8 f. 48 iterumque f. 77', ex fonte communi.
Vv. divisio nostra est. — 6 ANTONIO Neap. — 9. 10 CARTHAGINIENSIVM Picc. Neap. (87').

100 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. in Portu Romano, nunc Romae in villa Albania.

pro salute imp. caesaris t. aeli
H A D R I A N I · A N *tonini*
AVG · PII · P · P · ET · M *aeli aureli*
C A E S A R I S · C A N
A N A P T O T E R I V M *m. ulpius*
AVG · LIB · APPIANV *s nomine*
SVO · ET · VLPIAE · N
F I L I A E · S V A E
C I V I B V S · G *a*
d O N V M · D *edit*

Descripsi. Fortunati in epistula data die 4 Febr. 1887; Lanciani ann. inst. arch. 1888 p. 176; P. H. Visconti catal. vill. Alban. p. 306 n. 202.
3 fin. fortasse supplendum est can[*delabrum et*]. — 4 *anaptoterium* vocabulum alibi nondum repertum est; videtur derivari a Graecorum ἀναπίπτειν potestque accipi de accubitorio. — 8 supple *civibus Ga*[*zaeis*], qui in Portu reliquerunt etiam titulum Graecum editum C. I. Gr. n. 5892, sive mavis *Ga*[*ditanis*].

101 rep. anno 1750 vel 1751 Civitavecchia *nella piazza detta di S. Francesco facendo i fondamenti per una sua nuova casa il sig. Michele Guglielmotti* TORRACA. Videtur periisse.

m. aelio aurelio
caesari
imp. caesaris t. aeli
H A D R I A N I A N *tonini*
AVG · PII · P · P · *filio*
C O R P V S P I S T O *rum*
C O L O N I A E O *stiens. e*
P O R T V S V T R I V *sque*

Torraca apud Lamium *Novelle letterarie di Firenze* 1763 p. 802 (inde Donati 466, 8) et in commentatione oblata Garampio cardinali nunc adservata inter schedas Marini ms. Vat. 9185 f. 334, item apud Amaduzzium inscr. coecd. (ms. Savignan. 4 p. 37; Reggi ms. inter Mariniana bibliothecae Vaticanae (inde De Rossi *bull. arch. crist.* 1888, p. 32).
Potest referri etiam ad Faustinam Augustam.
Eiusdem corporis sive *corporis pistorum Ostiensium) et Port(uensium)* quaestor et quinquennalis invenitur infra n. 392. Pistores Ostienses memoravit sub Caracalla Ulpianus libro singulari de officio praetori stutelaris (fragm. Vat. § 235), scilicet eis non competere immunitatem a tutelis pistoribus urbis Romae concessam.

102 tabula magna marmorea. *Non à molto dissotterrata a Porto* [significari Portum ostii Tiberini apparet ex eis quae praecedunt] *e fu da me acquistata e vedesi ora collocata tra quelle iscrizioni straniere che ornano la mia scala* OLIV. Extat Pisauri in aedibus Olivieri.

I M P *caesari*
M · AVR *elio antonino*
AVG · P *ontifici maximo trib*
P O T X *. imp. . cos. . p. p. divi*
A N T *onini pii filio*
D I V I *hadriani nepoti*
D I V I ~~*traiani* PARTHIC~~
P R O N E P O T D I V I
N E R V A E A D N E P O T
CORPVS SABVRRARIORVM
S P P
CVRA AGENTIBVS
PATRONO CLAVDIO BLASTIANO
QQ CLAVDIO EVTYCHN
MVNNENIO GAIANO

Descripsit Bormann. Olivieri *memorie del Porto di Pesaro* (1774) p. 12, add. ad marm. Pisaur. n. 17; Donati p. 458, 6 (inde Orelli 4116); Rocchi descripsit.

103 Ostiae in museo.

I M *p. caes m. aure* LIO
A N *tonino* AVG
G E R *m*
P O N *t. max*
T R I B *pot.*
I M P

Descripsi. Fragmentum maius exhibet C. L. Visconti ms. qui descripsit mense Martio 1858.

104 Ostiae in museo.

imp. c AESAR ·
m. au RELIO
anto NTNO *sic*

Descripsi.

105 marmorea basis videtur magis quam tabula. Extat Florentiae in ecclesia S. Iohannis *battistero*), immissa pluteo unius ex fenestris quibus ex ambulacro superiore in ipsam ecclesiam despicitur, prope absidem maximam (*coro*). *Sarà stata messa in opera nell' atto dell' edificazione del medesimo tempio* NELLI.

I M P · C A E S A R I
DIVI · ANTONINI · PII · FIL
DIVI · HADRIANI · N *epoti*
DIVI · TRAIANI PARTHIC *pronep*
DIVI · NERVAE · ABNEPOTI
L · A V R E L I O · V E R O
AVG · ARMENIAC · PARTHIC
MAXIMO · MEDICO · TRIB · POT · VI p.C.166
IMP · V · COS · II · DESIGNAT · III · PROCOS
COLLEG · FABR · TIGN · OSTIS
QVOD · PROVIDENTIA · ET · LI *bera*
~~LITATE INDVLGENTISS~~ *imi principis*
. . . .

Descripsit Bormann, recognovi ipse. Primum ut videtur legitur ... eodem exemplo in duabus schedis solitariis insertis codici Petri Victor... n. 87 (nunc cod. Monac. Lat. 71..) f. 115. Exhibent deinde Stroz... cod. mus. Florent. f. 36 et f. 3.. Gori inscr. Etr. 1 (1727) p. 3.. n. 51 (inde Vulpi Lat. 6, 214; item inde, potius quam ex Nellio, Lumachi *mem. stor. d... ant. basilica di S. Giov. Batt. di Firenze*; ex Gorio et Vulp. Murat. 520, 7); I. B. Nelli *Pia... ed alzati della chiesa di S. Maria del Fiore metropolitana Fiorentina* (Florent. 1755). ... *gazione delle piante* (ad tab. XVII) p. XXXVIII (inde ut videtur repetita est tam a Lamio *lez... di antichità Toscane* VII p. 253, *Novelle Fior.* 1763 p. 224, quam ab aliis).
3 fin. 4 fin. desunt item apud Victorium Strozzium Gorium; nisi quod Strozzius v. 4 h... PARTHICI ... — 2 IMP · V corrigendum est in IMP · IV; nam Marcum et Verum e... demum 168 ... peratores quintum esse appellatos aliunde constat.
Hanc inscriptionem a fabris tignuariis dedicatam esse non Florentiae, sed aut Romae aut Os... luce clarius est. Ego eam medio quod dicunt aevo Ostia Pisas, ubi prodierunt etiam n. 287, deinde Pisis Florentiam advectam esse crediderim. — Ecclesiam S. Iohannis hodie ple... extructam putant saeculo p. Chr. undecimo vel duodecimo; nec tamen desunt qui ei aet... multo maiorem tribuant (cf. Hübsch, *die altchristlichen Kirchen* p. 42 seq., et contra Schnaase hist. art. vol. 4, ed. altera, p. 448).

106 marmoreae basis ut videtur fragmentum. Romae in aedibus Gulielmorum ad plateam Paganicam. Reperta dicitur in fossionibus quas Maria Anna regis Sardiniae filia ducissa Chablais inter annos 1817 et 1823 instituit in praedio *Tor-Maranci* extra Romam via Ostiensi parte laeva inter miliarium I et II (cf. Biondi *i monumenti amaranziani* p. IV seq.). Sed certa testimonia deficiunt.

*imp. ca*ES · DIVI · A*ntonini pii*
fil divi · HADRIA*ni nep. divi*
*traia*NI · PART*hici pronep*
divi NERVAE · A*bnepoti*
*L. aurel*IO · VERO · AV*g armen*
*parth*CO · MAX · ME*dico tr. pot*
*vi imp i*V · COS · II · DES *iii procos* p. C. 166
*p. p. pro*PAGATORI · *imperi*
*codicar*II · NAVICVLA*ri*
M · P · PALATI*n*
*p*RAEF · ANN*onae*
curam AGENTIBVS
Q · ATINIO · Q · F · *l*
*h*ORIO · M · F · ARN
N · IIII · C · MESS*io*
D · L · P · HELIOD*oro*

Descripserunt De Rossi et Mommsen; recognovi ipse. Kellermann *bull. dell' Inst.* 1835 p. 196; Mercklin *archaeologische Zeitung* 1848 p. 376; Henzen ann. inst. arch. 1851 p. 191, syll. 6479 = 7195. Est vol. VI n. 1022.

Inter Ostienses recepi propter similitudinem cum n. 131, quae et ipsa posita est imperatori a codicariis navicularis, et in qua item in fine memoratur praefectus annonae. Nec me movet quod inscriptiones adservatae in cavaedio aedium olim Chablais dicuntur prodiisse ex praedio Tor-Maranci. Nam si re vera etiam haec inscriptio ex eo praedio effossa est, antiquitus eo translatam eam esse oportet. Potuerunt enim codicarii navicularii Romae imperatori statuam dedicare, sed vix dedicaverunt extra Romam in praediis privatis inter vias Ostiensem et Ardeatinam. — 15 *[cur(atore) an]n(i) quarti)* supplevit Henzen explicans de anno post conditum vel restitutum corpus codicariorum quarto.

107 basis alta m. 0,32, lata circiter m. 0,50. Ostiae in episcopio.

L. A*u*R · VERO · AVG
c. F*a*BIVS · Q · P HONORAT*us*
sic *d*EO *ho*NORIM IMMVNITATATIS *sic*
sic *a*RE *de*NDROPHORIS OSTIENSVM
s *d*ONVM · DEDIT

Descripsi. Antea descripserunt Kellermann ms.; Campana ms.; Henzen *bull. dell' Inst.* 1845 p. 78, syll. n. 7187; C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 388.

Basis ipsa integra est; certe extat margo a dextra et sinistra; sed recens fortasse aliis usibus destinata sulcis duobus arte factis amisit in principio versuum litteras complures.

Sustinebat basis statuam L. Veri Augusti a Fabio Honorato dendrophoris donatam. Cf. ad n. 33.

108 fragmentum tabulae marmoreae latum m. 0,97. *E tutta consunta dall' attrito quasi che avesse servito per soglia.* Ostiae rep. *fra le terre di scarico.*

MI . . . . . .
. . . .
. . . . O . . I . .
. . . . O · AVG
l. AR*meniaci* *pa*RTHIC
*maximo medi*CO · TRIB
pot. imp . . COS · III
*in*DVLGE*n*

Lanciani ms. et apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1878 p. 38.

Aut Marci aut Veri.

109 *frammento di stipite, iscrizione molto corrosa e forse cancellata* VISC.; *base abrasa* LANC. Ostiae rep. *presso l' edifizio grande colle colonne di granito* VISC. Ostiae *a S. Sebastiano* LANC.

PRO SALVTE///
M · AVR · COMMODI
ANTONINI AVG//
M · AVR · AVG · LIB
SARMENTARIVS
///////
D D

P. H. Visconti verba fecit de hac inscriptione in conventu sociorum academiae archaeologicae Romanae d. 11 Mart. 1858 (unde vv. 1—3 editi sunt in actis academiae vol. 49 p. CXI); C. L. Visconti ms. bis paulum diverse; idem edidit ann. inst. arch. 1857 p. 314; Lanciani ms.

1 fin. *imp. c.* supplet C. L. Visc. in schedis altero loco et in ed. — 3 AVG (hiatu non adnotato) Lanciani, AVG PF P. H. Visc., item C. L. Visc. ms. altero loco sed dubitans, AVG TI altero, AVG. *p. f.* (hec pro supplemento) idem in ed. — 4 AVR' AVI, ad ultimam litteram dubitationis signo adposito, Lanc. — 6. 7 om. Lanc. — 9 PATR·H Visc. ms. altero loco, "PATR·S altero, "...ATR...B ed.

110 tabula marmorea. In episcopio Portuensi.

E · IMP · CAES · COM
modo antonino PIO FELICE · SACR · QV *sic*
A · DVLIC · MILIT · CL
SENT · OSTIA · SVB
TI IVSTI · TR · VII · ID *s*
*com*MODO AVG · V COS p. C. 186
TR · PRISCO ·

Recognovi descriptam a De Rossio. Amati ms. 8744 f. 12; Fea act. Arcad. 44 (1828) p. 338 qui descripserat mense Maio a. 1829; Garrucci class. praetor. Misenens. p. 46 n. 3 ex apographo De Rossii.

7 secundam litteram expressi qualis est in marmore; sed non constitit mihi utrum quadratarius voluerit facere R ex E quam primum posuerat, an E ex R; an voluerit dare R et E ligatas.

[Adauent]e imp. Caes. Com[modo Antonino] pio felice sacr(um) qu[od vov(erant) I(ovi) o(ptimo)] m(aximo) Dulic(eno) milit(es) cl(assis) [pr(aetoriae) Mis(enatis) cum es]sent Ostia sub [cura] . . . ti Iusti tr(ierarchi) VII id. . . . [Com]modo Aug. V cos., [curam agente] . . . . Ter(entio?) Prisco. Haec proposuit Mommsen; alia Garruccius l. c. — 5. 6 significari diem VII idus Ianuarias, qui dies saeculo tertio et fortasse antea quoque (C. I. L. III p. 913; VI n. 200) sollemnis fuit missioni veteranorum militiae urbanae, et hic quoque agi de militibus missis honesta missione coniecit Bormannus.

111 Ostiae *frammento di grande iscrizione* VISC.

DIVC
*p*ART*hici*

C. L. Visconti ms. descripsit mense Oct. 1855.

112 basis. Ostiae prope Turrim Bovaccianam repperit Fagan autumno a. 1797 VISCONTI, similiter FEA. Extat Romae in museo Lateranensi.

IMP · CAES · DIVI ·
M · ANTONINI · PII ·
GERMANICI · SARMATICI · FILI · DIVI
COMMODI · FRATRI ·
s DIVI · ANTONINI · PII · NEPOTI
DIVI · HADRIANI · PRONEPOTI ·
sic DIVI · TRAIANI · PARTICI · ABNEPOTI
sic DIVI · NERVE · ADNEPOTI ·
L · SEPTIMIO ·
SEVERO · PIO ·
PERTINACI · AVG · ARAB ·
sic ADIABENICO · P · M · TRI · POT · IIII · p. C. 196
IMP · VIII · COS · II · P · P ·

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. E. Q. Visconti ms. 1 f. 181; Fea *viaggio ad Ostia* p. 51; Marini ms. Vat. 9125 f. 157; Nibby *viaggio ne' contorni di Roma* 2 (1819) p. 297 (inde Orelli 904), *dissertazioni dell' accademia rom. d' arch.* 3 (1829) p. 341, *analisi* 2, 468; Cardinali *dipl.* n. 482; Henzen qui vidit *bull. dell' Inst.* 1845 p. 60.

113 basis marmorea. Rep. mense April. 1794 *al porto Traiano* MAR. VISC. (f. 258), *nel porto Ostiense* VISC. (f. 277); *sulla sponda del Trajanello nell' angolo per andare alla chiesa cattedrale* FEA. Frons basis litteris quae perierant in marmore ita scite suppletis, ut nonnullos fefellerint, extabat Romae in aedibus Vaticanis in repositis (empta a pontifice anno 1827), nunc extat in repositis musei Lateranensis.

imp. caesar DIVI
*m. antoni*NI · PII · GERMAN*ici*
*sarmati*CI · FILIVS · DIVI ·
*co*MMODI · FRATER
DIVI · ANTONINI · PII · NEPOS · DIVI · HADRIANI
PRONEPOS · DIVI · TRAIANI · PARTHICI ·
ABNEPOS · DIVI · NERVAE · ADNEPOS
L · SEPTIMIVS · SEVERVS
PIVS · PERTINAX · AVG
ARABICVS · ADIABENICVS · P · M
TR · POT · IIII · IMP · VIII · COS · II · P *p* — p. C. 196
sic COLVMNAM · VII · TEMPEST*ate*
CONFRACTAM · RESTITV*it*

Descripsi post Kiesslingium neglectis supplementis recentibus. Manu ignota legitur in Marinii ms. Vat. 9127 f. 88, unde ed. Marini Arv. (1795) p. 411; E. Q. Visconti ms. I f. 258. 277, Fea *viaggio ad Ostia* p. 52; Amati ms. Vat. descriptam a Sartio.

12 VII] corr. VI; cf. vol. V, 5725 *speleum vii ignis absumtum*. — TEMPEST*ate* suppleverunt plerique, cogitantes de columna nescio qua septima (cf. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 188), male; et ita restitutum est in marmore.

114 Ostiae rep. a. 1880/81 multa fragmenta magnae tabulae marmoreae litteris olim aere repletis. Adposui narrationem LANCIANI: *Sulla scena del teatro ostiense abbiamo ritrovato alcune centinaia di frammenti di una grande iscrizione a lettere di bronzo alte mill. 146 . . . L' iscrizione è incisa su lastroni di marmo, di diversa grossezza. Le tre ultime linee* [v. 7—9], *che sono le sole ricomposte fin ad ora, sono incise su due lastre, maggiore l' una, minore l' altra grosse mill. 55, lunghe assieme met. 3,20, alte met. 0,70. Le due lastre che contenevano il principio della iscrizione, sono molto più sottili (mill. 34), cosicchè i perni delle lettere di metallo le traforano da parte a parte. Egli è perciò che cadendo, si sono spezzate così minutamente, che ciascuna lettera fa da sè, e non è possibile riunirle e disciplinarle. Alcune soltanto si sono mostrate meno ribelli* (scilicet fragmenta quae videbantur pertinere ad vv. 1—5).

IMP · *Caes. divi m. antonini fil. divi*
*commodi frater divi anto*NINI *pii*
*n*EP*os divi hadri*ANI *pro*NEPOS *divi*
*traiani a*BNEPOS · *Divi ner*VAE · ADNEPOS
L · SEPT*i*MIVS · SEV*erus pius pe*RTINAX AV*g*
arab. adiab. parth. max. pontifex max
*tri*BVNIC · POTEST · *iiii imp* II COS · II · ET
*marc*VS · AVRELIVS · ANTONINVS · CAESAR
DEDICAVERVNT

Fragmenta coniunxit et suppleta ita fere ut supra exhibui edidit Lancianius apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1881 p. 110. 111. Vv. 7—9 eo loco ubi antiquitus stetisse videntur repositos ipse quoque vidi.

115 epistylium marmoreum. Ostiae *nel fabbricato isolato prima del teatro* LANC.

*c*VLTIORIBVS · ORNAMENTIS · RESTITVERVNT ·

Recognovi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 113.

Pertinere ad eosdem imperatores quorum est n. 114 vel omnino esse imperatoriam minime certum est.

116 basis parva marmorea. Ostiae rep. anno 1887 una cum n. 34.

IMP · CAES
L · SEPTIMIO · SEVERO
PIO · PERTINACI · AVG
CORPVS
CANNOPHORVM · OST
· ARG · P · I ·

Descripsi. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1888 p. 388; acta ms.

117 basis parva marmorea. Ostiae rep. una cum n. 34.

IMP · CAES
M · AVRELIO
ANTONINO · AVG
CORPVS
CANNOPHORVM
OST · ARG · P · I

Descripsi. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1888 p. 398, acta ms.

Cannophori recte ita scripti in his titulis ab ipso corpore positis (item n. 35 et 277); soloece *Kannophri* audiunt supra n. 34, *cannofori* in albo corporis n. 278, *cantnafori* n. 38 et 118.

118 Ostiae rep. anno 1828 MELCH. Prodiisse ex eodem loco ex quo postea prodierunt n. 34—37. 116. 117. 119 apparet.

IMP · CAES
*L. septim*IO · SEVERO · PIO · PERTINACI · AVG
*arab. adiab. parth. max. p*ONT · MAX · TRIB · POT · VIII · IMP · IIII · COS · II · P · P · — a. 200
*str*ATONICVS · CANTNDFORIS · OST · B · P · P ·
*f*ET · DEDICAVIT

Melchiorri, qui vidit in sylloge inscriptionum Ostiensium n. 182.

3 scr. IMP · XI.

119 cippus parvus marmoreus. Ostiae rep. anno 1887 una cum n. 34.

IMP · CAES · M · AV
*r*ELIO · ANTON
PIO · FEL · SEVERI
FIL · AVG ·
C · CAESIVS · EV
TYCHION · IMM
K · O · D · D · A · P · I ·) VIII
CVIVS · DED · DED
PAN · VIN · ET · XI
DED · PR · N · APR — 4. Apr. 212
ASPRIS II COS

Descripsi. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1888 p. 391; acta ms.

Imp(eratori) Caes(ari) M. Au[r]elio Anton(ino) Pio fel(ici) Severi [fil(io)] *Aug(usto). — C. Caesius Eutychion imm(unis) k(annophoris) O(stiensium) d(onum) d(edit); a(rgenti) p(ondo libram) I (scripula) VIII. Cuius de*[dica]*tione*] *ded(it) pan(em) vin(um) et (denarios singulos). Ded(icata) p*[r(idie)] *n(onas) Apr(iles) Aspris (duobus) cos.*

120 basis marmorea. Ostiae prope Turrim Bovaccianam auctumno a. 1797 repperit Fagan VISCONTI, similiter FEA. Extat in museo Lateranensi.

IVLIAE ·
AVG ·
MATRI · CASTRORVM

Descripserunt De Rossi et Michaelis. E. Q. Visconti ms. I f. 101'; Fea *viaggio ad Ostia* p. 61; Nibby *viaggio ne' contorni di Roma* 0 (1810) p. 000, *dissert. dell' accademia rom. d'arch.* 3 (1829) p. 341, *analisi* 2, 468. Est errore vol. VI n. 1040 inter urbanas.

---

121 basis marmorea. Rep. et adservais una cum n. 120.

M · AVRELIO
ANTONINO ·
CAES · IMP a. 196
L · SEPTIMI
SEVERI · PII ·
PERTINACIS · AVG
ARABICI · ADIABENICI
P · P · FILIO

Descripserunt De Rossi et Michaelis. E. Q. Visconti ms. I f. 101; Henzen, qui vidit, *bull. dell' inst.* 1840 p. 01, syll. n. 6503. Errore est vol. VI n. 1000 inter urbanas.

122 tabula marmorea utrimque scripta. Effossa in Portu Romano, inde Romae in museo Torloniae.

a

gerMANICO
*maximo pont. max. tri*BVNICIAE
pot. imp. coNS IIII PRO
*cos pp. et iuliae aug. ma*TRI · AVG · ET
5 *castrorum et pa*TRIAE a. 213/217
deVOTVS

b

SEPTT *antoo maximo germanico*
MAXIMo *pio felici*
AVGVSTo
a. 215 LAETO II *et cerialo cos*
5 CHARITO VER

Utramque inscriptionem recens effossam in Portu descripsit De Rossi mense Febr. 1868; alteram (a) Romae descripserunt Bormann et Gatti.
a 4 in. litterae T hastam residuam enotavit solus Bormann.

---

123 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. in Portu Romano, nunc Romae in museo Torloniae.

IS
MATRIS
*aug et castror*VM
APIS SCHOLAM
M SVA PECVNIA
*fece*RVNT PR ID IVN
II COS
*o HE*RACLIDEN
*cura ag*ENTIBVS
*CTO ET M ME*TTIO AR*POCrat*
IBNE

Descripserunt Bormann et Gatti. Paullo pleniorem edidit Lanciani *bull. dell' inst.* 1870 p. 01.
Videtur pertinere ad Antoninum Caracallam et Iuliam Augustam. — 4 *cultores Ser*]*apis* Lanc. — 6 seq. Quae inclinatis dedi, servavit Lanc.

124 Romae in villa Albania inter inscriptiones quae huic villae nuper demum accesserunt et quarum maior pars reperta est in Portu. Hanc etiam mentio fabrorum Portus vindicare videtur.

ET · INVIC M
*a*VG · MATRIS · AV*g et castrorum*
*et pat*RAE · PHAEDRO
R · PATRIBVS ·
5 *s*VMPTIBVS FABR
*chry*SSEROS · IVN · EXV

Descripsi. P. H. Visconti catalog. vill. Alban. p. 313 n. 034.

---

125 tabula marmorea. In episcopio Portuensi.

IMP CAESARI · M aVRELIO
SEVERO ALEXANDRO
sic FELICE AVG ET IVLIE MAMEAE
MATRI · DOMINI N ET CASTROR
TOTIVS · Q · D · D · STATION FRuMENTARIORVM
sic LOCVS · ADSIGNATVS · A · B AGRICOLA · AVG · LIB · PROC · P · V ·
ET PETRONIO MARSIMO · F · ANN · ET · FABIO · MARONAE F sic
OPERVM · DEDIC · III · NON · AVG · APPIO CL · IVLIANO · ET BRVTT · 3 Aug. 224
CRISPINO · COS · PATRONO · Q TVRRANIO MASILA · CVRA
AGENTE · P · FLAVIO · FL · FILIO · FELICI IVNIORE
ET · VALERIO · DONATO CVR ·

Descripsi. Consulatum solum vv. 6. 9 enotavit Fea *effemeridi letteraria di Roma* fasc. 33 (1803) p. 300 et *giornale arcadico* vol. 44 (1820) p. 339. Integram descripsit Amati ms. 9744 f. 14', *giornale arcadico* vol. 00 (1000) p. 352; idem misit Borghesio, unde edita est in Borghesii opp. 5 p. 050. Henzen in syll. Orelliana n. 0503.
1—3 nomina Alexandri et Mamaeae erasa sunt, sed leguntur. — 5 STATIO FRVMENTARIORVM Amati (ms.), ubi litterae FRV videntur deberi coniecturae, STATIONFRVMENTARIORVM Henzen, idque ipsum ego mihi in lapide agnoscere videbar, licet litterae NFRV non nimis certae sint. Salvo *statio n(umeri) frumentariorum* TH·M·] Rasuram vocis FRVMENTARIORVM Borghesius l. c. p. 054 tribuit errori quadratarii, quae opinio vix cuiquam probabitur. Causa sane latet; sed conferri potest, quod etiam in titulo n. 7 dedicato genio castrorum peregrinorum a frumentariis vocabulum aliquod est erasum. — 11 videtur postea additus esse.

126 tabula marmorea. In fauce stagni Ostiensis, et ante arcem nobb. de Sacchettis FABRETTI. In villa Sacchettiana MAFFEI. In Castro Fusano ad villam Sacchettiam nunc Chisianam in pariete domus rusticae MARINI (ms.). Ibi extat adhuc.

IMpp caESAres
M a u r e l i i
C a r I N V S et
n u m e r i a N u S
PII · FELICES · INVICTI · AVGVSTI
GERMANICI · MAXIMI · BRITTANNIC
MAXIMI · PERSICI · MAXIMI
TRIBVNICIAE · POTESTATIS
COSS · PATRES · PATRIAE
PROCONSVLES
PONTEM · LAVRENTIBVS
ADQVE · OSTIENSIBVS
OLIM · VETVSTATE · COLLABSVM
LAPIDEVM · RESTITVERVNT
/ / / / / / / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / / / / / /

Descripsi. Exhibent Fabretti 697, 190 (inde Vulpi Lat. 6, 187); Ghezzi ms. Angelican. p. 82; Maffei mus. Veron. 307, 1 non sine mendis, auctore non laudato (inde Donati 218, 8); Marini ms. Vat. ab Amadutio qui habuit ab amico, Arv. p. 418 ab E. Q. Visconti; E. Q. Visconti qui vidit, ms. I f. 113. 192; Fea *viaggio ad Ostia* p. 69; Amati ms. 9742 f. 37' e Gerhardo; Nibby *analisi* 1 p. 423; Bruna descripsit.

1—4 verborum erasorum reliquias ante me enotaverunt soli Fabrettius et Ghezzius quorum lectionem adposui. — 1 I......SA.... Ghezz., IMPP · CAESARES Fabr. — 2 M .... Ghezz., AVRE... Fabr. — 3 ONINVS.... Fabr., Ghezzi nihil legit. — 4 priores nihil legerunt.

127 fragmentum tabulae marmoreae. Adservatur una cum n. 126.

/ / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / /
s PII FELICES · INV*icti augusti*
GERMANICI *maximi brittannic*
MAXIMI *persici maximi*
etc

Descripsi. E. Q. Visconti ms. I f. 192, Nibby *analisi* 1 p. 423; Amati ms. 9742 f. 37 e Gerhardo; Brunn descripsit.

Ex utraque tabula principium nomina imperatorum duorum continens periit antiqua rasura, sed vestigiis in altera earum n. 126 relictis ut puto ita certis supplementa ea quae supra proposui indicantur. Carini et Numeriani Augustorum alios titulos horum plane similes habemus nullos; nam in titulis Africanis vol. VIII 2529. 2530. 4221. 4222 agnomina ex victoriis petita omissa sunt. Germanicum maximum appellatum esse Carum noveramus (vol. VIII 2717. 7002); nova in filo sunt Britannici maximi et Persici maximi, in Numeriano tam haec quam Germanici maximi nomina. Persici nomen in Numeriano patris in ultima expeditione comite facile explicatur, unde etiam cum fratre communicari potuit, in Britannia illo tempore arma mota esse ne suspicati quidem eramus. Sed hoc non magis est singulare quam Britannici nomen Diocletiano datum in titulo n. 128 scripto a. 285. — Marinius (Arv. l. c.), qui neque ipse viderat titulos nec de vestigiis ex imperatorum nominibus relictis audiverat, rettulit ad Diocletianum et Maximianum. — (15. 16 sine dubio imperatorum duorum nomina scripta fuerunt utpote consulum a. 284 Th. M.

128 magna basis marmorea. Romae in atrio aedium Tiberii Ceuli BARON.; in aedibus Ceuoli ad viam Iuliam WINGH. CIACC. In villa Borghesiana MANILLI. Ibi extat pone aedes domini HENZEN. — Ad argumenta originis Ostiensis quae infra exposui accedit quod idem Tiberius Ceuli apud quem primum descripta est etiam alteram inscriptionem habuit sine dubio Ostiensem n. 346.

in fronte:

IMP · CAES · C · VALERIO
D I O C L E T I A N O
PIO · FELICI
INVICTO · AVG · PONTIF · MAX
BRITTANNIC · MAX · GERM
MAX · TRIB · POTEST · II · COS · II *a. 285*
P · P · PROCOS
HONORATI · ET · DECVRION
ET · NVMERVS · MILITVM
C A L I G A T O R V M

in latere intuentibus sinistro:

C V R A · A G E N T I B V S
CN · SERGIO · MERCVRIO
M · LICINIO · PRIVATO
TI · CLAVDIO · SOSIPOLE
MAGISTRIS · QQ · LVSTRI · XXIX

Titulum primarium descripsit Henzen vol. VI n. 1116. Utrumque exhibent Winghius Brux. 1, 10. Sirmondus ms. Paris. 1449, 237. Manilli *villa Borghese* (1700) p. 82 seq.; a prioribus Orelli 3840. Titulum frontis Baronius ann. eccles. vol. 2 (ad. R. 1594) p. 660 ad Chr. 284 (inde Grut. 279, 3, collatis in ed. 2 schedis Gutensteniania); Ciacconius Baff. f. 78'; Manilli *villa Borghese* (1650) p. 149; Pholet sched. Senens. 1, 170; Fabretti 747, 548. Solum titulum lateris Maffei mus. Ver. 253, 8.

In inscriptione lateris v. 3 PRIVALIO habet Sirm., 4 T·CLAVDIO Maff., SOSIPOLI Sirm., 5 XX·IX Winghe, XIX Sirm.

M. Licinius Privatus is qui in inscriptione lateris inter magistros quinquennales lustri undetrigesimi memoratur loco secundo, in altero titulo nuper Ostiae effosso (n. 385) appellatur *magister quinquennalis collegi fabrum tignuariorum lustri XXVIII.* Nihil igitur dubii quin inscriptio lateris pertineat ad collegium fabrum tignuariorum Ostiensium. Titulus frontis fieri potest ut alienus sit ab inscriptione lateris, substitutus — id quod saepe factum est et quod de hoc quoque coniecit Henzen, cum ederet eum inter urbanos — in locum tituli antiquioris erasi. Sed tamen etiam hic pertinere videtur ad idem collegium. Nam posuerunt eum *honorati et decuriones et numerus militum caligatorum*; quorum *honorati* quidem et *decuriones* in quolibet collegio esse potuerunt, *numerus* autem *caligatorum* alibi nondum repertus peculiaris fuit collegio fabrum tignuariorum Ostiensium, testibus titulis Ostiensibus duobus, quorum alterum iam a nobis commemoratum M. Licinio Privato posuit *universus numerus caligatorum collegi fabrum tignuarior(um) Ostiens(ium)*, alterum (n. 180) C. Bassilio Crescenti *numerus caligatorum decuriar(um) XVI colleg(i) fabrum tignuar(iorum) Ostis.* Habemus igitur titulum Diocletiano dedicatum a collegii fabrum tignuariorum Ostiensium honoratis decurionibus caligatis sive plebeis, non Romano — nam collegium constitutum si in urbe Roma titulos imperatori dicavit, quod fieri sed vix factum esse puto, certe non omisit mentionem patriae Ostiae sive in foro coloniae sive eo loco quo collegae convenire solebant unde hanc basem Romam esse translatam statuendum erit. — explicanda altera difficultas. Ad idem collegium fabrum tignuariorum Ostiensium tam lateris inscriptionem quam frontis pertinere ostendi. Quarum cum altera contineat dedicationem factam ab eo collegio, nomina magistrorum eiusdem collegii sub quorum cura dedicatio facta, quis dubitaverit, quin altera alterius sit aequalis, et quin ipsi ei lustri undetricensimi, quorum nomina in inscriptione lateris leguntur, a. 285 titulum frontis Diocletiano incidendum curaverint? Sed huic rei obstant cum alii tituli in quibus lustra collegi fabrum tignuariorum memorantur, tum maxime is qui positus est a fabris P. Bassilio Cresce

collegii tricesimo tertio. Nam si annus aerae Christianae 285 incidit in lustrum collegii undetricesimum, consequens erit et titulus P. Basilii Crescentis scriptus sit inter annos 301 et 309. At honores gesti a P. Basilio Crescente conveniunt aetati Severianae vel etiam Gordianae, nullo modo ultimis Diocletiani vel primis successorum annis. Etiam epitaphium infra edendum C. Similii Philocyrii magistri collegi lustro tricesimo et sexto non sapit aetatem Constantinianam[1]). Titulus igitur Diocletiani non paucis annis recentior sit necesse est quam nomina magistrorum lustri undetrigesimi in latere basis perscripta; id quod ita effici potuit, ut basis olim a fabris nescio cui imperatori vel privato homini bene merito dedicata anno 285 ab eisdem fabris Diocletiano destinaretur, deleto titulo frontis antiquiore, magistrorum vero nominibus per incuriam in latere relictis. Nec mireris quod fabri tignuarii Ostienses titulos quos olim decreverant ipsi deleverint, nam id ipsum in florentissima civitate Rhodiorum publicae consuetudinis fuisse auctor est Dio Chrysostomus or. 31.

1) Omisi titulum Sabinae Augustae dedicatum a *magistris quinquennalibus collegi fabrum tignar(iorum) lust(ri) XXIII* Romae repertum et editum ab Henzeno inter urbanos n. 996. Nam enim vel origine vel argumento pertinere ad Ostiam nulla re indicatur; immo ut Ostiensibus eum abiudicem movet me, et quod in collegio fabrum tignariorum a cuius magistris dedicatus est sex fuisse videntur magistri quinquennales (nam septimus substitutus est in locum defuncti), cum collegium fabrum tignuariorum Ostiensium ternos habuerit, et quod ex septem magistrorum nominibus quae exhibet nullus adhuc repertus est in tanto numero inscriptionum Ostiensium. Ceterum non constat de vero tempore huius tituli; nam nomen Sabinae in litura restitutum est, itaque fieri potest, ut incisus sit multo ante Sabinam Augustam.

129 Ostiae rep. in cavea theatri.

· DO[M] ... [VI]RI · DIC
NOBI[L]

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 119.

Ad Diocletianum spectare nequaquam certum est.

130 traditur sine loci indicatione una cum n. 489; quae cum originem Ostiensem prae se ferat, hanc quoque Ostiensibus interposui.

PERPETVO · PRINCIPI
IMP · CAES · M · AVRELIO
VAL · MAXIMIANO
PIO FELICI AVG
GERVEIVS ROMVLVS
CVRA[T]·R · P · OPI · PVBL

Legitur scripta manu ignota apud E. Q. Viscontium ms. II f. 117.

[9 fortasse fuit *curator rei publ(icae)* TH. M.]

131 basis marmorea CITT. (Marc. 69), litteris longis WINGH. Adducta ex colonia Ostiensi a. 1589, nunc est (Romae) non procul ab ecclesia scolae Graecae secus viam CITTAD. (Marc. 69) Prope Tiberim adducta Ostia 1589 WINGH. (In) via (qua itur) ad portam D. Pauli SIRM. — S. l. CITT. (Marc. 30) HANN.

RESTITVTORI · PVBLICAE
LIBERTATIS · DEFENSORI
VRBIS · ROMAE · COMMVNIS
OMNIVM · SALVTIS · AVCTORI
D · N · IMP · FL · VAL · CONSTANTINO
PIO · FELICI · INVICTO · SEMPER · AVG
CODICARI · NAVICVLARI
INFERNATES · DEVOTI · N · M · Q · EIVS
CVRANTE · AVR · VICTORIANO · V · P
PRAEF · ANN

Cittadini Marc. p. 30. 99 et apud Manutium Vat. 5253 f. 404; Winghe cod. Brux. 2 f. 19 = Cacconius Rafaellianus f. 116; codex Hannover. IX, 991 f. 25'; Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1419, 72 et 1420, 146 (inde Grut. 1089, 8; ex Grut. Orelli 1084).

3 CONMVNIS Cittad. (Vat., Marc. 30), COMVNIS Hannov. — 5 IMPERATORI Cittad. Hannov. — 7 CODICARII Grut. — NVTICVLARI Hannov. — 8 INFERALES Cittad. (Marc. 30). — DEVOTI] D Wingh. Ciacc., om. Cittad. (Marc. 30). — N om. Cittad. (Vat.). — 9 VICTORINO Cittad. (Marc. 69) Hannov.

Codicarii naviculariі praeter hunc titulum certae originis Ostiensis posuerunt etiam n. 106. 181. 189 coniectura a nobis inter Ostienses receptos; *codicar(ius) curat(or) Ostis et III honor(atus)* reperitur infra n. 394. *Infernates* quod hic appellantur, id non pertinere ad mare inferum, sed ad amnis Tiberini partem inferiorem, eam quae est inter Romam et Ostiam, docuit Henzenus (ann. inst. arch. 1851 p. 193). Ab antiquis enim non uno loco diserte traditur codicarias naves eas appellari solere *quae commeatus per Tiberim subvehant* (sic Seneca de brev. vitae 13, 4; cf. Varro de vita p. R. apud Nonium p. 535 M.: *antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naves codicarias appellamus*; de navibus in amne Euphrate idem vocabulum adhibet Sallustius apud Nonium l. c.); itemque in nautas Tiberinos frumentum a Portu Romam advehentes magis quadrant quae de *caudicariis* saeculi p. Chr. quarti tradita accepimus, scilicet eos cum mensoribus Portuensibus modo litigavisse (vol. VI n. 1759 cf. adnotata ad huius vol. n. 173), modo una cum illis rationes publicas fraudasse (Cod. Theod. 14, 4, 9).

132 Ostiae in episcopio.

*ob redi*TVM CONSTANTI*i*
pontifex sollani et [S]ADIVM SACRAE
diocletiano aug. VIII MAXIMIANO AVG
vii *c*OS a. 303

Descripsi.

[5 fortasse fuit *perm(issu) pont(ificis)* TH. M.] — 3 in. fuit VIII magis quam IIII.

133 cippus est marmoreus (non columna, nec videtur fuisse pro miliario) altus circiter m. 1,80, latus circ. m. 0,50. In Portu Romano, iacet humi ibi prope ubi est n. 99.

DDD NNN FLA*vi*VS
VALERIVS · CONSTANTIN
V*s pius* FELIX VICTOR AVG
reliqua detrita

Descripsi.

3 FELIX vox aliquantum detrita, sed certa; quae praecedunt, omnino incerta. Fuit opinor Constantini Licinii Maximini Dazae.

134 traditur sine loci indicatione. Origo Ostiensis patet ex v. 3.

...IVS PIVS FELIX INVICTVS AVGVS*tus*
thermas? .... *de*FORMATAS RVINOSA LABE
OSTIENSIBVS INTEGRAVI*t*
...CO ANNONAE V A PRAEFF

Legitur scripta manu ignota inter schedas E. Q. Viscontii II f. 43.

5 FFORMATAE traditur. — 4 *praefect*]*o annonae v(icem) a(gente) pra*[*efectorum praetorio*.

135 traditur sine loci indicatione una cum n. 134.

consTANTIVS ET CONSTans
2 therm\S INCVRIA LONGI TEMPORIS DESTITVTAs
DRVM AD PRISTINVM STATVM REFORMAN
4 ostiensibus sVIS REDdIDERVNT
5 curante . . D V C PRAEFECTO ANNONAs CVM IVRE gIADII

Legitur scripta manu ignota inter schedas E. Q. Visconti II f. 43.

3. 4 *adiectione marmorum nov]orum vel etiam nullis oneribus colon]orum ad pristinum statum reformandas sumptibus s]uis re[cepe]runt* proposuit Mommsen. — 4 REDIDERVNT, 5 ANNONAF, CIADII traditur. — Ad idem aedificium pertinere titulum editum inter urbanos vol. VI, 1165 coniecit Mommsen.

136 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae in museo.

d d N NNN · V A*lentiniano valenti et gratiano victoribus ac*
*triumphatori*BVS · AVGVSTis a. 375/6
SV

Descripsi. C. L. Visconti ms.

Potest pertinere etiam ad Valentem Gratianum et Valentinianum I Augustos (a. 375/376), item ad Valentinianum II Theodosium et Arcadium (383/392).

137 tria unius epistylii marmorei fragmenta. 'Romae apud marmorarium in foro Boario, rep. Ostiae a. 1776' MARINI. 'Marmor effossum e fundo vulgo Bovaccione prope Ostiam anno 1776. Testatur haec Carolus Ferrarius, ex cuius latomiis lapidariis monumentum hoc, aere ponficio redemptum, in musei Capitolini impluvium nuperrime transferri curavi' GVASCO. Ibi extat loco alto posita.

a THERMAS MARITIMAS INTRESECVS REFECTIONE CELLARVM FORI
b S · SOLI · ADIECTIONE DDD · NNN · VALENS GRATIANVS · ET VALENTINIANVS VICTO a. 375/378
PROCVLO · GREGORIO V C PRAEFECTO · ANNON · VRBIS · ROMAE · CVRANTE DECORARVNT
c R · AC TRIVMF · SEMPER · AV

Descripsi. Marini ms. Vat. 9104 f. 205 et in sylloge inscr. Christ. ms. (cod. Vat. 9071) p. 145, 7 (inde Mai vet. script. nova collectio V p. 347 n. 1); Guasco mus. Capitol. n. 1238 (inde Orelli n. 3327); P. H. Visconti in actis Arcad. nov. ser. vol. 16 (Iul. Aug. 1859) p. 21 qui vidit, sed verba dedit secundum Guascum.

Fragmenti primi ultimam litteram a Guasco pro I habitam Marinius habuit pro V dimidiata (V), legens FORV; nec potest negari hastam illam esse rectam qualis debuit esse I, sed sinistrorsum aliquantum inclinatam. Verum etiam reliquae quae hanc hastam praecedunt elementa similiter inclinata sunt, ut haec certe eodem iure pro I haberi possit. — *Thermas maritimas intresecus refectione cellarum, foris soli adiectione, d(omini) n(ostri) Valens Gratianus et Valentianus victor(es) ac triumf(atores) semper Au[g(usti)], Fl(avio)?) Proculo Gregorio v(iro) c(larissimo) praefecto annon(ae) urbis Romae curante, decorarunt.* Ad Gregorium praefectum annonae rescripserunt Valens Gratianus et Valentinianus Treviris a. d. XIV kal. Mart. a. 3 (cod. Th. 14, 3, 15); ad Gregorium aliquem Symmachus dedit epistulas 3, 17—22. — De thermis Ostiensibus cf. supra n. 95.

138 rep. a. 1865 in Portu Romano effossionibus Torloniae.

florentis imperio ddd. nnn. invictissimorum PRINCIPVM VA*lentiniani theodosii et arcadii semper augustorum*
. . . . *ragonius vince*NTIVS CELSV*s v. c. praefectus annonae urbis romae . . . curavit*

Descripsit De Rossi et edidit *bull. di archeol. crist.* 4 (1866) p. 36.

In supplendo titulo praeivit De Rossi; cf. ad n. 173.

139 basis magna marmorea litteris malis. Inscriptio pr deleta nove superscripta est; ex illa relictae sunt lit aliquot in margine dextro. Locum non adscripsit m IGNOTA codicis Vatic. 'E ruinis Ostiae' SVAR. Rom museo Vaticano MARIN. Extat in museo Pio-Clem (*sala delle Muse*).

CVRAVIT · RAGONIVS
VINCENTIVS CELSVS ·
VC PRAEFECTVS ·
ANNONAE VRBIS ·
5 ROMAE ET CIVITAS ·
FECIT · MEMORATA ·
· DE PROPRIO ·

Descripsi. In s solitaria inserta Vatic. 9140 f. 2 guntur huius in tionis exempla alterum imperite tum manu ignota rum emendatum manu Suaresii. De visu dant Marin Chr. ms. (cod. Vat. 9071) p. 142, 1 (inde Mai scri nova collectio 5 p. 337 n. 7) et P. H. Visconti act. nov. ser. vol. 15 (Iul. Aug. 1859) p. 248.

Ex scriptura priore extant in margine intuenti dex versus 1 R, 2 P (?), 4 I, 5 G. — Videtur perti idem opus publicum cui inscriptus erat titulus qui p la primaria inscriptione Ostiae nomen enuntiatum fr trema ostendunt.

140 basis marmorea. Rep. a. 1822 in Portu Romano, collocata in episcopio.

SALVIS · D · D · N · NRIS   a. 425/450
THEODOSIO · ET PLACIDo
VALENTINIANO
urceus   P·P·A·A·V·V·G·G·   patera
FL alEXANDER CREsCoNIVS
V · C · PRAEP · ANN · VRB · Rom
AD ORNATVM PORTICvE
PLACIDIANAS POSVIT

Descripsi. Amati ms. 9744 f. 1; Nibby *Porto* p. 55 = *anal.* II, 620 (inde Henzen n. 5592).
5 Flavium Alexandrum Crescenium Garruccius (*revue archéol.* nov. ser. vol. 6 p. 37) habet pro Crescenio comite metallorum, ad quem rescripserunt Valentinianus et Valens a. 365 (cod. Theod. 13, 18, 3), quo anno ille fortasse nondum natus erat.

141 fragmentum epistylii scriptum utrimque. Rep una cum ea quae praecedit, iacet ante episcopium Portuense.

porticu☧ PLACIDIANAM

In aversa parte:

eq | V A L O R E
mio cl | A R I S S I M O

Descripsit Bormann, vidi ipse. Amati ms. 9744 f. 11. Memorat Nibby *Porto* p. 55 = *anal.* 2 p. 620. Edidit Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 183.

142 Ostiae rep. prope portam Romanam civitatis antiquae (*monumenti dell' inst.* vol. VI tab. 11 n. XVIII).

a
*imp ca*ESAR
*tribun*IC · PO*testat*
*pater pa*T R

b
*cae*SAR

c
CAESARI

d
P

e
C · L

f
D

Haec fragmenta omnia mense Iunio 1858 descripsit C. L. Visconti ms.; idem a c d edidit ann. inst. arch. 1857 p. 389.
Viscontius videtur habuisse pro eiusdem inscriptionis partibus.

143 Ostiae *casino Aldobrandini*.

. . . . .
D · DAC
· IMP · V
. . . .

Descripsi.
Pertinet ad Traianum.

144 Ostiae.

AVGG   ROC
RI AVGVSTO
PA   O
NO NA
NO AVGVSTA

ABI TABT
RO
R AVG

ATEC
STI NV

Haec fragmenta exhibet Suaresius cod Vat. 9140 f. 230'; utrum coniungenda sint an separanda, non apparet.

145 ad Portum Aug. in fundo principis Torloniae; litteris non valde antiquis HENZEN.

IMP · P
P P · PRC

Descripsit Henzen.

146 fragmentum tabulae marmoreae litteris cm. 4. Ostiae rep. a. 1881.

*t*RIB P*ot. potest*
imp. · XVI Co*s . p p*

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 118 edidit suppletam sic ut supra.

147 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae rep. in theatro m. Dec. 1880.

dd NN M
AXIMC
. . . .

Descripsi. Lanciani apud Fiorellium *not. degli scavi* 1880 p. 478.

148 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae rep. a. 1881 in cavea theatri.

INVICT

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 118.

149 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. in Portu Romano, nunc Romae in villa Albania.

*salvo macri*NO AVG · FELIX · STATIO
*vet. p f. pro salute d. n. mac*RINI · AVG · IVLIVS · HILARVS · VOT · XX P
*proc*VRATOR EIVS

Descripsi. Lanciani apud De Rossium *bull. crist.* 1866 p. 101, iterum ann. inst. arch. 1868 p. 188; Fortunati in epistula data d. 4 Febr. 1867; P. H. Visconti catalog. vill. Alban. n. 223.
2 AVG · IVLIVS] AVRELIVS Lanc. Portus. — Fortasse spectat ad stationem frumentariorum. — Supplementa sunt Mommseni. [Macrinum intellegi, non Carinum inde efficitur, quod abest *pius felix* TH. M.].

150 in basilica S. Pauli nave media inter septimam et octavam columnas MARG.

A C C E P T O R E S

VOTIS	L · VAL · FLAVIANVS	L · CALP · MITESS . . . . . .
X	CN · COSS · FELICISSIMus	SVLP · AVME . . . .
FELIC	M · VIT · ANTIgONus	T · AEL · TINEP . . . .
V	Q · ANN · FVRIANVS	M · PONT · FLA . . . .
	T · FL · C . . . . ICVS	C · SIRPO . . . .
	CN · COS · FELICISS	L · LANATVS . . . .

Margarini inscript. antiqu. basilicae S. Pauli n. 817 (inde, ut videtur, Puccinelli *mem. sepolcrali* 1664 p. 48 n. 83; Malvasia p. 344; ex Margarinio et ex schedis nescio quibus Farnesis Mur. 587, 4, ex eoque partem refert Orelli n. 3189).
1, 8 FELICISSIMO, 3 ANTICON traditur. Reliqua non attigi.
Acceptores fortasse sunt mensores acceptores Ostienses memorati supra n. 2 et infra n. 154. Praeterea etiam locus ubi inscriptio extabat origini Ostiensi aliquantum favet.

151 Ostiae in museo.

TODVLC
ϕ · N · M · Q · ϕ*ius*

Descripsi.

151 Romae in villa Albania inter inscriptiones quae ei villae nuper demum accesserunt et quarum maior pars reperta est in Portu.

. . . .
. . . SOBVN · SA . . .
. . . DEVOTISSI . . .

P. H. Visconti catal. vill. Alban. p. 311 n. 287.

153 basis marmorea Romae apud Ienkins VISC. MAR.; *fu trovata a Ostia negli anni scorsi* addit VISC. (ed.). Hoc redit sine dubio ad dominum musei, qui errare potuit, sed causam cur originem Ostiensem fingeret, vix habuit. Nunc in museo Vaticano (Chiaramonti).

M · ACILIO · M · F · CANINO
Q · VRB
NEGOTIATORES · EX · AREA
SATVRNI

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Est in tabula Ritscheliana XCIL et in huius corporis vol. I n. 636. E. Q. Visconti ms. 1 f. 254, *catalogo di monumenti scritti del museo di Tommaso Jenkins* p. 25 (inde ut videtur Fea *viaggio ad Ostia* p. 44) = *opere varie* 1 p. 85; Marini ms. Vat. 9121 f. 245. Henzeo syll. n. 5084.

1 CANINO Visc.; nunc O deest. — Basem dedicatam quaestori urbano a *negotiatoribus ex area Saturni* antiquiorem esse a. u. c. 726, quo anno cura *aerarii Saturni* quaestoribus adempta est, non sine probabilitate coniecit Mommsen; et convenit litteratura lapidis. Sed vix erit multo antiquior.

154 basis marmorea. Ostiae rep. in theatro mense Decembri a. 1880.

Q · ACILIO · C · FIL · PAP
F V S C O · V · E
PROCVRAT · ANNON
AVGG NN · P · C OST · PROCVR
OPERIS · THEATR · POMPEIAN
FISCI · ADVOCAT · CODICILL
STATIONIS · HEREDITAT
ET · COHAERENT SACERD
LAVRENT · LAVINAT
CORPVS · MESSORVM
FRVMENT · ADIVTORVM
ET · ACCEPTORVM OST
ERGA · SE · BENIGNISSIMO

Descripsi. Lanciani apud Fiorellum *notizie degli scavi* 1880 p. 478.

4 tres litterae, scilicet altera N et P et C postea intrusae sunt in locum totidem litterarum erasarum. — In fine, infra ERGA vocabulum signum litterae S simile rudi manu incisum est.

Q. Acilio C. fil. Pap. Fusco, v(iro) e(gregio), procurat(ori) annon(ae) Aug(ustorum) n(ostrorum duorum), p(atrono) c(oloniae) Ost(iensis) [sic nunc est in lapide, antea videtur fuisse *procura-t(ori) annon(ae) Auggg. nnn. Ost(is)*], *procur(atori) operis theatr(i) Pompeian(i), fisci advocat(o), codicill(ari) stationis hereditat(ium) et cohaerent(ium), sacerd(oti) Laurent(ium) Lavinat(ium), corpus me(n)sorum frument(ariorum) adiutorum et acceptorum Ost(iensium) erga se benignissimo.* De corpore mensorum frumentariorum adiutorum et acceptorum dixi supra ad n. 2. — Eiusdem Q. Acili Fusci titulus plane similis extat Thibursici Bure provinciae proconsularis Africae: *Q. Acilio C. f. Papir. Fusco, v(iro) e(gregio), proc(uratori) annonae Augg[g. nn[n]* — tertia G et tertia N erasae sunt — *[O]stiensium, proc(uratori) o[pe]ris theatri Pomp[eiani], fisci advoc(ato), codic[il]lari stationis heredi[ta]tium et cohaerentium, cu[r(atori)] Laurentium vico Augustanorum, sacerdoti Laurentium Lavinatium, resp(ublica) municipi Severiani Antoniniani lib(eri) Thib(ur-sicensium) Bure, [civi] et patrono.* Editus est vol. VIII n. 1432 descriptus a Wilmannso et Mommsen *memorie dell' inst. arch.* 2 p. 320 n. 331.

155 basis marmoreae pars inferior SMET.; alta m. 0,44, longa m. 0.73 BORM. De origine non constat; cur Ostiensem crediderim, dixi infra. Romae LIL. In aedibus Colotianis ad aquam Virginem vel similiter MET. SMET. MOR. LIG. PANV. MAN. In aedibus Delphiniorum vel similiter TORR. LIPS. KNIBB. BOISS., in aede Marci Alterii GVALTH. A. 1818 in aedibus ut videtur Delphiniorum repperit FEA. Museum Parmense emit a. 1843 a Fossatio negotiante rerum antiquarum LOPEZ (catal. musei Parmensis p. 7 et. II n. 12). Extat Parmae in museo.

m. acilio prisco egrilio plariano?

. . . .
IIII · VIRO · VIARVM · CVRANDARVM
TRIB · MIL · LEG · V · MACED · Q · VRBANO
AEDILI · PLEB · CERIAL · PRAET · LEGATO
PROVINCIAR · SICILIAE · ET · ASIAE
PROCOS · PROV · GALLIAE · NARBONENS
LEGATO · LEGIONIS · VIII · AVGVSTAE
L · VETTIVS · FELIX · ET · P · NOVELLIVS · ATTICVS
AMICI

Recognovit Bormann. Lilius Helmst. f. 23; Budaeus apud Metellum Vat. 6032 f. 252, qui citat etiam exemplum P(etri) V(arondelli), et apud Pingonium f. 48'; Smetius ms. Neap. p. 132, ed. 63, 11 (inde Pighius Berol. f. 218); Morillon Amst. f. 32; Ligorius Neap. lib. 34 p. 159, lib. 32 in folio non numerato; Panvinius Vatic. 6035 f. 51; Manutius orth. 173, 1 (inde Ligorius Taur. vol. 18); Torrentius Brux. f. 22 missam a Nicolao Florentio; Ursinus famil. Rom. p. 26; Lipsius ms. f. 18 (inde Pighius Berol. f. 196' 'ex adversariis Lipsii'); Knibbius Berol. p. 5; Boissard ms. Holm. f. f. 70, ms. Paris. p. 249, ed. 5, 104 (inde et ex Smet. et Urs. Grut. 422, 9); Gualtherus Siciliae tabulae p. 66, 433; Fea fast. p. XXX, item in schedis manu ignota. Est vol. VI n. 1550 cum additamentis.

+ AVIO ET PONS COS a. 122

Ach. Statius cod. Vallicell. f. 183 (inde Manutius Vat. 5137 f. 185; Bruzza ann. inst. 1870 p. 195 n. 297).

Exhibui ut traditur. — Significantur Acilius Aviola et Corellius Pansa consules ordinarii a. 122.

2010 parvus tabus aeneus. Rep. in Portu fossionibus Torloniae; is dono dedit anno 1881 Pio IX pontifici [cf. de Rossi *bull. crist.* 1868 p. 77]. Extat in bibliotheca Vaticana.

FL · GREGORI · V · D

Descripsi. Lanciani syll. epigr. aq. p. 288 n. 417 et p. 363.

Fl(avi) Gregori v(iri) d(evotissimi).

2014 *sasso rozzo da lavorare*, (Romae) *in Belve-dere, portato da Ostia.*

M ANTONIO ET SISENNA a. 133
COR · EX · R · LVCANON THBE TLLHE R H

Ach. Statius cod. Vallic. f. 48 (inde Manutius Vat. 5237 f. 185; Doni cod. Barb. f. 603, ed. 2, 114; ex hoc Mur. 334, 3). A prioribus Henzen ann. inst. arch. 1813 p. 336; Bruzza ib. 1870 p. 196 n. 229.

2 corruptus, cf. Hirschfeld *Verwaltungs-geschichte* p. 80 not. 5.

2015 in marmore rudi, in Portu effosso a Torlonia.

EX R OE CAES
N C · D · XXXIII

Descripsit de Rossi mense Martio a. 1886. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 180 [inde Bruzza ann. inst. 1878 p. 196 n. 303].

2016 Ostiae, ut videtur.

EX XAT TYC SER N V

Peruzzi sched. bis posuit (vid. ad n. 2011).

EXRIAT exemplum I, SEERN ex. II. — Cf. Bruzza ann. inst. arch. 1870 p. 181 n. 153. 154.

2017 *nello scavare al Porto d' Ostia si è tro-vata una considerabile quantità di marmi non posti in opera e tutti contrassegnati; in uno che si è potuto vedere leggesi l' iscrizione* ZACC.; similiter RELIQVI.

EX RAT
RR · ASCAN
XXXVI Q

Zaccaria *storia letter. d' Italia* VIII (1758) p. 321, auctore non laudato; Gori cod. Maruc. A 278 f. 30; Marini Vat. 2125 f. 132. Idem exemplum est.

2010a fistula plumbea, rep. in Portu.

EX · OFFICINA · MARTINI PLVMBARI

Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 122, syll. epigr. aq. n. 419.

2018 in Portu

CCCI
L' DCCCLVI ☧

Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 180 (inde Bruzza ann. 1870 p. 127 n. 314).

Exhibui ut edidit Lanciani. — 2 fin. pro ☧ scr. -R-

2019 in hortulo episcopii Portuensis.

LDXCR

Descripsi. Bruzza *iscrizioni dei marmi grezzi* n. 128 (ann. inst. 1870 p. 179) a Bermanno.

In marmore Carystio esse refert Bruzza, ve-reor ne errore.

2020 Ostiae, in limine eius sepulcri ex quo prodierunt n. 188. 187.

LOC XI

C. L. Visconti ann. inst. arch. 1887 p. 300.

2021 in marmore rudi, in Portu effosso a Torlonia.

AV DLII PR
LDCCXI

Descripsit de Rossi mense Mart. 1866.

2022 rep. in Portu, inde Romae apud Guidium.

COOLXX
IIXT

Bruzza *iscrizioni dei marmi grezzi* n. 132 (ann. inst. 1870 p. 172).

2023 in Portu effossa a Torlonia.

NCCXII

Descripsit de Rossi anno 1886.

2024 *sas(s)o con questi sengni*, Ostiae ut videtur.

ΦANLXX

Peruzzi sched. (vide ad n. 2011).

2025 *columna sengniata* (= *segnata*).

XXXXIIII

2026 *altra simile.*

XXXVII

His adiungenda est ea quam dedimus supra n. 165. Praeterea Ligorius[1] similes inscriptiones descriptas, ut ipse voluit, *nel porto d' Ostia*, exhibet non minus septem, sed fictas omnes vel certe gravissime interpolatas; eas vide in falsis (n. 37*—43*).

[1] Notitiam huius generis inscriptionum Ligorius fortasse habuit ab Ach. Statio, qui ad inscriptionem supra n. 2011 de litteris RXR haec adnotavit *M. Pyrrho Ligori legge* EX RATIONE, *et dice di haverlo trovato disteso.*

2027 in sepulcri Ostiensis ibi propa siti, ubi videtur fuisse porta Laurentina civitatis antiquae, pariete picto haec singulis figuris adscripta era — Nunc pictura de pariete avulsa extat Romae in museo Lateranensi.

a IANITOR — *b* ORPHEVS — *c* EVRYDICE — *d* PLVTON — *e* Proserpinae titulus periit

Monumenti dell' Instituto VIII tab. 28 fig. 1. Enarravit C. L. Visconti *bull. dell' inst.* 1865 p. 90 sq. et *annali dell' inst.* 1866 p. 295— Benndorf et Schoene catal. mus. Lat. p. 401 n. 590.

Dedi inscriptiones quales exhibet tabula, cum qua consentiunt Benn. et Schoene. — *a* IANitor Visc. *bull.* — *c* EVRYDYCE id. ibid. — *d* id. *ann.*

2028 in pariete sepulcri Ostiensis ei ex quo prodiit n. 2027 vicini picta erat navis cum hominibus quinque. — Nunc extat in bibliotheca Vaticana ibi ubi sunt nuptiae Aldobrandinae.

prope puppim navis

ISISGI — FARNACES — ABASCANTVS
MINIA — MAGISTER — RES
NA — FECI

Annali dell' instituto 1866 tab. T fig. 2. Enarravit C. L. Visconti ib. p. 323.

2029 in altero pariete eiusdem sepulcri picti sunt homines epulantes quinque; singulis nomina adscripta sunt.

a ....MVS — *b* FELIX — *c* FOEBVS — *d* RESTVTVS — *e* FORTVNATVS

Annali dell' instituto 1866 tab. S fig. 1. Enarravit C. L. Visconti ib. p. 320 seq.

2030 in opere museo reperto Ostiae et anno 1869 collocato in ecclesia S. Pauli q. d. *alle tre Fontane* singulis figuris adscripta sunt haec.

a VER — *b* AESTAS — *c* AVTV.... — *d* HI EMS

Descripsimus ego et F. v. Duhn.

2031 opus museum Ostiae rep. anno *nell' edifizio attiguo alle terme* (cf. n. 56) VISC. Periisse narrat PELL. — *rappresentato il faro del porto* *un aggregato di pesci* PELL.

FELIX
FAMILIA

C. L. Visconti ms.; acta ms.: Pellegr *dell' inst.* 1874 p. 136.

2032 Ostiae in pavimento operis musi a. 1881 (locum signat n. 15 in tabula L ciani). *Vi si vede la figura di un* oplomaco. *all' altezza dell' elmo,* *diviso in due, si legge la scritta.*

SPLEND R · L · T

Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 117
Splendor l(aqueator) t(iro) Lanc

2033 anaglyphum marmoreum. Rep. *tra le ruine dei portici attorno al navale emporio del Porto romano* a principe Torlonia, qui mense Nov. 1863 Romam transtulit GVGL. Extat Romae in museo Torloniae. — Repraesentatur anaglypho portus cum navibus duabus, quarum alterius velo inscriptae sunt (scriptura supra marmor eminente) litterae hae:

V L

Anaglyphum delineatum est *Giornale arcadico* nov. ser. vol. 47 (Nov. Dec. 1864. Romae 1866) in tabula adiuncta. Tractaverunt P. E. Visconti *Gazzetta di Roma* 10 et 23 Dec. 1863 et 28 Ian. 1864 (teste Guglielmottio: ego non vidi), Henzen, qui vidit imaginem photographicam, *bull. dell' inst* 1864 p. 12—20: Guglielmotti *Giornale arcadico* l. c. p. 3—97. In catalogo musei Torloniani est n. 340.

V(ali) l(itterae) legit Henzenus praeeunte Viscontio qui citaverat Apulei met. 11, 16, ubi describitur navis Isidi sacrata, cuius *carbasus litteras voti intextas progerebat*; *v(otum) L(ibero)* Guglielmotti, *v(itam) l(ongam)* Cavedoni *bull.* 1864 p. 222.

2034 tabula marmorea. Ostiae rep. anno 1862 *presso la ripa del Tevere vicino al tempio* VISC. Extat Ostiae in museo.

ARMA · VIRVM
QVE CA ·

Descripsi. C. L. Visconti ms.; acta ms.

2035 tabula marmorea. Ostiae in mu

X	X
X	XI
X	XII
XX	III
XX	IV

Descripsi.

2036 Ostiae rep. mense Martio 1876. *Un magazzino, ridotto ad uso di abitazione co severiani ...; le pareti conservano tracce di graffiti:*

XV K F
XIIII K F IIS
XIII K F IIS
XII K F I
XI K F IIS
X K F
VIIII K F IIS
VIII K F IIS
VII K F IIS
VI KAL APRILIS
CENTENARIVM
N II

III IOVS F
C E N T E
VIII IOVS

Lanciani ms. plenius quam apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1878 p. 138

Ostiae rep. mense Febr. 1878, fossionibus institutis *lungo la strada parallela a quella detta di Vulcano, la quale attraversa la zona dei di horrea. Uno di questi magazzini fu trasformato sul principio del secolo III in elegante abitazione privata, suddividendosi i grandi vani con tramezzi di laterizio, e con impalcature orizzontali .... Nella parete del nord della seconda stanza terrena si legge questo graffito:*

LVNE

I II III IIII V VI VII VIII VIIII X XI XII XIII XIIII XV XVI XVII XVIII XVIIII XX

XXI XXII XXIII XXIIII XXV XXVI XXVII XXVIII XXVIIII XXXI

VI CAL

I IIII

SVMINIVS

IVS M

Lanciani *notizie degli scavi* 1878 p. 67.

Superest, ut monuit Mommsen, ex hemerologio simili eius quod scariphatum Romae in pariete thermarum Titi edidit Guattani *memorie enciclopediche* 2 (1817) p. 160 (cf. etiam Mommsen ad chronographum anni 354 p. 569); v. 1 continebat nomina septem planetarum, sequuntur numeri dies mensis indicantes.

---

§ Ostiae, *Porta Marina. graffito in un pilastro.* — Vereor, ne error subsit. certe portam marinam Ostiae nullam novi.

avis

D[E]VM PERMISIT SIBI

L. Visconti ms. descripsit mense Nov. 1885.

2039 in Porto. *Al di sotto di una nave graffita sulla parete di una camera scoperta presso l' Arco di nostra Donna, e rappresentata nel momento di sciogliere le vele, era scritto:*

ABI

Lanciani *bull. dell' inst.* 1870 p. 25.

II. LAVRENTES VICO AVGVSTANO.

Laurentes qui fuerint et ubi oppidum habuerint, infra videbimus; hoc loco verba nobis facienda sunt de vico Augustano Laurentium, quem situm fuisse intra fundum Porcigliano sive, ut nunc dicitur, Castel Porziano, loco qui distat a praetorio eius fundi spatio fere miliario, non longe a finibus praedii Castel Fusano, prope litus maris, inscriptiones ibi repertae anno 1865 et denuo a. 1874 docuerunt (cf. potissimum ad n. 2045). Innotuerat antea hic vicus ex inscriptionibus Ostiensibus supra n. 304. 341. 347. 352. 431, ubi reperiuntur cives Ostienses praeter honores, quos in patria gesserunt, decurionatu vel quattuorviratu apud *Laurentes vico Augustano* — sic enim plerumque appellantur [1]) — functi. item ex inscriptione Africana huius corporis vol. VIII n. 1439, ubi Aelius Fuscus procurator annonae Ostiensis appellatur *curator Laurentium vici Augustanorum*, fuit ergo huic vico respublica cum decurionibus et quattuorviris ad instar municipii. Augustanum nomen vicus traxit, si quid video, ab eo qui primus Augustus est appellatus. Ceterum fortasse hic est vicus quem Plinius (ep. 2. 17, 26) scribit una tantum villa ab ipsius praedio Laurentino discerni [2]), addens eum, licet coloniae Ostiensis copiis inferiorem, tamen *frugi homini sufficere*, esse in eo *balnea meritoria tria*. Nec diversum ab hoc Laurentium vico videtur esse *Laurentum* in tabula Peutingerana et in itinerario Antonini p. 301 [3]) collocatum inter Ostiam et Lavinium — certe nullum aliud oppidum inter Lavinium et Ostiam innotuit — et ubi fuisse villam imperatorum ex Herodiano 1, 12, 2 et ex titulo vol. VI. 8583 *procuratoris Laurento ad elephantos* constat. De Laurento urbe, ut putant, totius Latii antiquissima vide infra p. 186.

1) Cf. infra n. 2046. 2047. 2058 et supra n. 304. 347. Contra supra n. 341 est decurio *Laurentium vici Aug.*, infra n. 2045 *patronus Laurentium vici Augustanor(um)* (cf. etiam n. 2048). Minus accurata videtur esse dictum quod est in inscriptione Africana supra citata *curator Laurentium vico Augustanorum*.

2) Cf. supra p. 9. Villas nobilium Romanorum hoc litus habuit iam aetate Augusti, ut constat ex Macrobio sat. 1, 11, 21.

3) Tab. Peut.: *Hostis* — XVI — *Laurento* — VI — *Lavinium*. Itin. Ant. p. 301 *Ostis* — XVI — *Laurento* — XVI — *Lavinia* (traditur *Lanuvio*), quod non recte editorum non nullus accepit de diversis viis Roma Laurentum et Lavinium pergentibus. Numeros corruptos esse manifestum est, cum Ostia ab ipso Lavinio aliquanto minus distat quam milibus pass. XVI (re vera vicus Augustanus abest ab Ostia m. p. circiter IV, a Lavinio m. p. circiter VI).

2040 tabula marmorea. Castel Porziano in villa regis.

[F]ORTVNAE s[anctae] aug

SACR

[Pri]CIA PRIMI[genia]

[Ch]AMON

h[onore] usu [vic]O · AVGV[stano]

[d]· A · SO[lo]

Descripsi m. Ian. 1883.

2041 fragmenta tabulae marmoreae litteris v. 1 cm. $6^1/_2$, v. 2 aliquanto minoribus. Castel Porziano in villa regis.

a b c d

[for]tVVS o AVG [S]ACR

[Pri]mo PRIMIG[enia] MATER

GVM ·

Descripsi.

Fragmenta *b c d* coniunxi in re praesenti, *a* addidi coniectura. Fortasse haec est eadem Primigenia quae dedicavit n. 2040.

2042 tabula marmorea litteris v. 1 cm. $1^1/_2$, v. 2 cm. 1. Castel Porziano in villa regis.

Q · SERVILIVS · EV

AEDICLA[m]

Descripsi.

2043 fragmentum tabulae marmoreae. Effossum a. 1865 a Grazioli duce ad mare in praedio Porcigliano ROSA. Extat Castel Porziano in villa regis.

[ara]b[ico]

[britann]ici MAX

[trib] POT XVII

[im]p III COS

S [P]Q LAVREN

[vico aug]

Descripsimus Rosa Bormann ego.

Caracallae est et anni p. C. 214. — 5 in. fuit м potius quam A; 5. 6 fortasse *Laurentium vici Augustanor(um)*.

2044 fragmentum tabulae marmoreae litteris facile saeculi IV post Chr., sed possunt esse etiam saec. III vel etiam II finientis. Castel Porziano in villa regis.

[...]RIS · POT[...]

LAVR · V[ico augustano]

NVMINI MA[iestatique eius devoti]

Descripsi.

2045 basis rep. vere anno 1874 in fundo Porcigliano. — Frustra quaesivi in villa Castel Porziano; relictam esse ibi ubi prodiit, mox rursus terra tectam Romae audivi.

P · AELIO · AVG · LIB ·
LIBERALI
PROCVRATORI · ANNONAE
OSTIENSIS · PROCVRATORI
5 PVGILLATIONIS · ET · AD · NAVES
VAGAS · TRIBVNICIO · COLLEGI
MAGNI · DECVRIALI · DECVRIAE
VIATORIAE · CONSVL · DECVRIALI
GERVLORVM · PRAEPOSITO · MENSAE
10 NVMMVL · F · F · OST · ORNATO · ORNA
MENTIS · DECVRIONATVS · COL · OST ·
PATRONO
LAVRENTIVM · VICI · AVGVSTANOR ·

Henzen *bull. dell' inst.* 1875 p. 5 acceptam a Rosa.

P. Aelio Aug(usti) lib(erto) Liberali, procuratori annonae Ostiensis, procuratori pugillationis et ad naves vagas, tribunicio collegi magni, decuriali decuriae viatoriae consul(aris), decuriali gerulorum, praeposito mensae nummul(ariae) f(isci) f(rumentarii) Ost(iensis), ornato ornamentis decurionatus col(oniae) Ost(iensis), patrono Laurentium vici Augustanor(um). Cf. commentarium Henzeni l. c. — Locus, quo post reliquos honores quibus functus est Aelius Liberalis in fine collocatur patronatus Laurentium vici Augustanorum, indicat, ut recte observavit Henzenus, dedicatam esse basim in ipso vico Laurentino ab incolis eius Laurentibus vico Augustano.

2046 cippus quadratus marmoreus, effossus a. 1865 in praedio Porcigliano a duce Grazioli ROSA. Extat Castel Porziano in villa regis.

in fronte.

OPILIO V C ET INL
REE VRB ADQVE
TRICIO FECIT

in latere intuenti sinistro:

SVBLATAM

Descripserunt P. Rosa et Bormann; ipse quoque vidi.

..r (?) Opilio, v(ir) c(larissimus) et inl(ustris), pr(a)ef(ectus) urb(i)s adque [patric(iu)s, fecit. De duobus Opilionibus, qui fasces gesserunt a. 453 et 524, dixit Rossius inscr. chr. I p. 456.

2047 tabula marmorea effossa anno 1865 a Grazioli duce ROSA. Extat Castel Porziano in villa regis.

CVS CILNIVS
*laurentib*VS · VICO · AVG
ded

Descripserunt Rosa et Bormann, ipse quoque vidi. Memoratur *bull. dell' inst.* 1865 p. 86. Edidit Henzen *bull. dell' inst.* 1875 p. 5.

2 fin. litteras, quas lineis circumclusi, in litura esse repositas adnotavit Bormann.

2048 tabula marmorea. Castel Porziano in villa regis.

ERMVL
*col*ONIAE OSTI*ensis*
FILIA FLAMIN*ica*
*marmor*IS ET COLVMN*is*
5 GENTIAN

Descripsi.

1 fin. L potius quam D. — 5 fortasse [*indulgentiam*.

2049 cippus lapidis Tiburtini litteris c. $3^{1}/_{2}$. Castel Porziano in villa regis.

M · PVRL
TYRANN
AVG · C
DE SVA PECV*nia*
5 CIPPOS
PO I

Descripsi.

3 fin. utrum C an O, non liquet. — 5 fuit facile CIPPOS.

2050 fragmentum tabulae marmoreae. Castel Porziano in villa regis.

GNI
*lau*RENTES · VICO
*augusta*NO · ET ·
*ob me*RITA · EIVS ·
5 D I I C

Descripsi.

5 in. fuit e vel r, potius quam D, ut possit fuisse [*pu*]*blica*.

2051 fragmentum tabulae marmoreae. Castel Porziano in villa regis.

I · A
AVGVS*ta*
OMIS · C
SVO

Descripsi

2052 fragmentum tabulae marmoreae litteris c. $6^{1}/_{2}$. Castel Porziano in villa regis.

LAVRE

Descripsi.

2053 tabula marmorea Castel Porziano in villa regis.

I · FLAVI · I
· E
NOS

Descripsi.

2054 fragmentum tabulae marmoreae. Castel Porziano in villa regis.

ARCIA
IAE · HISPA

Descripsi.

2055 tabula marmorea formam cippi fere imitans. Castel Porziano in villa regis.

D · M ·
PROTOGENIAE
ALVMNAE SVAE ·
CARISSIMAE · M ·
5 AVRELIVS THELE *sp*
PHANES FECIT VIXIT
ANNIS · DVOBVS
MENSIBVS VNDE
CIM DIEBVS · VIII
10 DIS INIQVIS NATA

Descripsi.

2056 in basi inter rudera Lauren... FABR., locus ubi hoc fragmentum prostat, vulgo *Piastra* et sub v... Ostia Laurentum (i. e. Tor Patern... inter utrumque oppidum itinere. ...rentinae villae indicium praebet olia. — Locus *la Piastra* vicinus ... prodierunt inscriptiones vici Aug... editae.

M
B · M · CON QVO · VI
XIT ANNIS XXV

Fabretti 596, 752.

III. *Porcigliano. Decimo.*

ra dedi inscriptiones extantes in praetorio fundi Castel Porziano ut appellabatur usque ad annum 1871, Porcigliano), quas vel certe vel verisimile est prodiisse ex ruderibus vici Augustani. Ab his se- n. 2057—2062 in eodem fundo vel extantes vel olim descriptas, notas multo ante quam coeperunt effossiones vici Augustani, vel propter alias causas (cf. n. 2058) a vico Augustani alienas. His adiunxi n. 2063. 2064 extantes Decimi, quae massa est vicina Castel-Porziano. Fortasse sepulcreta coloniae Ostiensis huc usque pertinuerunt. — Miliarios viae Laurentinae qui extant Decimi alterum Tiberii, alterum acephalum fortasse Maxentii, editos *bull. dell' Inst.* 1846 p. 120. 121 et in fine huius voluminis repetendos hoc loco commemorasse sufficit.

7 cippus marmoreus. Locus non indicatur pud FEAN. Extat Castel Porziano in villa egis.

· D · M ·
Q · SITTI · QVIN
TILI ·
urceus Q · SITTIVS · FLACCVS patera
TRIB · COH · II · VIG ·
ET · ANICIA · M · F · CAE
CILIA · FILIO · DVL
CISSIMO · FECER ·

Descripsit Bormann, recognovi ipse. Legitur o Feae schedis f. 110 manu ignota.

2058 cippus lapidis Tiburtini. Litterae minio illitae et passim pessumdatae sunt. Castel Porziano in villa regis. — Separavi ab inscriptionibus vici Augustani, propterea quod ex his nulla minium passa est.

C ALBIVS SP
F COL CELER
C ALBIVS C L
STABILIO //
MET: //LAT
HELENA IN
AGR P X IN
FRO P X

Descripsi.

3 lin. incertum utrum L an F. — 4 lin. nunc in lapide visitur D. — 5 dedi ut excepi; nunc in lapide picta sunt haec. METH⊐DAT.

2059 Porcilliani in agro Ostiensi DON. Porcigliano MAGL. — Sine loco VAT. BARB. 29, 158.

D M
CORINTHIADI
V · ANNIS XV
M VIII
SVLPICIVS FARIS
ET SVLPICIA
LAIS VERNAE
FECERVNT

Servavit, ut puto, Claudius Menestrier, cui nominatim refert Donius cod. Barb. p. 188, et ad quem possunt redire exempla anonyma schedarum Donii cod. Vat. 7113 f. 72, codicis Barb. 29, 158, codicis Magl. 28, 19 f. 56.

2060 Porcilliani in agro Ostiensi DON., similiter MAGL. FABR. Sine loco, sed una cum n. 2059. 2062 VAT. BARB.

D · M
T · FLAVI · AVG · LIB
PHOEBI
OTHONIANI
M · METTIVS
TELESPHOR · ET
T · FLAVIVS · LEONAS
HER

Donii ed. 7, 165 unde Mur. 1004, 3, qui citat Menestrerium, ad eundem fortasse redeunt exempla anonyma schedarum Donii cod. Vat. 7113 f. 72', codicis Barb. 29, 158, codicis Magl. 28, 19 f. 56; Fabretti 319, 121 (inde Orelli 2756) auctore non laudato, sed omnino ex schedis Barberinis.

2 FLAVIVS Vat. Barb., FLAVII Magl.

2061 Porcigliano.

M · IVLI CRESCENTI
ANI QVI VIXIT ANN
XI MEN V DIES III M
IVNIVS DAMAS ET IV
LIA RVFINA FILIO DVL
CISS · FECERVNT

Legitur in codice Magl. 28, 19 f. 56 una cum n. 2059. 2060. 2062.

2062 Porcilioni in agro Ostiensi DON., similiter MAGL. NIBBY; una cum n. 2059. 2060 VAT. BARB. — S. l. MALV. — Romae apud Fabrettum MVR. errore.

D · M ·
T · TERENTIVS · SECVNDVS
FECIT · SIBI · ET · TERENTIAE
AMPLIATIANAE · FILIAE · SVAE
ET · VLPIAE · FAVSTINAE · CON
IVGI · CARISS · ET · TERENTIAE
FAVSTINAE · FILIAE · DVLCISS
ET · LIB · LIBERTABVSQ · SVIS
POSTERISQ · EORVM

Donii ed. 10, 94, cui dedit Menestrier, ad eundem videntur redire exempla anonyma schedarum Donii cod. Vat. 7113 f. 72', codicis Barb. 29, 158, codicis Magl. 28, 19 f. 56, Malvasia p. 251 iterumque p. 315, utroque loco laudans schedas Fabretti (ex Malvasia et Donio Murat. 1582, 12), Nibby, qui dicit se vidisse, *diss. dell' acc. pont.* III p. 281. *analisi* 2 p. 581.

Versus aliter distribuit Malv. — 1 om. Malv. 251. — 4 AMPLITIANAE Malv. 315. AMPLIATAS id. 251. — LIB (pro FILIAE) Malv. 251, LIBERTAE id. 315. — 5 VVLPIAE Vat. Barb. — FAVSTINE Malv. 315. — 6 CARISSI Malv., CARISSIME Magl. — 7 FAVSTINAE om. Malv. 251. — F (pro FILIAE) Malv. — DVLCISSIMAE Magl. — 8 LIB Magl. Nibb., LIBERT Malv. 251, LIBERTIS Don. Barb. Malv. 315. — LIBERTABQVE Malv. 251, LIBERTABVSQVE Magl. — 9 POSTERISQVE Magl.

2063 magnus lapis marmoreus utrimque scriptus litteris bonis. In tenimento Decimi GALL. *Prima di salir al casale di Decima si lascia a destra un casale pertinente alla tenuta di Porcigliano, dove dinanzi la porta, incastrato nel suolo ad uso di montatore è un pezzo di architrave di porta di un sepolcro appartenente alla gente Cestia* NIBB. Nunc in ipso Decimo intus in cavaedio.

a

C · CESTIVS · C · L · PRVNICVS · FECIT · SIBI · ET
C · CESTIO · C · F · PRVNICO · FILIO
CESTIAE · C · F · FORTVNATAE · F
CESTIAE · C · L · FORTVNATAE CONIVGI
LOLLIAE · PRIMAE · MATRI
DIONYSIO · PTOLEMAEI · F · FRATRI

b

C · CESTIVS C · L · PRV
C · CESTIO · C FILIO
CESTIAE · C NATAE · F
CESTIAE · C NATAE · CONIVGI
LOLLIAE · PRIMAE · MATRI
DIONYSIO · PTOLEMAEI · F · FRATRI

Descripsi. Galletti apud Marinium ms. Vat. 9120 f. 297; Poletti apud Amatium ms. 9742 f. 37'; ipse Amati (sched. non numerat.) de visu; Nibby *analisi* 1 p. 511 qui vidit anno 1822 iterumque anno 1834. Ex his solus Amati ms. utrumque exemplum descripsit. Poletti alterum descripsit, alterum memorat.

6 PTOLOMAEI Nibby solus, errore puto; in inscriptione b certe est PTOLEMAEI.

2064 cippus marmoreus. In tenimento Decimi in claustro palatioli GALL. Ibi extat.

M · CLÓDIVS
· HELENIO ·
CLODIAE SVĆCESSAE
VXORI KARISSIMAE ·
S · R · M · F · VÍX · ANN · XXXVII
MES · III · DIES · XII

Descripsi. Galletti apud Marinum ms. Vat. 9127 l. 116', Arv. p. 252.

3. 4. 5 lineolae quas exhibui non veri speciem, dubitavi.

IV. LAVINIVM (*Pratica*).

Oppidum quod conditum esse ab Aenea ex Troia profugo ducta in matrimonium Lavinia regis Aboriginum filia et ab ea Lavinium esse appellatum[1] Romani historiae patriae scriptores[2], memoriae prodiderunt ad unum omnes, fuisse ibi ubi hodie est Pratica, constat ex inscriptionibus aetatis imperatoriae ibi repertis et potissimum ex n. 2067. 2068, quarum altera Laviniae Latini, filiae altera Silvio Aeneae, Aeneae et Laviniae filio, inscripta est: nam reginae, a qua urbs nomen acceperat, et eius, quem ex Aenea habuit, filii memoria vix ullo alio loco aptius coli potuit, item ex n. 2066, ubi invocatur *Numicus Lavinas*. Dubitationem videtur movere posse quod in inscriptionibus Praticae repertis memorantur magistratus non Lavinatium, sed Laurentium Lavinatium (*praetores quinquennales Laurentium Lavinatium* n. 2070, *curator Laurentium Lavinatium* n. 2074—2076. 2078 et. 2082), magis etiam quod inscriptionem n. 2070 posuit senatus populusque non Lavinas, sed Laurens. Sed Lavinii urbis cives appellari potuisse Laurentes etiam aliunde constet, potissimum ex Livio, qui narrat Titum Tatium Romanorum regem, cum *Laurentes* ei propter iniuriam acceptam infensi essent, Lavinii, quo sacrificii causa venerat, concursu facto esse interfectum, nec tamen bello vindicavisse Romanos regis caedem, immo foedus inter Romam Laviniumque urbes esse renovatum; quae narratio intellegi non potest, nisi Laurentes Livio fuerunt urbis Lavinii cives[3]. Item in inscriptione Pompeiis reperta vol. X n. 797 (Orell. 2276), ubi memorantur *sacra principia populi Romani Quiritium nominisque Latini quae apud Laurentes coluntur*, verbis *apud Laurentes* nihil aliud significatur quam *Lavinii*, nam a Lavinio Romanos nominis Latini et ipsius urbis Romae origines repetisse ibique cultos esse penates populi Romani constat. Ager quoque urbis Lavinii videtur appellatus esse Laurens sive Laurentinus[4], cf. Obsequens cap. 73: *cum Lavinii*[5] *auspicarentur* (M. Aemilius C. Hostilius Mancinus consules), *pulli e cavea in silvam Laurentinam*[6] *evolarunt*. Similiter Aeneas, quem periisse vel caelo receptum esse proelio commisso et Lavinii moenibus Romani crediderunt (Liv. 1, 2, 6. Dion. 1, 64 ... in inscriptione Pompeiana vol. X n. 8348 dicitur non comparuisse ... vel in (*solo Laurentino*. Via quoque suburbana quae sola fuit inter Ostiensem et Ardeatinam et qua sine dubio Romani iter facere Lavinium solebant Laurentina appellabatur[7]. — Verum alibi distinguuntur Laurentes a Lavinii civibus, ut apud Dionysium 5, 61 inter triginta populos Latinos qui anno u. c. 256 bellum Romanis indixerunt, recensentur Λαυρεντῖνοι et ab his diversi Λαβινιᾶται. His Laurentibus fuisse oppidum Laurentum nomine[8] ipso Lavinio vetustius — nam Lavinium condidit Aeneas, Laurentum etiam ante Aeneae adventum fuisse dicitur Aboriginum regia[9] — plerique voluerunt; quod autem inscriptionem n. 2070, quae inventa est Praticae sive Lavinii, posuit senatus populusque Laurens, item quod in inscriptionibus n. 2074—2076. 2078. 2082 memoratur curator Laurentium Lavinatium, id ita explicant, ut nescio quo tempore Laurentum cum Lavinio esse coniunctum et in unam cum eo rempublicam coaluisse statuant[10]. Certe si fuit umquam in vetere Latio civitas sui iuris Laurentum nomine, ea illa aetate qua floruerunt litterae Romanorum et de qua certa superest memoria, aut nulla fuit aut certe non diversa a republica Lavinatium, nam aliter fieri non potuit, ut a tot sinceræ vetustatis testibus *Laurens* et *Lavinas* vocabula promiscue adhiberentur et Lavinii cives *Laurentes Lavinates* appellarentur[11]. Inscriptiones in ora Latii inter Ostiam et Ardeam praeter vicum Augustanum — q...

1) Prima syllaba tam producitur (passim apud Vergilium et alios poetas, infra n. 2065, 4) quam corripitur (Verg. Aen. 1, 258. 270. 6, 84. 7, 359; Tibull. 2, 5, 49, Iuven. 12, 71), secunda constanter producitur.

2) Inter Graecos scriptores fuisse qui nomen oppidi repeterent a Lavinia regis Deliorum filia discimus ex Dionysio 1, 59. — Solus scriptor de origine gentis Romanae (c. 12) nomen oppidi repetit inde quod Aeneas ibi *in stagno laverit*.

3) Adscripsi ipsa Livii 1, 14 verba: *post aliquot annos propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulsant, cumque Laurentes iure gentium agerent, apud Tatium gratia suorum et preces plus poterant. Igitur illorum poenam in se vertit: nam Lavinii, cum ad sollemne sacrificium eo venisset, concursu facto interficitur. Eam rem minus aegre quam erat tulisse Romulum ferunt ... itaque bello quidem abstinuit; ut tamen expiarentur legatorum iniuriae regisque caedes, foedus inter Romam Laviniumque urbes renovatum est.* — Eandem rem tangunt Varro de l. L. 5, 152 (*Tatius rex qui ab Laurentibus interfectus est*) et Strabo 5, 3, 2 p. 230 (δολοφονηθέντος ἐν Λαουινίῳ τοῦ Τατίου), eodem fere modo quo Livius narrant Dionysius 2, 52 et Plutarchus Rom. 23, nisi quod Dionysius Tatii interfectores non Laurentes appellat, sed Λαβινιάτας, Plutarchus appellat eos Λαυρεντίνους, sed scribit eos fuisse ex urbe Laurento (c. 23 πρέσβεσιν ἀπὸ Λαυρέντου βαδίζουσιν εἰς Ῥώμην ἐντυχόντες· c. 24 ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τε Λαύρεντον οἰκοῦσιν ὅμοια συνέβαινεν), ceterum Lavinii, non Laurenti esse occisum Tatium Plutarchus quoque refert. Apparet hos omnes auctores narrationem Livianae persimilem secutos esse, sed Dionysium et Plutarchum, cum auctores eius narrationis Laurentes fuisse ipsos Lavinii cives nescirent, aliam alio modo difficultatem expedivisse. — Ad Livii locum a Cluverio neglectum primus quantum scio animum advertit A. W. Zumpt de Lavinio p. 11.

4) *Laurens* et *Laurentinus* non magis differunt quam *Tiburs* et *Tiburtinus* (cf. quae dicentur infra in praefatione Tiburtinarum), *Antias* et *Antiatinus*, *Ardeas* et *Ardeatinus*, *Veiens* et *Veientanus*, illa forma fuit vetustior et philologis aevi imperatorii magis accepta, cf. Plin. ep. 2, 17: *miraris cur me Laurentinum vel, si ita mavis, Laurens meum tanto opere delectet.*

5) Traditur *Lanuvii*; sed *Lavinii* esse legendum apparet ex Valerio Maximo 1, 6, 7 qui eandem rem refert ex eodem sine dubio auctore ex quo Ob... id est ex Livio.

6) *in proximam silvam* habet Valerius Maximus l. c.

7) Nuper quidem Petrus Rosa (ann. inst. arch. 1859 p. 186—193 ... ediu... fuisse viam aliquam Lavinatem, de qua antea nemo fando ... diversam a Laurentina demonstrare voluit, sed plane sine argument... nerario Antonini, quod citat p. 187, vide supra p. 183 not. 3). Im... fuisse viam inter Laurentinam et Ardeatinam demonstrat mancipi... *rentinae et Ardeatinae* tituli urbani vol. VI n. 8469, nam via Lavinas... eidem mancipi sine dubio esset locata. Et certe in breviario viarum ... notitiam urbis regionum XIIII (ap. Iordan forma urbis p. 54) via L... potuit omitti.

8) Scriptorem veterem loca, ubi agitur de hoc oppido, compo... Ital. antiq. p. 882 seq. Fuisse id oppidum ibi ubi hodie est Tor Pa... Cluver p. 888, ibi ubi Tor S. Lorenzo Holstenius (ad Cluver. p. ... Capocotta Nibby (analisi 2 p. 193).

9) Quamquam quo iure hanc opinionem antiquis tribuant, q... Sed quaestio est longa neque huic loco necessaria.

10) Coniunctio haec plerumque adtribuitur tempori imperatorum ... putatur infrequentia locorum (Cluver p. 888. Nibby analisi 2 p. ... Aliam viam iniit Wilmanns de sacerdotiorum p. p. R. quodam ... 1867) p. 9 seq. Is enim, orsus inde quod secundum traditam ... scriptorum a. u. c. 414 post pugnam ad Vesuvium e Lavinio Latinis ... coeptum est, coniecit, bello Latino finito Romanos in Lavinium ita ... ut Lavinium sui iuris esse desineret, id est ut Lavinates non sola... Romanam reciperentur, ut accidit Lanuvinis et Aricinis, sed ut ... status amitterent et ipsa sacra a vicina civitate Laurentium ad... — Wilmannsii coniecturis de Lavinio et de Laurentibus oblocut... *bull. dell' Inst.* 1873 p. 4), diffidere coepit auctor ipse (Exemp... n. 1747).

11) Conferri aliquo modo potest, si vere Laurentum urbs fuit ... quod Bovillarum cives aetate imperatorum appellari voluerunt ... *Bovillenses*. Sed magis crediderim veteres Laurentes urbis L... cives ita distingui voluisse a Laurentibus vici Augustani. —

l esse vetus illa res publica Laurentum, nam eius cives in bono- imperatoris fortasse dici potuerunt *Laurentes Augustani*, nullo modo potuerunt *Laurentes vico Augustano*[1]) — nullum dederunt oppidum .avinium, ubi repertae sunt inscriptiones senatus populique Laurentis ntreatium Lavinatium.

ra fit mentio Lavini in annalibus Romanorum et ea plerumque a, quippe quae non semel confusa esse videatur cum mentione ivō sive, ut plerumque dicebatur, Lanivii (cf. infra p. 191). Cadit non solum in annales codicibus propagatos, sed etiam in lapides, 1 cum in fastis Capitolinis sit C. Maenium consulem a. u. c. Varr. 416 mphasse de *Antiatibus Lavinieis Veliterneis*, apud Livium (8, 13) :m *Aricinos Lanuvinosque et Veliternos Antiatibus Volscis se coniun- tes* a Maenio consule esse fugatos (cf. 8, 12 *venerant et ab Lanuvio ioque auxilia*), deinde Maenium triumphasse, vix dubium est quin lapide Capitolino *Lavinieis* errore incisum sit pro *Lanivineis*, praesertim a *Lavinius* vocabulum pro *Lavinas* praeterea repertum sit solum apud rgilium poetam (Aen. 4. 236 cf. 1, 2). Item quae paulo ante in ndem belli Latini enarratione apud Livium 8, 11 mentio fit Lavinii, tasse et ipsa ad Lanuvium pertinet. Nec multum tribuendum esse letur narrationi Dionysii 3, 34 alterum ex praetoribus, quos primos ba Longa diruta Latini sibi creaverint, Sp. Vecilium, oriundum fuisse . Lavinio; nec plus ei narrationi quae communis est Dionysio 8, 21 m Livio 2, 39. inter oppida a Coriolano capta vel oppugnata fuisse avinium. Crebrior et certior mentio fit Lavinii propter originem urbis bulosam et, quod cum ea re coniunctum est, propter sacra quae a lomanis publice ibi colebantur. Et quae de adventu Aeneae et de pe- atibus Lavinii adservatis Romani ultimis liberae rei publicae temporibus t imperatorum aetate crediderunt, ea apte composuerunt Cluverius Ital. ntiq. p. 889 seq. 898 seq. et Schwegler 1 p. 283 seq. 305. 317. Eodem pertinent inscriptiones infra editae n. 2065—2068 scriptae eae ut puto saeculo p. C. altero, sed quarum similes videntur fuisse Lavinii am ultimis liberae rei publicae temporibus, ut inscriptio templi alicuius ius mausolei ea quam Graece versam servavit Dionysius 1, 64. Sed sacra Lavinii fortasse multo ante Romani publice colebant quam Aeneae omen audiverant. Nam antiquissimus videtur esse is mos quem testantur Macrobius et Servius, consules et praetores seu dictatores, cum adirent magistratum sive antequam in provinciam abirent, ut in monte Albano, ta etiam Lavinii rem divinam fecisse Penatibus et Vestae[2]). Testimonium Macrobii et Servii confirmatur eo, quod C. Hostilium Mancinum consulem a. u. c. 617, antequam in provinciam abiret, una cum C. Aemilio collega rem sacram fecisse Lavinii etiam apud Livium legebatur; unde sua habuerunt Valerius Maximus 1, 6, 7 et Obsequens cap. 73. Sacra Lavi- nia cum sacris montis Albani componit etiam Livius 5, 52, 7: *(maiores nostri) sacra quaedam in monte Albano Laviniique* (*Laviniοque* traditur) *nobis facienda tradiderunt*[3]), item Lucanus 7, 394: *Albanosque Lares, Laurentinosque penates*. Num etiam imperatorum aetate magistratus urbis Romae quotannis Lavinium adierint, potest dubitari. certe nullum eius rei ad illam aetatem pertinens extat testimonium, et alio modo sacris Lavinatibus imperatores prospexisse ex inscriptionibus videtur posse col- ligi. Nam praeter inscriptiones Laurentium Lavinatium Lavinii repertas et infra recensitas etiam Romae et extra Romam passim per Italiam, item in provinciis prodierunt inscriptiones quamplurimae hominum eque- stris potissimum ordinis qui non solum honoribus et sacerdotiis apud Laurentes Lavinates functi sint, sed qui etiam inter honores et sacerdotia quae alibi gesserunt id ipsum adscribi voluerint, fuisse se inter Laurentes Lavinates[4]), quo re non origo, sed honor vel sacerdotium videtur signi- ficari[5]). Videntur igitur imperatores, cum Laurentes Lavinates sacris patriis non sufficerent, Laurentium numerum auxisse adscriptis civibus ut ita dicam honorariis[6]). Confirmatur haec coniectura[7]) ea re quod in inscriptione n. 2070 Laurentes imperatori gratias agunt, quod ipsorum *privilegia non modo custodierit sed etiam ampliaverit*; nam privilegia municipio alicui concessa ab imperatore, et ita concessa tamquam de- bita, ut vix satis sit ea custodiri nisi etiam ampliaverit ea imperator[8]), alibi vix reperientur, praesertim in Italia — nam in provinciis fortasse de immunitate a tributis cogitari poterit, conveniunt autem optime talia privilegia collegio sacris publicis procurandis destinato. nam talium col- legiorum sodalibus varias fuisse immunitates et vacationes etiam aliunde scimus (vol. X n. 3704 cf. vol. IX 4206—4208. 4399; fragm. Vat. 173°. Dig. 50, 5, 13). Significantur privilegia Laurentium Lavinatium etiam in inscriptione n. 2083 (*iura Laurentum*); praeterea eadem memorantur in constitutione anni 385[9]). Quando primum veteri civitati Laurentium Lavi- natium coeperit superstrui hoc ut ita dicam collegium[10]) eiusdem nominis, non constat; sed certe non post Claudium. nam Sp. Turranius Proculus Gellianus qui teste titulo Pompeiano vol. X n. 797 Lavinii et apud Laurentes honoribus et sacerdotiis functus est et quem vixisse sub Claudio eiusdem

longo tempore invaluisset ut cives Lavinii appellarentur Laurentes Lavinates, inde factum est ut nonnulli scriptores aevi labentis ipsi oppido tribuerent bar- barum vocabulum Laurolavinium, scilicet liber coloniarum qui dicitur p. 234 tradit *Laurolavinium*, et Servius ad Vergilii Aen. 1, 2. 4, 5. 7, 59. 7, 131. 170. 11, 100 qui hoc vocabulum ibi quoque adhibet, ubi Catonis narrationem refert vel se referre adfirmat (ad Aen. 4, 620. 6, 760).

1) Quamquam vicum illum saeculo p. C. III vulgo dictum esse *Laurentum* videtur posse colligi ex tabula Peutingerana et itinerario Antoniniano, cf. supra p. 181 cap. II not. 3.

2) Macrobius sat. 3, 4, 11: .. *ut et consules et praetores seu dictatores, cum adeunt magistratum, Lavinii rem divinam faciunt Penatibus pariter et Vestae.* Servius ad Aen. 3, 12: *quod imperatores in provincias ituri apud eos primum immolarent*, id. ad Aen. 2, 296: *quod cum consules et praetores sive dictator ab- eunt magistratu, Lavinii sacra penatibus simul et Vestae faciunt*, ubi fortasse pro abeunt magistratu dicere debuit *adeunt magistratum*. Cf. Schol. Veron. ad Verg. Aen. 1, 259: *Ascanius hostibus devictis in eo loco quo (postremo pater appa- ruerat) Aeneae Indigeti templum dicavit, ad quod pontifices quotannis cum con- sulibus ire solent sacrificaturi.* — Videntur autem consules primum in monte Albano, post diem decimum Lavinii sacra fecisse. Nam sine dubio connexum fuit cum his sacris foedus illud quod teste Livio 8, 11, 15 quotannis reno- vabatur cum Laurentibus post diem decimum Latinarum. — Ceterum hanc foederis cum Laurentibus annuam renovationem hoc loco Livius repetit a bello Latino a. u. c. 414, alio (1, 14 cf. supra p. 186 not. 5) a Romulo et Tito Tatio, alii placuit repetere eius moris causam e libris Sibyllinis, teste inscriptione Pompeiana vol. X n. 797, in qua Sp. Turranius aliquis appellatur *pater patratus populi Laurentis foederis ex libris Sibullinis percutiendi cum populo Romano*; — foedera quotannis renovata aliunde non novimus.

3) Ceterum quod plerique hodie volunt (cf. Schwegler 1 p. 317), ut in monte Albano, ita etiam Lavinii una cum consulibus Romanis reliquorum quoque Latinorum populorum magistratus sacrificavisse, id testimonio antiquo caret. Strabo 5, 3, 5 p. 232 refert quidem Lavinii fuisse fanum Veneris Latinis com- mune, sed addit curam eius fani agere Ardeates.

4) Ex multis exemplis pauca adscribam. C. I. L. VI, 1001: *P. Sufenati P. f. Pal. Myroni, equiti Romano, decuriali scribarum aedilium curulium, Luperco (in urbe Roma), Laurenti Lavinati; fretriaco Neapoli Antinoiton et Eunostidon, de- curioni, IIIIviro* (Bovillis). VI, 1383: *M. Valerius Achilleus, lictor proximus, Laurens Lavinas, agens aetatis annum LXV vivus sibi comparavit et posuit.* IX, 785: *M. Numisius M. f. M. n. Cor. Quintianus, Laurens Lavinas, flamen Flo- ralis* (Romae?), *patronus municipii* (Trani Apuli). — Ceterum in his tribus titulis, item in aliis nonnullis (V, 8417. VI, 1847. IX, 4684) plene legitur *Lau- rens Lavinas* (*Laur. Lavinas* est ap. Wilmanns n. 1639), unde idem sequitur esse legendum ubi scriptum est *Laur. Lav.* vel *L. L.* — *Laurens Lavinatium*, quod reperitur supra n. 170 et vol. IX, 3088, item fortasse vol. X, 7580, minus accurate videtur esse dictum.

5) Indicem harum inscriptionum confecit Wilmanns de sacerdotiorum p. R. quodam genere p. 28 seq.

6) (*Allectus in numerum* (*Laurentium Lavinatium* intellege *ab imperatore*) est huius corporis vol. VIII, 10501.

7) Primus rem nisi fallor indicavit A. W. Zumpt de Lavinio et Laurentibus Lavinatibus p. 82. — Simili modo olim sacris Lavinatibus prospexisse Latinos fama erat, teste Dionysio 1, 67. Narrat enim Dionysius Latinos Alba Longa condita in mente habuisse, derelinquere Lavinium et simulacra deorum ab Aenea ibi collocata Albam transferre, sed ea Albam translata semel et iterum sua sponte Lavinium repetisse, postremum placuisse Latinis, τὰ μὲν ἕδη κατὰ χώραν ἐᾶσαι μένειν, ἄνδρας δὲ τοὺς ἐπιμεληθησομένους αὐτῶν ἐκ τῆς Ἄλβης εἰς τὸ Λαουίνιον αὖθις ἐποίκους μεταγαγεῖν· καὶ ἐγένοντο οἱ πεμφθέντες ἑξακόσιοι μελεδωνοὶ τῶν ἱερῶν, αὐταῖς μετανιστάντες ἐφεστίοις. Numero Laurentes Lavinates etiam aevo imperatorio fuisse sexcentos ex hac Dionysii narratione statuit Wil- manns de sacerdotiorum p. R. quodam genere p. 57, num recte, dubito.

8) Longe aliter verba faciunt municipia cum imperatori gratias agunt propter beneficia concessa. Cf. supra n. 95: *colonia Ostia conservata et aucta omni in- dulgentia et liberalitate eius*. Corp. X, 5962.

9) Cod. Theod. 8, 5, 46: *diversorum officiorum veterani mancipatum debitum cursui publico repraesentent, etiam si post ..., per suffragium ad curarum honorarium patronatum aut ad societatem consortiumque Laurentium .. ad- spirasse doceantur.*

10) *Consortium* certe appellantur Laurentes in constitutione codicis Theodo- siani supra not. 9) allata.

tituli litteratura docet, vix fuit oriundus ex Lavinio. Novi hi Laurentes Lavinates sine dubio certis vicibus Lavinium adire debebant et honoribus sacerdotiisque ibi fungi. Ita is quem dixi Sp. Turranius et *praefectus pro pr(aetore) i(ure) d(icundo)* fuerat in urbe *Lavinio* et *pater patratus populi Laurentis*, idemque *sacrorum principiorum p(opuli) R(omani) Quirit(ium) nominisque Latini, quae apud Laurentis coluntur, flam(en) Dialis, flam(en) Martialis, salius praesul, augur, pontif(ex)*. Praeterea memorantur magistratus in ceteris illis Laurentium Lavinatium inscriptionibus *praetor Laurentium Lavinatium* supra n. 171. 172, *pr(aetor) et q(uin)q(uennalis) L(aurentium) L(avinatium)* Marini Arv. p. 825, item decurio supra n. 335; sacerdotes pontifices (*pontifex Laurentium Lavinatium* supra n. 171, item ut videtur n. 354, item vol. VI n. 1531, *pontif(icatu) Laurentinorum orn(atus)* Orelli n. 2156, *sacerdos et pontifex Laurentium Lavinatium* huius corporis vol. VIII n. 9368. *L. L. pontif(ex) eiusd(em) sac(erdotii)* vol. VI n. 1635), flamines (*flamen Laurentinus* vol. III n. 1198, *flamen Lucularis Laurent(ium) Lavina(tium)* Henzen n. 6747), salii (supra n. 390. 391), alii minus certi (vol. V n. 2413); ceterum omnes Laurentes Lavinates, cum vere efficerent collegium sacerdotale, quodammodo dici potuerunt *sacerdotes Laurentes Lavinates* (*sacerd. Laur. Lavin.* vol. V n. 6357, *Laurens Lavinas sacer.* vol. IX n. 4686, *sacerdos Laurentium Lavinatium* supra n. 154 et vol. VIII n. 1439. 7978, ἱερεὺς Λαυρεντῖνος *bullet. de correspond. hellenique* 7, 1883 p. 275, cf. *Laurent(ino) sacerdotio ornatus* Orelli 2712, *L(aurens) L(avinas) pontif(ex) eiusd(em) sac(erdotii)* vol. VI n. 1635, *sacerdos et pontifex Laurentium Lavinatium* vol. VIII, 9368). — *Arcarius Laurentium Lavinatium* est vol. VI n. 2197. *Cur(atori) reipubl(icae) Laur(entium) Lavinat(ium)* in urbe Roma dedicati sunt tituli vol. VI n. 1531. 1532 uterque, ut videtur, a pontifice Laurentium Lavinatium. Titulum *patrono et defe(n)sori eidemque (h)abitatori civitatis, v(iro) p(erfectissimo)*, positum a Laurentibus Lavinatibus reperies infra n. 2080; Caecilianum aliquem, *defensorem Laurentium Lavinatium*, *virum honestum* commendavit Symmachus ep. 1, 71 (65). Haec epistula Symmachi, qua Laurentes Lavinates appellantur *religiosa civitas*, et constitutio codicis Theodosiani supra relata, postrema sunt de Laurentibus Lavinatibus antiqua testimonia. Mox non solum collegium Laurentium Lavinatium videtur desiisse, sed etiam oppidum Lavinium periit vel certe coepit latere, ut latuit per multa saecula, ac ne locum quidem, ubi fuerit, quisquam novit, donec renatis litteris primo inscriptionum Lavinii effossarum exempla ad viros doctos Romae degentes adlata sunt. Sed neque hoc factum est ante medium XVI p. C. saeculum, neque tunc eaedem videntur innotuisse nisi paucis. Reperiuntur quidem inscriptiones Lavinates apud Ligorium (ms. Taur.[1]) n. 2070. 2075—2077, apud Panvinium (collect. Vatic. a. 1566/8) n. 2070. 2076 ab incerto auctore descriptae; sed edita est ex his sola n. 2070 apud Gruterum, et ea sub falsa loci indicatione[2]). Primus inter viros artis epigraphicae peritos Praticam adiit Fabrettus et ibi n. 2069. 2073. 2074—2076. 2082. 2083 descripsit, easdem fere vidit anno 1732, item n. 2068. 2077—2079 addidit Vulpius. Deinde post longum intervallum — nam Nibbyus nihil novi addidit — nostra aetate fossionibus nescio quo consilio institutis prodierunt Lavinii n. 2065—2067. 2081. 2084. Rudera Lavinii paene intacta si quis vir et locorum et Romanae antiquitatis peritus curaverit pervestiganda, non defore monumenta, unde inter alia obscura illustrentur Romanorum de ipsorum originibus fabulae et opiniones, paene certum est.

1) Nondum innotuisse Ligorio has inscriptiones cum conscriberet volumina illa quae nunc servantur Neapoli, id est annis circiter 1550—1553, colligitur inde quod ibi (lib. 30 p. 180) Lavinium collocavit Civita-Lavinae (*La origine di Lavinio non si può per cosa certa mostrare . . . Questa città Servio chiama di quattro nomi, Lavinum, Lavinium, Laurentum, Laurolavinium, et hoggidi si chiama Civita Lavinia*, cf. *Sitzungsber. d. berl. Akad.* 1882 p. 1106), atque adeo inscriptionem Lanuvinam infra n. 2100 huius opinionis causa interpolavit. Postea verum edoctus ea quae rettuli verba ex parte induxit eisque substituit haec *Lavinio hodiernamente si chiama Patria, ò vero Patrica, poco discosto dal mare, nel lito paterno* (= lido di Tor Paterno?).

2) Ita factum est, ut tam Cluverius p. 891 quam Holstenius (annot. ad Cluverium p. 179) de loco ubi fuit Lavinium erraverint.

2065 tabula marmorea effossa Praticae a. 1867 BORM. 'Non ita pridem Praticae inventa pars lapidis dimidia olim supra portam sacrarii principiorum populi Romani muro infixi' GARR. Ubi nunc extet, nescio.

NVMICE LAVINAS
RECTA PILVMNI
*pon*TIFEX SACRIS VOTV*m*
*c*ARA · SANGVIS AENE*ae*
*m*AXIMVS PETITORVM
*p*ROSPERETIS EVENTVS
IVRA LAVRENTVM

Descripsit Bormann a. 1869 et edidit in programmate gymnasii Berolinensis *zum grauen Kloster* 1871 p. 17; ipse recognovi ad ectypum a Bormanno reportatum. Auctore non laudato edidit Garrucci syll. p. 331 ad n. 1142.

Versus sunt choliambi. — Pontifex deos Lavinii cultos (v. 1. 2. 4) precatus vota facere videtur pro salute imperatoris (nam ad imperatorem videtur pertinere v. 6) et pro conservatione privilegiorum Laurentium Lavinatium (v. 7). Quo spectet v. 5, nescio. — 1 tam *Numicus* quam *Numicius* invenitur apud auctores. — 2 RECTA potius, ut edidit Bormann et suggerit ectypum, quam REGIA, quod edidit Garrucci. — Pilumnus memoratur a Vergilio Aen. 9, 4. 10, 76. 619 ut Turni avus vel proavus; alia de eodem ex Varrone et Pisone adfert Servius ad Aen. 10, 76.

2066 Praticae apud Borghesios, reperta in effossionibus factis a. 1867 iussu principis BORM. Ego Praticae frustre quaesivi.

*sacer*DOTE ·
INAE ·
*p*RISCI ·
*s*OLO ·
·

Descripsit Bormann a. 1869; ipse recognovi ad ectypum.

Hoc quoque fragmentum superest ex carmine choliambico.

2067 Praticae rep. anno 1866 *nelle escavazioni fatte dal cav. de Gama* ACTA, effossa a. 1867 iussu principis Borghesii BORM. Iacet extra Praticam (CCC passibus p. m. a burgo mare versus) humi defossa. Basis est marmorea, latus intuenti sinistrum habet urceum, dextrum latus terrae obversum est.

LAVINIA LATINI
urceus FILIA

Descripsit Bormann a. 1869 et edidit in programmate gymnasii Berolinensis *zum grauen Kloster* 1871 p. 16; ipse vidi anno 1889, sed ex parte terra tectam. Legitur in actis ms. curatoris monumentorum qui fuit sub pontificibus (inde edidit Brizio *pitture e sepolcri scoperti sull' Esquilino*, Romae 1876 p. 10). Wilmanns exempl. inscr. Lat. n. 617.

2068 basis marmorea. Praticae.

SILVIVS AENEAS
urceus AENEAE ET LAVI *patera*
NIAE FILIVS

Descripserunt Detlefsen et Bormann, qui edidit in programmate gymnasii Berolinensis *zum grauen Kloster* 1871 p. 16, recognovi ipse. Antea descripserunt Vulpi Lat. 6 p. 119 et Nibby *analisi* 2 p. 237. C. I. L. I p. 283, XXI.

Litteratura titulorum n. 2065—2068 non est aevi Augustei, potest esse aevi Hadrianei. Saeculo tertio n. 2066. 2067/8 adtribuit Bormann, non recte ut puto.

2069 inter ruinas Lavinii PAGG. Extat basis marmorea Praticae litteris evanidis.

IMP · CAesari divi
NERVAE · filio ner
vAE · TRAiano
AVG · GERManico
PONTIF · Max
TRIBVN · POtest
IMP · III · COS....
LAVRENTES · LAvinates
D E C dec
P P B L ice

Fabretti 682, 66 (inde puto verba repetivit Vulpi Lat. 6 p. 99). Ego recognoscens non legi nisi ex vv. 1—5 ea quae dantur litteris rectis, reliqua evanuerunt.

2070 basis marmorea. In oppido Pratica FABR. Ibi extat ante aedes Borghesiorum. Neque alibi descripta est ab auctore ignoto Panviaii et Ligorii; nam quamquam in schedulis Panvinianis loci indicatione caret et apud Gruterum legitur sub falsa indicatione 'Romae inventum in Transtiberina', Ligorius cognovit eam extare Praticae, cum recte Lavinium Praticae collocarit.

DIVO · ANTONINO · AVG
SENATVS · POPVLVSQVE · LAVRENS
QVOD · PRIVILEGIA · EORVM · NON
MODO CVSTODIERIT · SED · ETIAM
AMPLIAVERIT · CVRATORE
M · ANNIO · SABINO · LIBONE · C · V ·
CVRANTIBVS · TI · IVLIO NEPOTIANO
ET · P · AEMILIO · EGNATIANO · PRAET
II · Q · Q · LAVRENTIVM
LAVINATIVM

Descripserunt Detlefsen et Bormann, vidi ipse. Primum reperitur scripta in duabus foliis solitariis scriptis fortasse manu diversa inter Panviniana cod. Vat. 6035 f. 18' et f. 125 et apud Ligorium ms. Taur. vol. 10 s. v. *Laurentum*; ad eundem fontem redit exemplum editum a Grutero 258, 7 'ex Ursini schedis'. Postea descripserunt Fabretti 682, 67; Vulpi, qui vidit anno 1732, Lat. 6 p. 27. 89; Nibby *viaggio* 2 p. 264, *analisi* 2 p. 223. De visu citat Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 378. E Grutero repetiverunt Cluverius ital. antiq. p. 888, Kircher Lat. p. 83, alii. Orelli n. 124.

V. 10 neglectus est a Fabrettio Vulpio Nibbyo (qui non esse in lapide eum versum falso adfirmat *viaggio* l. c.), ideo quod humi latebat. Recte exhibent eum exempla Fabrettio antiquiora.

Divo Antonino Aug(usto) senatus populusque Laurens, quod privilegia eorum non modo custodierit, sed etiam ampliaverit. Curatore M. Annio Sabino Libone c(larissimo) v(iro), curantibus Ti. Iulio Nepotiano et P. Aemilio Egnatiano, praet(oribus iterum) q(uin)q(uennalibus) Laurentium Lavinatium. — De M. Annio Sabino Libone cf. Mommsen eph. epigr. 3 p. 159.

2071 in bivio Laurentinae (Laurentina via secundum Fabrettium finiebatur Tor-Paterni, ubi ille collocavit Laurentum, cf. Fabretti 752, 586) et viatrii Lavinium laeversum tendentis sub taberna *Lo Santolo* PAGG. Quaesivi loco q. d. *Lo Santola* — tabernam *Lo Santolo* nullam novi —, cum anno 1888 Pratica Romam pedibus iter feci; me non invenisse eo minus miror quod iam Marinii tempore particula tantum inscriptionis superfuisse videatur (cf. infra).

DIVO
senaTVS · POPVLVSque laurens
IGETIANI · MEI
MORTALEM · MEMOriam
EX · AENO · COLVMNISQ · MARmoreis
HONOREM · REFECIT
NI·L ALPINIO·CLEMENTE·CVRAT·RSI·PVB

Servavit Fabretti 803, 30. Praeterea de hac inscriptione refert Marinius (Arv. p. 332) haec: *chi l' ho veduto, mi assicura, che vi era incisa la medesima iscrizione dall' altra parte, dello quale non restan ora che queste voci*

. . . .
....HONOREM · REP
..ANT · L · ALPINIO · CLEMENTE
C · V

Sed haec verba potius ad ipsum titulum quem Fabrettius descripserat pertinent magis mutilum factum eo tempore quod fuit inter Fabrettum et Marinium.

3 in. fortasse [*indulgentiam*]; 3. 4 *ob indulgentiarum eius immortalem memoriam* proposuit Mommsen. — 7 in. [*curante*]. — 7 fin. RSI·PVB| versu separato dat Fabr., sed pressus spatio, ut ipse indicat.

Lapidem ex Lavinii ruderibus esse ablatum probabile est. Inde v. 2 supplevi, collata n. 2070.

2072 Romae *nella strada dei Bergamaschi presso S. Giacomo degl' incurabili* MAN

IVLIAE · AVG
MATRI · CASTRORVM
IMP · CAES · L · SEPTIMI
SEVERI · PII · PERTINAC
AVG · ARAB · ADIAB · PARTH
MAXIM · FORTISSIMI a. 198—210
FELICISSIMI · P · P
IMP · CAES · M · AVRELLI
ANTONINI · PII · FELICIS
AVG · ET
SENATVS · ET · PATRIAE
/ / / / / / / / / / / / / / /
MATRI
LAVRENTES · LAVINATES

Servavit Manutius Vat. 5237 f. 127, unde edidit Henzen huius corporis vol. VI n. 1047.

Vv. 11 et 12 olim fuisse scripta nomina Getae et verba in v. 11 *senatus et patriae* restituta esse in litura suspicatur Henzenus.

2073 (Romae) ad Pantheon (sic videtur legendum esse) CITT.

DOMINO NOSTRO
INVICTISSIMO *et*
OMNIVM PRINCIPVM *Virtute*
BENIVOLENTIA INDVLGENTIA
EXVPERANTISSIMO
IMP CAESARI *m* AVRELio
ANTONInO OPTIMO
SANCTISSIMOQVE *Pio*
FELICI AVG PARTH · MAX
BRITANN MAX PONTIF
MAX TRIB POT · XVI IMP · II a. 213
COS IIII PROCOS P P
LAVRENTES LAVINATES

Servavit Cittadinius apud Manutium Vat. 5253 f. 133. Inde Donius 3, 31 (ex eo Mur. 1053, 2) 'ex sched. bibl. Vat.' et Fabretti 686, 93 'ex schedis Vaticanis'. Est huius corporis vol. VI n. 1066.

Hiatus indicantur in fine vv. 1. 2. 3. 6. 8. — 6 M om., 7 ANTONIO Citt.

Laurentes Lavinates cum etiam Romae imperatoribus statuas dedicare potuerint, has inscriptiones Lavinio Romam esse asportatas non est certum.

2074 'basis ingens superne abrupta in oppido Pratica, ubi olim Lavinium' FABR. Extat Praticae inverse posita.

ROM
IVN · PRISCILIANVS · MAXIMVS
V · C · CVR · LAVR · LAV ·
DIC · N · M · Q · EIVS

Descripsit Detlefsen, vidi ipse. Fabretti 334, 499; Vulpi Lat. 6 p. 116.

1 dedi ut excepit Detlefsenus; ROMAN habet Fabrettius; ego non vidi nisi R, reliquis humo latentibus.

Cum ab eodem Iunio Prisciliano Maximo habeamus titulos n. 2075 et n. 2076 dedicatos Constantio et Galerio, haec videtur fuisse dedicata aut Diocletiano aut Maximiano.

2075 basis marmorea. In oppido Pratica FABR. VVLP. ibique extat. — S. I. PANV.; sed apud LIGORIVM adnectitur ad n. 2070.

D · N · FLAVIO · VAL
CONSTANTIO
FORTISSIMO · AC
BAEATISSIMO · CAES
PRINCIPI IVVENTVTIS
IVN PRISCILIANVS
MAXIMVS · V · C
CVR · LAVR · LAV
DIC N M · Q · EIVS

Descripsi post Detlefsenum ex vv. 5—9 ea quae dantur litteris rectis. Eosdem versus, sed praeter v. 5 in fine plenos, descripserunt Fabretti 622, 69 et Vulpi 6 p. 117 (inde Mur. 368, 3). Integra legitur inscriptio in schedula solitaria inter Panviniana cod. Vat. 6036 f. 36' et apud Ligorium ms. Taur. vol. 10 s. v. *Laurentum* (inde Gudius ms. 1649, 1, ed. 91, 9). — 4 BEATISSIMO Lig. — CAES om. Panv. — 5 IVVENTVTIS Panv. Lig., IVVENT Fabr., IVVEN.. Vulpi.

In latere intuenti sinistro relictus est titulus antiquior n. 2083.

2076 basis marmorea. In oppido Pratica FABR. et adhuc.

D · N · GALERIO · VAL ·
MAXIMIANO
FORTISSIMO · AC ·
BAEATISSIMO · CAES
PRINCIPI · IVVENTVTIS
IVN · PRISCILIANVS · MAXIMVS
V · C · CVR · LAVR · LAV
DIC · N · M · Q · EIVS

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Ligorius Taur. vol. 16 s. v. *Laurentum* (inde Gudius ms. 1648, 4), Fabretti 662, 68, Vulpi Lat. 6 p. 116, Nibby *viaggio* 2 p. 264, *analisi* 2 p. 227. Orelli 1063.

2077 basis marmorea. Praticae.

ego

CAECILIAE · Q · F
PI / ...

reliqua evanuerunt

Ligorius

CAECILIAE Q · F
PHILETE VIRGINI
MAIORI · REGIAE
LAVRENTIVM · LA
VINATIVM · Q
CAECILIVS · PAPI
ON · PATER · FILIAE

Descripsi initium, nescius tum multo plura exhiberi a Ligorio ms. Taur. vol. 16 s. v. *Laurentum* (inde Gudius ms. 1604, 6, ed. 118, 5). V. 1 descripsit etiam Vulpi Lat. 6 p. 119, eadem quae ego excepit Detlefsen.

Quamquam Ligorii aetate multo plura legi potuisse in lapide quam nunc facile concedo, tamen textum plenum a Ligorio exhibitum totum verum esse vix crediderim. Suspicionem movet potissimum *virgo maior regia*; quod Italice magis videtur esse dictum quam Latine. (Potest fortasse defendi virgo Vestalis maior (nempe ut duae solae fuerint Lavinii, non sex, ut Romae) quae sacrum fecerit in regia Lavinii TH. M.)

2078 Praticae basis marmorea inverse posita ita, ut vv. 1—4 sub terra lateant.

AN
LVPO C V CONSV.
LARI SACRAE VRBIS
REGIONIS IIII CVR
LAVRENTVM LAVIN
VAL COMMAGENVS
PVLLAENIVS MARTIALIS
ASLIVS BENEDICTVS
AEMILIVS EVTYCIANVS
AVR · FORTVNIVS
CAESIVS · DVLCITIVS · V · V · E · S
PATRONO · DIGNISSIMO · CVRR

Recognovi descriptam a Detlefseno. Vulpi Lat. 6 p. 118 (inde Mur. 716, 2). Nibby *analisi* 2 p. 237.

Vv. 1—4 per multum tempus sub terra latentes et a me demum effossi admodum male habiti sunt, ante me eos descripsit solus Vulpius. — 1 om. Vulp. — 3 in. mihi videbatur evanuisse una littera; CONSVL|ARI Vulp., littera L cum v. 2 coniuncta. — 4 REGIONIS Vulp.; ego primam litteram et secundam evanuisse, tertiam fuisse aut C aut G in re praesenti adnotavi. — IIII ego, adnotans num fuerit IIET posse dubitari; IIIII Vulp. — 12 fin. CVR Vulp., CVRR Nibb., CVRR ego, CVRR Detl.

2079 Lavinii fragmentum novissime erutum grandioribus et perpulchris notis.

SSCVN .....
SIMIL......
LAVR.......
DS SVO PO. ....

Vulpi Lat. 6 p. 116, qui vidit.

2080 basis marmorea litteris saeculi tertii quarti Romae in hortis Iustinianeis FRIC OMNES, in museo Vaticano NIBBY. Ibi e (*Gall. lap.* mag. IV) — Rep. Laurenti ... sine auctore.

VALERIO FRVME
NTIO · V · P · PATRO
NO ET DEFSSORI
ABITATORI CIBITATIS
QVI POS MVLTVM *sic*
TEMPORIS ADDITIO
NEM DEBOTIONIS
ESNORABIT ET ITE
RABIT PROMERI
TV ~~Manifeste~~ NTIE
RVS ORDO CIBSS
QVE LAVRENTVM
L · I ·

Descripsit Henzen, recognovi ipse. G... 459, 1, Ptolemaeus sched. Sen. f. 5 ... 280, 178, Hispanus ignotus apud ... sium cod. Par. 1293 f. 152, Bianch... 348 f. 25 qui vidit a. 1715, Se... Paris. f. 95, Marini ms Vat. (unde ... vet. nov. coll. 5 p. 259 n. 3), ... Nibby *analisi* 2 p. 228, Henzen syl...

6. 7 fortasse voluit *editionem* i. e. *debitam* (immo est editio ... imperatoris ideoque cum devotion... TH. M.) — 10 tertia littera videt... unde supplevi. — 13 fortasse *Laur*...

tabula marmorea Praticae effossa anno 1867 BORM.

AVR . . .
QVINQ QVENNAL
ES · PATRONO ·
MVNIFICENTIAM · IN SE · EIVS ·

[Descr]ipsit Bormann a. 1869; ipse vidi ectypum.
[In] litteris F et L lineae transversae vix distinguuntur.

[208]2 Praticae in eadem basi inscripta in qua est n. 2074, ita ut si [n]. 2074 recta stet, haec terrae sit obversa ('in fundo eiusdem ba[se]os' FABR.).

TRANSLATA · EX · OBSCV
RO · LOCO CVRANTE
IVNIO GALLIENO V C P P
sic POTIF DEI SOLIS INVICTI
5 CVR · P · L · L

[H]aec omnia exhibet Fabretti 334, 522. Ego legi ea tantum quae dantur [lit]teris rectis; nam v. 1 totus et v. 2 paene totus fractura perierunt, [v.] 4 et 5 attriti evanuerunt. Solum v. 1 descripsit Vulpius Lat. 6 p 119 [si]c TRANSLATA EX OBSO...

2083 in latere basis n. 2075 ei qui inscriptionem principalem intuetur sinistro.

sic DOD KALEND FEBR
MARINO II ET AQVILINO COSS p. C. 286

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Fabretti 662, 69. Vulpi Lat. 6 p. 117 (inde Mur. 366, 3); Nibby *analisi* 2 p. 226 qui errore extare eam dicit in latere basis n. 2076.

2084 Praticae rep. anno 1867 fragmentum (angulus dexter superior) magnae tabulae marmoreae litteris altis m. 0,22 BORM.

MAX
VIT

Descripsit Bormann a. 1869. Acta ms.

Sic acta; v. 2 I litteram non vidit, V separatam a fragmento maiore vidit Bormann. — Litteras M·VASII F (M·V·STEI·F acta) in margine tituli insculptas novicias esse affirmat Bormann.

2085 fistula plumbea. Romae apud Belfottium, rep. Praticae.

litt. a dextr. ad sin. TIBERI · CLAVDI · CAES

Marini syll. *tubi di piombo* n. 3 (cod. Vat. 2116 p. 176).

Fistulas plumbeas repertas ad litus maris inter Praticam et Ardeam vide huius corp. vol. X, 6767—6762.

V. LANVVIVM (*Civita Lavinia*).

Lanuvium[1] sive, quae forma imperatorum temporibus magis videtur fuisse in usu, Lanivium[2] fuit ibi ubi est oppidum medio aevo Civita Indivina, bodie Civita Lavinia dictum, testibus inscriptionibus ibi repertis n. 2091. 2100. 2101. 2103. 2104. 2113; et conveniunt veterum auctorum de situ oppidi testimonia (tabula Peutingeriana in via Appia inter Ariciam et Tres Tabernas exhibet *Sublanubio*, numeri intervallorum exciderunt. Strabo 6, 3, 12 p. 232: Λανούιον [traditur Λαουίνιον], πόλις ... ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' ἧς ἐπόπτος ἥ τε θάλασσά ἐστι καὶ τὸ Ἄντιον. Appian. b. c. 2, 20: καὶ εἰσὶν ἀπὸ Ῥώμης ἐς αὐτὴν στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν). Conditum esse Lanuvium a Diomede nonnulli ex Romanis voluerunt teste Appiano (l. c. ἐς τὴν πατρίδα Λανούβιον, ἣν Διομήδη φασίν, ἀλώμενον ἐξ Ἰλίου, πρώτην ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πόλιν οἰκίσαι). In monte Albano feriis Latinis una cum reliquis veteris Latii populis sacra fecisse Lanuvinos scimus ex Livio 41, 16. In annalibus Romanorum memorantur aliquoties ut sui iuris civitas (Dionys. 6, 61. Liv. 3, 22, 7. 6, 21, 2), donec a. u. c. 416 victi a Maenio consule (Liv. 6, 13, 5 cf. cap. 12. 7: in fastis quoque Capitolinis eodem anno memorari non *Lavinates* sed *Lanuvinos* supra p. 187 conieci) civitatem Romanam acceperunt (Liv. 8, 14, 2; cf. Cic. pro Balbo 13, 31[3]). Et primum quidem videntur habuisse civitatem sine suffragio, postea autem non solum suffragium Romae habuerunt, sed etiam multi ex Lanuvinis ad honores Romae pervenerunt, ad consulatum primus L. Licinius Murena a. u. c. 692 (Cic. pro Mur. 40, 86). Tribum Lanuvinorum fuisse Maeciam coniecit Niebuhr (hist. Rom. 3 p. 164), inde quod ea tribus et addita est ad veteres paucis annis post civitatem Lanuvinis datam, scilicet a. u. c. 422, ideo ut in ea novi cives censerentur (Liv. 8, 17, 11) et nomen accepit a Maecio castro (Paulus Festi p. 136), quem locum fuisse non procul a Lanuvio videtur colligi posse ex Livio 6, 2, 2 (cf. Plut. Cam. 34; Diodor. 14, 117). Accedit ad eam coniecturam firmandam, quod infra n. 2104 magistratus aliquis Lanuvinus habet tribum Maeciam[4]). Colonia videtur dici Lanuvium in epitome Livii lib. 80, dicitur in libro coloniarum[5], sed sine dubio errore; municipium appellatur a Cicerone pro Mur. 41, 20 et a Tacito ann. 3, 48, praeterea passim in inscriptionibus. Ex vetere splendore id Lanuvium retinuit, ut etiam imperatorum aetate ordo diceretur *senatus* (n. 2097. 2098. 2100. 2101. 2104. 2113. 2120. 2121), summus magistratus *dictator* (Cic. pro Mil. 17, 45; infra n. 2097. 2116. 2121; vol. X n. 3213); praeterea ibi fuerunt aediles duo (n. 2097; *aedilis* n. 2123; *aed(ilis)* n. 2069; *aedilis municips* n. 2114. 2116. 2122; summa honoraria *pro honore aedilitatis* inlata n. 2115), fortasse etiam praetores (cf. ad n. 2117). Populus distributus erat in curias, quarum una appellabatur *curia Clodia Firma* (n. 2126), alterius fortasse mentio latet in n. 2114; curia mulierum memoratur n. 2126 cf. n. 2110. *Veteres* cur dici voluerint senatus populusque Lanuvinus in inscriptione n. 2100, non liquet. Sacerdotes fuerunt *flamen* — is certo die a dictatore prodi debebat, qui dies a. u. c. 702 fuit XII kal. Februarias (Cic. pro Mil. 10, 27. 17, 45. Asconius in Mil. p. 32 Or.) — et ab hoc fortasse non diversus *flamen Dialis* n. 2069 (minus honoratus videtur fuisse *flamen maximus* n. 2092, cf. ad n. 2116), praeterea *rex sacrorum* n. 2082; *summae honorariae sacerdotiorum* memorantur n. 2161, summa inlata *pro honore flamoni* n. 2115. Plurima Lanuvii fuisse sacrificia et fana auctor est

[1] *Lānuvium* est apud Propertium 3(4), 8, 3. 48 et Ovidium fast. 6, 60 et Silium 8, 363. 13, 364, *Lānuvinus* apud Catullum 38, 12 et Horatium carm. 3, 27, 3; pro *Lānuvinus*, quod traditur in fragmento Naeviano apud Macrobium sat. 1, 4(?), 2, 14(?), 6, *Lānuvinus* recte reposuit Lucianus Mueller de re metr. p. 252.

[2] Dialecto certe *Lanivinus* est in inscriptionibus infra n. 2091. 2101. 2103. 2111. 2115. 2121. 2133. 2129, praeterea huius corporis vol. IX, 4206—4208, Grut. 381, 1. bull. dell' inst. 1888 p. 171, denique in tesseris plumbeis apud E. Q. Visconti opere varie vol. II p. 55; *Lanuvinus* tantum vol. V, 6992. 7814, IX, 4509. *Lanivinus* in inscriptione fortasse belli Mithridatico antiquiore edita inter urbanas vol. VI n. 12804 (cf. infra not. 3), item in inscriptione infra n. 2097 scripta sub Claudio, praeterea infra n. 2122 et vol. X, 4880. — Codicum in hac re nulla est auctoritas, sed tamen placuit adnotare in codice Arceriano gromaticorum (p. 233 ed. Lachm.) esse *Lanuvium*, apud Plinium 33, 16 in cod. Bambergensi *Lanivium*. — Omnino antiquior forma vocabuli est Lanuvium, sed quae scribebatur *Lanvium*.

[3] In inscriptione Graeco-Latina Oxanium ex Graecia sine dubio vel Asia allata (Rhenae Deli eam adtribuit Michaelis *Ancient Marbles in Great-Britain* p. 301 n. 109) edita inter urbanas huius corporis vol. VI n. 12904 *Q. Arrius* ... Latine appellatur *Lanvinus*, Graece Ῥωμαῖος.

[4] Non multum sed tamen non nihil tribuendum videtur ei rei quod in sigillo plumbeo huius corporis vol. II n. 8420 satis antiquo inveniuntur duo Roscii adscripti tribui Maeciae. Roscios autem Lanuvinos cognoscimus ex Cicerone de divin. 1, 36, 79.

[5] Livius epit. 80: *Marius Antium et Ariciam et Lanuvium colonias devastavit* (rectius de eadem re Orosius 5, 19, 19 *Marius Antium et Ariciam civitates hostiliter inrupit*). Liber coloniarum p. 235 *Lanuvium muro ductum, colonia deducta a divo Iulio. Ager eius limitibus Augusteis pro parte est adsignatus militibus veteranis et pro parte virginum Vestalium lege Augustiana fuit. Sed postea imp. Hadrianus colonis suis agrum adsignari iussit.*

Cicero de fin. 2, 20, 63; sed praecipue ibi colebatur Iuno Sospes[1] Mater Regina (plenum nomen primus patefecit titulus n. 2090; *Iuno S. m. r.* est in inscriptione n. 2091, *I. S. m. r.* n. 2088. 2089. 2121 et in nummis L. Thorii Balbi infra citatis). non solum ab ipsis Lanuvinis, sed etiam a finitimis, ita ut Romani, cum a. 416 Lanuvinos devicissent, reliqua sacra eis redderent, aedem lucumque Iunonis Sospitis communem populo Romano et municipibus Lanuvinis esse vellent (Liv. 8, 14, 2). Inde explicatur, quod non solum consules Romani Iunoni Sospiti sacra facere debebant (Cic. pro Mur. 41, 90), sed quod etiam extra Lanuvium reperiuntur sacerdotes Lanuvini, sumpti ii ex primoribus equitum Romanorum nec quicquam ad municipium Lanuvinorum pertinentes (*sacerdos Lanuvinus* eques Romanus equo publico, huius corporis vol. V, 7814, *sacerdos Lanuvinus* eques Romanus, *bull. dell' Inst.* 1850 p. 171; [*sacerdos*] *Lanuvinus* vol. V n. 6992, *munitus sacerd(otio) Lanuvin(o)* splendidus eques Romanus vol. X n. 4590, *sacerdos et pontifex Lanuvinorum immunis* vel *sacerdos Lanuvinorum immunis pontifex* vol. IX, 4206. 4207. 4399 cf. 4208). Aedes Iunonis Lanuvina memoratur a Livio 24, 62, 4, qui narrat propter prodigia inde nuntiata a. u. 586 Romanos publice eo portasse donum ex auri pondo quadraginta (cf. 23, 31, 16; Obsequens p. 126, 20)[2]), et a Varrone de l. L. 5, 162, nec aliud erat templum Lanuvinum, a quo a. u. c. 713 pecuniam mutuam sumpsisse Caesarem Octavianum scribit Appianus (bell. civ. 5, 24) et cuius antiquissimas picturas memorat Plinius h. n. 35, 17[3]. Imaginem Iunonis Sospitis nummis suis insculpserunt L. Thorius Balbus (Mommsen hist. num. p. 569 n. 163), quem Lanuvinum fuisse constat (Cic. de fin. 2, 20, 63), — hic adscriptis litteris *I. S. m. r.* —, L. Papius (Mommsen l. c. p. 616 n. 252) et L. Roscius Fabatus (Mommsen l. c. p. 644 n. 295), quorum origo Lanuvina non certa est sed probabilis, cum etiam alios Papios et Roscios habeamus Lanuvinos (Ascon. in Mil. p. 53 Or. conlat. p. 32; Cic. de divin. 1, 36, 79); alii quas Lanuvinos fuisse ex his ipsis nummis iure videtur posse colligi (Mommsen l. c. p. 618 n. 253; Eckhel 5 p. 253). Ceterum Romae quoque post bellum Hannibalicum aedes Iunoni Sospiti dedicata est teste Livio 32, 30 c. Ovid. fast. 2, 55[4]). — Collegia Lanuvii, praeter collegium funeraticium a Diana et Antinoo appellatum, cuius lex scripta anno p. C. 133 super est n. 2112, memorantur *Augustales* n. 2120 et ab his vix diversi *Vlviri* (*Augustales?*) n. 2096 (*sexviratus* memoratur n. 2119), iuvenes n. 211 cf. *praefectus iuventutis* n. 2121; ad eosdem fortasse pertinent tesserae inscriptae *sodales Lanuvini* et *sacr(a) Lanu(vinorum) iuven(alia)* apud E. Q. Visconteum *opere varie* vol. II (Mediol. 1829) p. 55 et Garrucci *piombi raccolti dal card. Altieri* p. 87 cum tab. 4 n. 2. — Imperatorum aetate memoratur Lanuvium aliquoties propterea quod ibi prope nati sunt Antoninus Pius (vita Pii 1), qui imperator factus templa ibi fecit vel refecit (vita 8: *opera eius haec extant, . . . templa Lanuvinum*), et Commodus (vit. Comm. 1), qui saepius Lanuvii videtur esse moratus (vit. 6) atque etiam in amphitheatro ibi gladiatorem se ipse exhibuit (vit. 8). — *Curator rei publicae Lanuvinorum II* sub Severo Alexandro reperitur in titulo agri Tiburtini Grut. 381, 1.

Inscriptionibus Lanuvinis interposui inscriptiones extantes in oppido Genzano plerasque, ideo quod eo venisse eas ex Civita Lavinia[5] traditur vel veri simile est; nonnullas quae etiam antiquitus videntur stetisse ibi ubi est Genzano, malui adtribuere Aricinis (n. 2136 ... 2101. 2182. 2189. 2190. 2199), quamquam utrorum territorio fuerit comprehensus locus ubi est Genzano, nequaquam constat. — Ipsum oppidum Genzano in nullius veteris civitatis locum successisse neque antiquius esse saeculo p. C. XIII demonstravit Ratti *Storia di Genzano* (Romae 1797), nomen quod ei fuisse voluerunt *Cynthianum*, commenticium est (Ratti l. c. p. 15 seq.).

1) *Iunone seispitei* habet titulus n. 2090. *sispitem Iunonem, quam vulgo sospitem appellant, antiquos usurpasse* auctor est Festus p. 343. reliquis auctoribus dicitur *Iuno Sospita*, tam prosae orationis scriptoribus quam poetis (Ovid. fast. 2, 55, Sil. Ital. 13, 224).

2) Alia prodigia Lanuvio nuntiata et Romae expiata ex Livio composuit Mommsen ap. Iahn Livii periocch. p. XXII.

3) Ad idem fanum videtur pertinere fabella de dracone virginitatis exploratore relata a Propertio 5 (4), 8, 3 seq. eodemque fere modo ab Aeliano de nat. anim. 11, 16, qui tamen pro Lanuvio nominat Lavinium.

4) Haec videtur esse aedes Iunonis Sospitae restituta de senatus sententia a L. Caesare consule a. 664 (Cic. de divin. 1, 2, 4. 44, 99). Cf. Becker Topogr. p. 592.

5) Causarum eius rei praecipua haec est, quod Civita Lavinia per multa saecula feudum fuit eiusdem gentis Caesarinorum, deinde Sforzarum, cuius fuit Genzano, et quod hodie quoque cives Genzanenses plerique prope Civita Lavinia arant vel vineas habent. Adde, quod in usus quadratariorum Genzanensium — nam haec ars hodie ibi floret — ea Lanuvinis potissimum ruderibus saxa tam scripta quam non scripta petuntur.

2086 arula ex lapide Tiburtino. Civita Lavinia in vinea Salvatoris Marinucci.

DEVM · DEARVM
M · AEMILIVS ALEXSA-
DER · DEDICAVIT

Henzen, qui vidit una cum Mommseno, edidit *bull. dell' Inst.* 1848 p. 67, syll. n. 5951.

2087 basis rotunda marmorea. Rep. Civita Lavinia una cum n. 2109 FEA; una cum n. 2096 et n. 2114, quae et ipsae videntur esse Lanuvinae, exhibet VISC. Nuper inlata museo Vaticano MAR. (1803). Ibi extat (*Galleria de' Candelabri*).

EVPHRATES · AVG · LIB
PROC · OB · EFFECTA · OPE
IN HAC STATIONE ·
ANNVA CENTENA
GENIO · HVIVS LOCI
D · D

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. Par. II f. 167; Fea sched. f. 330 manu ignota; Marini *i papiri diplomatici* ind. p. XXXI, Cardinali *memorie romane* 3, 69, 17. Henzen syll. n. 6339. Errore est inter urbanas huius corporis vol. VI n. 246.

2088 tabula marmorea. Civitae Laviniae repperit a. 1729 Franciscus Fargi *nel sua cortile, mentre cavava per farvi una grotta* PROC. COM. FIC. *Nel cortile di abitazione del sig. Francesco ... spetiale sopra la fontana grande di Civita per andare a S. Lorenzo* GIORGI. Lapis postea inlatus in museum Albanum VVLP. *E nel Campidoglio* FIC. In museo Capitolino MAR. GVASCO et ...

IMP · CAES · DIVI · TRAIANI
PART · F · DIVI · NERVAE · N
TRAIANVS · HADRIANVS · AVG
PONT · MAX · TRIB · POT · $\overline{XX}$ · COS · III · P · P a. 136
I · S · M · R · STATVAM · EX · DONIS · AVREIS
ET · ARG · VETVSTATE · CORRVPTIS
FIERI · ET · CONSECRARI · IVSSIT
EX · AVRI · P · III · ET · ARG · P · CCVI ·

Descripsit Henzen. Angelus Antonius Procaccelli et Ign. Como Neapolitani miserunt hic ... (sched. XVIII, 224; d. 14 Oct. 1732, unde edidit Mur. 452, 3, ille Gorio (cod. Marucell. ...); Lupi S. Severa p. 128; Giorgi sched. Casanat.; Ficoroni misit Muratorio d. 29 Nov. ...; Vulpi Lat. 5 p. 84 (unde Mur. 147, 6, ex hoc Orelli 2503), Marini Arv. p. 228; Guasco Capitol. 87.

2089 tabula marmorea. Genzano apud Nic. Iacobinium VHDEN. Extat in aedibus Iacobi ... *Sforza 20*).

C · AGILLEIVS · C ·
MVNDVS
REX · SACR · AED
FLAMEN · DIAL ·
I · S · M · R

Descripsit Bormann. Multo ante (ante 1794) descripserat Uhden sched. Berol. ... est *bull. dell' Inst.* 1868 p. 159.

Q. Agilleium Mundum habebimus infra

istylium marmoreum ordinis Dorici rep. *nella vigna a sinistra della via alla base di Giorn nel territorio di Civita Lavigna, nel principio della via, che comincia sotto il detto, denominata delle selve vecchie*, teste ROSA (ap. Momms. huius corporis vol. I), extat ... in horto Iacobini. — Exemplum falsum incisum in tabula lapidis schisti nigricantis ...ta Romae emit Horner pictor Basileensis et intulit museo Basileensi, ubi extat: repertum ...se Romae in radicibus montis Palatini Circum versus narraverant Hornero.

Q · CAECILIVS · CN · A · Q · FLAMINI · LEIBERTVS · IVNONE · SEISPITEI
MATRI·REGINAE

...novi. Edidit primus Mommsen *bull. dell' Inst.* 1853 p. 170, mus. Rhen. (IX 1854) p. 450 (tabula) ex exemplo falso, quod genuinum esse tunc crediderat, indicato sibi a Ritschelio (opp. Ritschelii 4 p. 338), repetiverunt idem Mommsen inscr. Helv. n. 36; Ritschl P. L. M. ... XLI, app. 4 tab. XII cf. p. 335 seq. Genuinum exemplum delineavit Ritschl mus. Rhen. 14 ... in tabula adiuncta ad p. 284 seq. = opp. 4 tab. XI *B* cf. p. 335 seq., P. L. M. tab. LXII *A*, ...vit Mommsen huius corporis vol. I n. 1110. Henzen syll. n. 6659 a. Garrucci syll. n. 1462. ...xemplum falsum v. 1 in tres versus distribuit — 1 'Q. Caecilium Gnaei et Auli Caeciliorum ... Flaminii libertum esse significatur' Momms. — SI///PITEI Garrucci, male, nihil periit. ...odiculam ad quam hoc marmoreum epistylium pertinuit, qualis fuisse potest, ex ingenio deli-...vit Bruse apud Ritschelium mus. Rhen. 14 (1858) p. 296 = opp. 4 p. 352. Titulum esse ...uinum Mommsenus iam tunc affirmavit, cum exemplum antiquum lateret, qua re non spernen-...m documentum edidit, non vanam esse, ut ipsius verbis utar, hanc quam profitemur artem ...ticam epigraphicam.

2091 tabula marmorea. Effossa Lanuvii a. 1728 (al. loco a. 1729, in crypta GIORG. Lanuvii in vinea Manganoniorum VETT. CHAVPY, apud Carolum Bonellium VVLP. *Nel cortile del casino già Manganoni in Civita Lavigna, trovata nel colle detto di S. Lorenzo, ove si crede fosse l'antico tempio di Giunone sospita* VISC. Nunc Neapoli in museo

IVNÓNI · S · M · R
Q · OLIVS · PRINCEPS
REDEMPTOR · OPER
PVBLICORVM
LANIVINORVM
DA · S · D · D

Recognovi. Fr. Vettori misit Gorio d. 27 Nov. 1728 (cod. Marucell. A 63.), Giorgi sched. Casanat. bis; Vulpi Lat. 6 p. 85 (inde Mur. 1052, 6); Chaupy *maison d'Horace* 3, 379, E. Q. Visconti ms Paris. II f. 31, Nibby *viaggio* 2 p. 187 (inde Orelli 4014); Mommsen inscr. Neap. n. 6763, Fiorelli catal. mus. Neap. n. 31.

2092 basis marmorea, quae olim simulacrum sustinebat. *Da Civitá Lavinia* AM. Extat Genzano via *Garibaldi* 29.

SILVÁNO · SACR
D · GRANIVS · PAL · CELER
FLAM · MARIMVS

Descripsi anno 1882. Amati ms. Vat. manu ignota; Amatius misit Borghesio, hic Henzeno, qui edidit syll. n. 5998.

Granius Celer cum patrem non citet, videtur fuisse libertinus, ut convenit tribus Palatina.

2093 basis lapidis Albani. Civita Lavinia in vinea Dionigi nuper rep. ibique extat

TEMPESTATIBV...
M · LABERIVS · C · F
DAT

Descripsi post Tomassettium. Strutt apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1882 p. 113.

2094 parva basis MAR., ara CARD. Ex Civitate Lavinia detulit mense Mart. 1774 et Romae apud se habuit MAR. Fuit in museo Borgiae CARD.

M
...AECILIVS
TAB
LVPERCVS
S · M · I · D · D

Marini ms. Vat. 9125 f. 208 (a quo Oderico sched. Genuen. f. 15') de visu, nescio unde Cardinali *iscrizioni antiche inedite* n. 6 (inde Orelli n. 4920 et errore huius corporis vol. VI n. 165).

1 om., 2 CAECILIVS Card.

2095 *nella chiesa di Civita Lavinia.*

*a*VO · AVG
L · F · VALERIVS CATVLL CO.....
CATVLLVS PONTIF · .....

Holstenius ms. (cod. Dresd. F 193 f. 62), qui vidit.

Fortasse Valerius Catullus is cuius meminit Suetonius Gai. 36. Cf. Borghesi opp. 5 p. 528 (Th. M.)

2096 tabula marmorea litteris magnis. Legitur una cum n. 2087 et 2114 apud VISC. ms. II Romae in museo Vaticano MAR. ibique extat *Gall. lap. Aug.* II.

. . . .
DIVI AVGVST . .
*pontifici ma*XIMO COS · VI · I . . .
R R *decreto*
$\overline{\text{VI}}$ · VIRI . . .
. . OS · P · TET · TIV . . .
AYMENEVS · L · SICINIV . . .
*ludos et cenam d*VR · POPVLO · DEDERVN · R . . .

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. Par. I f. 116, II f. 167; Marini ms. Vat. 9124 f. 197.

2 quadratarius erraverit necesse est (de lectione dubitare non vetuit inspecto lapide Huelsenus), nam ex posteris divi Augusti consulatum sextum nemo gessit.

2097 tabula marmorea. In palatio Vaticano in officina sculptoris MAR. (ms.). Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap. mag.* I). — Locum non indicat VISC.

SENATVS · P · Q · LANVINVS EX · P · P
TI · CLAVDIO · CAESARI · AVG · GERMANICO · PONT · MAX · TR · POT · II a. 42
C · CAECIO · PVLCHRO · DICTATORE · P · AVTRONIO · CELSO · L · LABERIO · MARIMO · AED

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms Paris. I f. 183, II f. 149; Marini ms. Vat. 9125 f. 340, Arv. p. 224 (inde Orelli n. 3766).

1 LANIVINVS Mar. (Arv.), non recte. — 3 AEDIL Mar. — Laberius Maximus procurator Vespasiani in Iudaea (Ioseph. b. I. 7, 6, 6), praefectus annonae a. 80 (act. Arv., C. I. L. VI, 2059) huius L. Laberii Maximi potest fuisse filius.

2098 tabula marmorea fracta. Rep. ibi fere ubi n. 2112, est Civita Lavinia in aedibus Frezza RATTI. Ibi extat.

T I T*o caesari*
V A S *Vespasiano augusto*
S · P · Q · L*anuvinus*

Descripsi post Detlefsenum. Edidit Ratti act. acad. pontific. archaeol. 2 p. 440; Tomassetti apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1883 p. 346.

2099 fragmentum tabulae marmoreae Civita Lavinia rep. a. 1865 ab Anconio BENND. ACTA. Postea fuit Romae in Palatino, anno 1876 ibidem in museo Kircheriano amplificato.

H*adrian*
PONT · M*ax trib pot.*
IMP · II

Descripsimus Henzen ex ectypo quod dedit Benndorf, ego ex lapide. Exhibent acta ms. Est vol. VI n. 980 a.

2100 fragmentum tabulae marmoreae PIGH. Lanuvii SMET., Lanuvii in ecclesia PIGH.; vulgo civitas Lavini vocatur VRS.

imp. caesari
divi hadr|ANI · F
divi tr|AIANI
parth|ICI · NEP
divi NERVAE · PRONEP
*t. aeli*O · HADRIANO
ant|ONINO · AVG · PIO
pont. |MAXIMO · TRIBVN
potest|AT · II · COS · II · P · P a. 139
senat|VS · POPVLVSQVE
lan|VINVS · VETERES

Smetius ed. f. 55, 4 de visu, ut dicitur, schedula apud Panvinium cod. Vat. 6038 f. 18'; alia schedula ib. f. 133; Panvinius ipse fast. ad a. 891 Manutius orth. 378, 30; Ursinus fam. Rom. p. 185 qui vidit et descripsit (ex Ursino et Smetio Grut. 253, 6); Anonymus bibliothecae Vallicel. Q. VI, 221 l. 4' (inde Armellini *cronachetta mensuale* 1875 p. 48). Hi omnes ea tantum exhibent quae supra dedi litteris maiusculis. Eadem proponit Pighius Berol. f. 108 adiectis supplementis; quae supplementa quamquam linea a reliquis seiunguntur, tamen, cum et ipsa scripta sint litteris maioribus nec supplementa ea esse Pighius adiecerit, speciem antiquorum praebent, ita ut Begerus spicileg. antiquitatis p. 102 n. 11 tamquam a Pighio proposita ut inscriptionem integram aeri inciderit (inde et ex Ligorio per Gudium suppletur in edit. Grut. altera). Male supplevit et supplementa nullo modo ab antiquis separans ut inscriptionem integram exhibet Ligorius Neap. lib. 35 p. 198, aliter Taur. vol. 10 (inde Gotz. ms. 1505, 5), rursus aliter vol. 21.

Exhibui exemplum Anonymi Vallicelliani; vv. lectiones adscripsi Smetii Ursini Pighii. — 1 (ANI Smet. — 2 'IANI Urs. — 4 om. Pigh. — 6 pont. Urs. — 7 MAXVMO Smet. — 8 CONS (pro COS·II) Pigh. — 9 in. ES (pro VS) Smet.

Supplementa a Pighio adiecta non differunt a nostris. Ligorius et alia corrupit et v. 10 pro LANIVINVS, quod recte posuit Taur. vol. 10, in libro Neapolitano proponit LAVINVS. Quod videtur fecisse, ut firmaret opinionem, quam tunc habuit (cf. supra p. 188 adn. 1), ibi ubi est Civita Lavinia, fuisse Lavinium. Quam fraudem pluribus exagitat Ursinus l. c.

2101 rep. *in un canneto spettante al sig. C. Tommaso Truzzi sotto la proprietà del sig. Duca Cesarini nel territorio di Civita Lavinia, vicino a nuova strada consolare, cinquanta o sessanta passi in distanza dalla strada che dalla detta consolare conduce a C. Lavinia. — Andò in mano sig. Duca Cesarini. La comunità di C. Lavinia fece la supplica per averla, ma non ebbe risposta.*

IMP · CAES · L · SEPTIMIO · SEVERO · PIO · PERTINACI · AVG · ET · IMP · CAES · M · AVRELIO · ANTONINO · PIO · FELICI · AVG ·
SENAT · POPVLVSQ · LANIVINVS ·
IN · LOCVM · BALNEARVM · QVAE · PER · VETVSTATEN · IN · VSV · ESSE · DESIERANT · THERMAS · EX · QVANTITATIBVS · QVAE ·
EX · INDVLGENTIA DOMINORVN ·
NN · PRINCIPVM · HONORARIARVN · SVNMARVN · SACERDOTIORVN · ADQVISITAE · SVNT · ITEM · EX · VSVRIS ·
C KALENDARI · ANPLIATIS · LOCIS · ET · CELLIS · A · FVNDAMENTIS · EX·STRVXIT · ET · DEDICAVIT ·

Fea sched. f. 329 et 330 mano ignota (inde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1862 p. 138).

Pro AE plerumque traditur Æ. — 1 traditur SEPTIMO.

3—5 Henzenum si audis, imperatores Lanuvinis permiserant ut summas, quas sacerdotes ab ipsis quotannis vel in perpetuum creati honoris causa rei publicae intulerant, in extructione operis publici erogarent. Sed ad hanc rem neque opus erat permissu imperatorum (nam quod ille distinguit inter magistratuum et sacerdotum summas honorarias, de illis liberum arbitrium fuisse rei publicae, has sacras tantum esse dictitans, id novum est et inauditum et vix credi potest), neque apte dici poterat *quantitates* illas ex indulgentia imperatorum reipublicae acquisitas; erant enim rei publicae etiam ante permissum imperatorum. Rectius *summae honorariae* (v. 5) eae intelleguntur, quas ipsi imperatores cum honoris causa sacerdotiis apud Lanuvinos fungerentur, solitis sine dubio multo amphores rei publicae Lanuvinorum intulerunt. *indulgentia* cum sit *ex permissu*, ea formula de mera donatione usurpari non potest. Immo cum antea Lanuvii sacerdotes pro introitu solvissent pecuniam aut summam minorem, permissu imperatorum res publica eam numerationem aut instituit aut auxit. TH. M. — 6 *centenaris.*

2102 fragmenta marmorea opistographa crassa m. 0,025, Civita Lavinia effossa ab Eduardo Anconi anno 1865.



Descripsit Henzen ex ectypo chartaceo subministrato a Benndorfio.

Videtur spectare ad M. Aurelium Caesarem. — In parte aversa litteras fragmenti primi differre a reliquis notat Henzen.

2103 fragmentum tabulae marmoreae supra integrae. Civita Lavinia re *di Pietro, sta in casa Trombetta* TO in curia.

PONT · MA*x*
*senatus populus*Q · LANIVIN*us*
IO · ATTICO ·

Recognovi descriptam accuratissime settio. Strutt apud Fiorellium *scavi* 1881 p. 294.

3 significantur fortasse Ti. Cla C. Bellicus Torquatus consules a.

basis marmorea. Lanuvii in templo SMET. (ms.), in palatio SMET. (ed.), *nel palazzo de arini* LIG. (Taur. secundum Gudium), *al palazzo* ANONYMVS PANVINII. *Murato nel cantone principio del palazzo de' duchi Cesarini nella piazza grande della terra di Civita Lavinia* ORGI. *In Civita Lavinia incastrata nel muro in faccia della chiesa maggiore* REGGI. Ibi at — S. i. SAR. Ibidem (Lanuvii?) in atrio (divi Blasii) ALC.

T · A V R E L I O
A V O · L I B
A P H R O D I S I O
P R O C · A V G
A R A T I O N I B V S
E · P · Q · L
OEDIC · Q · VARINIO · Q · F
MAEC · LAEVIANO · AED

Recognovi descriptam a Detlefseno et ab aliis. Habent P. Sabinus Ott. f. 111'; Alciatus Fean f. 182; cod. Marucell. A 79, 1 f. 53' manu aliena adscriptam; Pighius cod. Berol. f. 148; Smetius ms. Neap. p. 148 (inde Manutius orth. 495, 4) non sine mendis, melius ed. 72, 5 (inde Grut. 371, 2 qui laudat etiam Ursinum), ubi dicit habuisse se a Pighio; Anonymus bibl. Vallicell. Q VI, 221 f. 2; Ligorius ms. Neap. lib. 38 p. 190 (inde Panvinius Vat. 5035 f. 114; ex hoc Donius 78 (ex sched. Vat.); ex Donio rursus Donati 247, 3) interpolatam, Taur. vol. 10 ab interpolationibus et mendis immunem; Anonymus apud Panvinium Vat. 5035 f. 102; alia scheda eiusdem ib. f. 119, Cassianus a Puteo, ut videtur, cod. Berol. A 51 m f. 183; Suaresius ms. lib. 38, 180; Holstenius epist. ed. Boissonade p. 159, Kircher Lat. p. 53 ex epistula Valentini Stebaeri medici; Ricchi *uomini illustri* p. 148; Vulpi Lat. 5 p. 24, Giorgi sched. Casanat.; Nardi ad Calogerà *raccolta* t. 22 (1740) p. 235; Reggi inter Mariniana biblioth. Vatic.; Zoega ms. 308', E. Q. Visconti ms. Paris. II f. 22'; Fea sched. f. 58 mano Mariottii; Nibby *anal.* 2 182, Marocco 8 p. 105.

105 Civita Lavinia rep. anno 1828 *sotto il casino Dionigi dal canto rivolto ad oriente nel oliveto* NIBBY. Periit vel latet.

A · CASTRICIVE · MYRIO
TALENTI · F · TR · MIL · PRAEF · EQ
ET · CLASSIS · MAG · COLLEG
LVPERCOR · ET · CAPITOLINOR
ET · MERCVRIAL · ET · PAGA
NOR · AVENTIN · XXVIVIR
. . . . . . MONI · PER · PLVRES
. . . . . I · SORTITIONIBVS
. . . . DIS · ADEMPTIS

Amati ms. Vat. 8752 f. 50, qui videtur accepisse a dominis lapidis, Borghesi *bull. dell' Inst.* 1842 p. 184 (inde Henzen n. 8015) ab Amatio; aliunde Nibby *analisi* 2 p. 177.

1 T longam in ET dedi ex Amatio ms. — 5 PA..A.. Nibby. — 8 I litteram ante SORTITIONIBVS habet solus Amati ms. — 9 . . .DIS Nibby, . . .IS Amat.

Aevi est Augustei, ut reliquae inscriptiones ubi memorentur vigintisexviri, cf. Mommsen C. I. L. I p. 188, *Staatsrecht* 2[2] p. 578 n. 1.

2106 Lanuvii.

TORQVITVS
HESPERI AVG LIB PROC

Descripsit Mommsen.
1 videtur fuisse TORQVISVS.

2107 cippus marmoreus valde detritus. Civita Lavinia in foro ARACH.; adhuc in platea publica prope orientalem oppidi portam. — In Castro Gandulfi MVR. errore.

C · MESSIO · C · F · DONATO
IVNIANO CONSVLI
PROCONSVLI SICILI
AE PROVINCIAE · PR ·
AEDILI QuaesTORI · SI
CILIAE PROVINCIAE
CVRAtori CIVITATIVM
VNIVERSarum PRO
VINCIAE ///AE LEG · AVG
PR · PR ORCILIC ·
. . . . . . FSL
. . . . . . ERGA · FIL ·

Descripsimus Mommsen Henzen Detlefsen ipse. Valentinus Stebaerus medicus apud Kircherum Lat. p. 54 (inde Mur. 384, 2 falso laudans schedas suas); Vulpi Lat. 5 p. 27 (inde Mur. 434, 4; Nibby *anal.* 2 p. 181), Marini, qui vidit, Arv. p. 735, Henzen syll. 8508.

Dedi ut excepi; varias lectiones adposui Marinii et Mommseni. — 2 ANIANO, 5 QVAESTORI Mar. — 7 CVRATORI Momms., CVRATORI Mar. — CIVITATIVM Momms., LAVINATIVM Mar. — 8 VNIVERSARVM Momms., . . .V. . .M Mar. — 8. 9 PRO VINCIAE *siciliae* Momms., PRO|. . .AE Mar. — 10 PC- ///ORIC·L Momms., ...CILIC Mar. — 11 // ///MERITE Momms., om. Mar. — Post v. 11 tres versus deesse dixit Momms.; mihi potius spatium unius fere versus (non trium) consulto vacuum relictum esse videbatur.

2108 tabula marmorea. Cynthiani FABR., apud Gentianum MALV., Genzano BIANCH. Ab hortis ducis Cesarini prope Lanuvium translata in hortos Capuccinorum Cynthiani GIORG. *Al convento de' PP. Capuccini vicino a Genzano incassato dentro un muro vicino al pozzo* STOSCH. Ibi adhuc.

CN · RICINIO · CN · F · PVP · PERSAE · SCR
TR · MIL · AVONCVLO
POMPONIAE · L · F · RVFAE · MATRI
THORIAE · A · F · AVIAE
L · ALBIVS · L · F · FAB · RVFVS · SCR · AED
QVINTIAE · L · F · RVFAE · VXORI

Recognovi. Legitur in cod. Barb. 29, 148 scripta manu fortasse Suaresii; Fabretti 286, 223 (ex schedis Fabrettanis) Malvasia 354, qui praeterea laudat Aeschinardum, Bianchini sched. Veron. 347 f. 107 (ex schedis Bianchinis Maffei mus. Ver. 310, 7), qui vidit a. 1709; Gori cod. Marucell. A 6 ex schedis Philippi Stosch qui descripserat mense Ian. 1726, ex eisdem schedis Donati 222, 8; Giorgi sched. Casanat., Vulpi Lat. 5 p. 118; Lupi Vat. 9143 f. 7' a Lesleo; Fea sched. f. 58 manu Mariottii (1762); Lucidi *memorie dell' Ariccia* p. 148; Uhden sched. Berol. (n. circiter 1792). Marini Vat. 9120 f. 298' manu ignota; Leo Nardoni descripsit.

4 Thorios fuisse Lanuvii scimus etiam ex Cicerone de fin. 2, 20, 63 (cf. supra p. 192).

2109 tabula marmorea. Rep. Civita Lavinia una cum n. 2087 et 2101 FEA. Nuper Genzani rep. BORGH. Genzani rep., inde Romae apud Truzzium HENZ. Postea fuit apud Sartium, nunc est in museo Capitolino inter lapides Sartianos.

A · TERENTIO · A · F · VARR
MVRENAE
PTOLEMAIEI · CYRENENS
PATRONO
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝ
ΠΤΟΛΛΑΝΝΩΝΟΣ ΤΟΥ ΑΠΕΛΛΑ
ΣΙΜΩΝΟΣ ΤΟΥ ΣΙΜΩΝΟΣ

Descripsit Bormann, recognovi ipse. Fea sched. f. 329' manu ignota; Borghesi in epistula data d. 2 Dec. 1844 (cf. opp. 7 p. 428), Henzen, qui vidit, *bull. dell' Inst.* 1848 p. 75, syll. n. 5311.

Varronem Murenam consulem a. u. c. 731 (cf. vol. I p. 450 ad a. 731, vol. VI n. 1324) putat Henzen, patrem huius (Cic. fam. 15, 12, 6; Caes. b. c. 3, 19) Borghesius.

10 tabula marmorea. Civita Lavinia effossa ab Ugonio.

pro FRC · VEHICV*lorum*
donis DONATI · BELLO · BR*itannico*
LANIVINI · ET · DIC*tatoris*
*ex pe*CVNIA · REPE*tit*
BVS · ET · MVLIE*r*

...psit Helbig anno 1889, recognovit Bormann.

...thes videtur esse dedicatus ab uxore eius cuius honores enumerantur ...3. — 3 fuit fortasse [*aedilis municipi*] *Lanuvini*: cf. n. 2114. 2122. — 5 significatur fortasse curia mulierum (n. 2120, 13).

2111 fragmentum tabulae marmoreae. Genzano rep. *nell' orto annesso alla chiesa di S. Sebastiano* ibique exstat NARD.

T · MV . . . . . .
TR · MILIT . . . .
PR · MV . . . . . .
. . . .
. . . . . .

Nardoni ms.

2112 tabula marmorea alta m. 0,90 lata m. 1,65 crassa cm. $1^1/_2$; litterae in praescriptione altae sunt cm. 3,5. in ipso titulo primum cm. 2 deinde declinant ad cm. 1. *In un terreno dei signori Frezza possidenti di Civitalavinia alla distanza di questo castello un mezzo miglio circa verso levante si scoprirono casualmente al cadere dell' anno 1816 nel farsi i lavori campestri, molti pezzi di antico marmo, quali diligentemente riuniti presentarono una lunga iscrizione* RATTI. Ex minutis his frustulis numero plus quinquaginta tabula in integrum poene restituta collocata est Civita Lavinia in aedibus Frezza, ubi hodie quoque extat. — Praeterea de loco ubi prodiit, haec habet RATTI: *Il luogo, dove fu rinvenuta ...*

a. 136 *l. ceionio* · COMMODO SEX · VETVLENO · CIVICA
pompeiano · *cos* · ... *in* TEMPLO · ANTINOI · IN · QVO · L · CAESENNIVS · RVFVS
patronus · MVNICIPI · CONVENTVM HABERI IVSSERAT · PER · L · POMPEI
VM · Q · Q · CVLTORVM · DIANAE · ET · ANTINOI · POLLICITVS · EST
TVRVM EIS EX LIBERALITATE SVA · HS · XV · M · N · VSVR
ex quibus · *idibus* · DIANAE · IDIB · AVG · HS · CCCC · N · ET · DIE NATALIS ANTINOI · V
dari HS CCCC · N · ET · PRAECEPIT · LEGEM · AB IPSIS CONSTITVTAM · SVB TE
trastylo antinoi · PARTE · INTERIORI · PERSCRIBI · IN · VERBA · INFRA SCRIPTA
a. 133 *m. antonio hibero* · P · MVMMIO · SISENNA · COS · KAL · IAN · COLLEGIVM · SALVTARE DIANAE
ET · ANTINOI · CONSTITVTVM · L · CAESENNIO · L · F · QVIR · RVFO · DICT · III · IDEMQ
KAPVT · EX · S · C · P · R
*quibus coire co*NVENIRE · COLLEGIVMQ · HABERE LICEAT · QVI · STIPEM · MENSTRVAM CONFERRE
*volen*T *in fune*RA · IN · IT · COLLEGIVM COEANT · NEQ · SVB SPECIE EIVS COLLEGI · NISI SEMEL IN
*mense c*OEANT *co*NFERENDI · CAVSA · VNDE DEFVNCTI · SEPELIANTVR
*quod faustum fe*LIX · SALVTAREQ · SIT · IMP · CAESARI · TRAIANO · HADRIANO · AVG · TOTIVS
*domus aug. nobis n*OSTRIS · COLLEGIOQ · NOSTRO ET BENE ADQVE · INDVSTRIE · CONTRAXERIMVS
*VT EXITVS DEFVNCTORV*M · HONESTE PROSEQVAMVR · ITAQ · BENE CONFERENDO VNIVERSI CONSENTIRE
DEBEMVS · VT *longo d*VRARE · TEMPORE · INVETERASCERE · POSSIMVS · TV · QVI · NOVVS IN HOC COLLEGIVM
INTRARE VOLES · *prius* LEGEM PERLEGE ET · SIC · INTRA · NE POSTMODVM · QVERARIS · AVT · HEREDI
CONTROVERSIAM · RELINQVAS LEX · COLLEGI
*plac*VIT · VNIVERSIS · VT · QVISQVIS · IN HOC · COLLEGIVM · INTRARE VOLVERIT · DABIT KAPITVLARI · NOMINE
HS · C · N · ET · *vi*NI · BONI · AMPHORAM ITEM · IN · MENSES SING · A · V · ITEM · PLACVIT VT QVISQVIS
CONTIN*uis* · NON · PARIAVERIT ET · EI HVMANITVS · ACCIDERIT EIVS RATIO FVNERIS NON HABEBITVR
ETIAM SI *tes*TAMENTVM · FACTVM HABVERIT ITEM · PLACVIT QVISQVIS · EX · HOC
RE N · PARIATVS DECESSERIT EVM SEQVENTVR · EX ARCA HS CCC N EX QVA SVMMA DECERNENTVR
QVIARI · NOMINE · HS L · N QVI AD ROGVM DIVIDENTVR EXEQVIAE AVTEM PEDIBVS FVNGENTVR
ITEM PLACVIT QVISQVIS A MVNICIPIO VLTRA MILLIARE XX DECESSERIT ET NVNTIATVM FVERIT EO EXIRE DE
ELECTI · EX CORPORE N · HOMINES TRES QVI FVNERIS EIVS CVRAM AGANT ET RATIONEM POPVLO REDDERE
SINE DOLO MALO · ET · SI QVIT IN EIS FRAVDIS CAVSA · INVENTVM FVERIT EIS MVLTA ESTO QVADRVPL
IVS DABITVR · HOC · AMPLIVS · VIATICI NOMINE VLTRO · CITRO · SING · HS XX · N · QVOD S
VRA MILL · XX · DECESSERIT · ET NVNTIARI · NON POTVERIT · TVM IS · QVI · EVM FVNERAVERIT
*tabel*LIS SIGNATIS · SIGILLIS CIVIVM ROMANOR · VII · ET PROBATA CAVSA · FVNERATICIVM
*ampli*VS NEMINEM PETITVRVM · DEDVCTIS · COMMODIS · ET · EXEQVIARIO · S LEGE C
*a co*LLEGIO DOLVS · MALVS · ABESTO · NEQVE · PATRONO · NEQVE · PATRONAE NEQVE

Primus descripsit Nic. Ratti et edidit in actis academiae pontif. archaeologicae vol. II (1825) p. 462 cum commentario p. 437—461 in conventu sociorum academiae d. 18 Mart. 1824. Inde repetiverunt Cl. Cardinali *diplomi militari* n. 310 ad p. 254 et Mommsen in tabula ad librum inscriptum 'De collegiis et sodaliciis Romanorum' (Kiliae 1843. 8°.). — Post Rattium tabulam examinaverunt a. 1847 Henzenus et Mommsenus, quorum hic de eis quae in re praesenti enotaverat rettulit in ephemeride *Zeitschrift für gesch. Rechtswissenschaft* vol. 15

Rattius non magis integram vidit quam ego; contra Mommsenus et Henzenus anno 1847 fragmenta nonnulla cum reliquis non coniuncta ... quae nec Rattius viderat neque ego nuper data opera inquirens in aedibus Frezza repperi. Pertinent ex his fragmentis alia ad col. I v. ubi ea vides distincta litteris inclinatis; alia quo pertinuerint, ipsi Henzenus et Mommsenus non definiverunt; sunt autem haec.

a — ...

b — A · COX / B E I S C

c — LEI

Fragmentum *a* superesse ex praescriptione adnotavit Mommsen, motus sine dubio magnitudine litterarum; hoc si verum est, pertinuit ad ... vel ad AN litteras in POMPEIANO. — Fragmentum *b* si re vera ad hanc inscriptionem pertinuit, nullo alio loco potest stetisse nisi col. I.

ste il marmo, è una camera appartenuta già ad un pubblico bagno, non facendone dubitare i tubi di terra cotta pur ivi rinvenuti, ai quali ›mmunicavasi il calore da un vicino forno in parte ancora esistente. Sussistono non meno considerabili avanzi de' muri di quella camera; e che a uno di essi fosse incastrata la lapida, è egualmente certo, essendosi ritrovate nella stessa circostanza le due spranghe di ferro con i loro chiodi, he alla medesima tenevanla assicurata; cosicchè vedesi chiaro, che col rovinare della muraglia cadde la lapida e ne seguì allora il di lei prassamento.

I · P E L A N O · C O S · A · D · V · I D V S · I V N
¿VE DOMINAE NEQVE CREDITORI · ER · HOC · COLLEGIO · VLLA · PETITIO ESTO NISI · SI QVIS · TESTAMENTO · HERES
RINA[.]V ERIT · SI QVIR · INTEETATVS · DECEBSERIT · IS · ARBITRIO · QVINQ · ET · POPVLI · FVNERABITVR
.ACVIT · Qui&QVIS · EX · HOC · COLLEGIO SERVVS · DEFVNCTVS · FVERIT ET CORPVS EIVS · A · DOMINO · DOMINA[.]
QVITATAE · EEPVLTVRAE · DATVM · NON FVERIT · NEQVE TAESLLAS · FECERIT · EI FVNVS · IMAGina
/M · FIET ꝛ ITEM · PLACVIT · QVIEQVIS EX QVACVMQVE CAVSA · MORTEM · SIBI ADRCIVER[.]
VS · RATIO · FVNERIS · NON · HAEEBITVR
PLACVIT · VT · QVISQVIS · SERVVS · EX · HOC · COLLEGIO LIBER · FACTVS · FVERIT IR · DARE DEBEBIT VINI bo
I · AMPHORAM ꝛ ITEM · PLACVIT QVIEQVIE · MAGISTER · SVO · ANNO · ERIT · EX · ORDINE · A[.]
) CENAN · FACIENDAN · ET · NON · OBSERVAVERIT · NEQVE · FECERIT · IS · ARCAE · INFERET HS RRR N
ISEQVENS · EIVS DARE DEBEBIT · ET · IS · EIVS · LOCO · RESTITVERE · DEBEEIT
) · CENARVM · VIII ID MAR · NATALI · CAEEENNI · [ ] · PATRIS · V · K · DEC · NAT · ANTinoi
OIS · AVG · NATALI · DIANAE · ET · COLLEGI · XIII · K · SEPT · NAtal caesENNI · RILVANI · FRATRIS · PR · N
IATALI · CORNELIAS · PROCVLAE · MATRIS XIX · X · IAN NAtal caeSENNI · RVFI · PATR · MVNIC

STRI · CENARVM · ER · ORDINE · ALBI · FACTI · QVOD ORDINE · HOMINES · QVATERNI · PONERE DEBEbunt
VINI · BONI · AMPHORAS · RINGVLAS · ET · PANES · A · II QVI · NVMERVS COLLEGI FVERIT ET SARDAE · Nu
NERO QVATTVOR · STRATIONEM CALDAM CVM MINISTERIO
· PLACVIT · VT · QVISQVIR · QVINQVENNALIS · IN · HOC COLLEGIO · FACTVS FVERIT · IS · A · SIGILLIS · EIVS · TEMPORIS
QVO QVINQVENNALIS · ERIT · IMMVNIR · ESSE · DEBEBIT · ET · EI · EX · OMNIBVS · DIVISIONIBVS PARTES · DVPLas
DARI · ITEM · SCRIBAE · ET · VIATORI · A · SIGILLIS · VACANTIBVS · PARTES · EX · OMNI · DIVISIONE RESQVIPlas
EARI · PLACVIT
I · PLACVIT · VT · QVISQVIS · QVINQVENNALITATEM · GESSERIT · INTEGRE · EI · OB HONOREM · PARTES · SEsqui
PLAS · EX OMNI · RE DARI · VT · ET · RELIQVI · RECTE · FACIENDO · IDEM · SPERENT
I · PLACVIT · SI QVIR · QVID QVERI · AVT · REFERRE · VOLET · IN CONVENTV · REFERAT · VT · QVIETI · ET
HILARES · DIEBVS SOLLEMNIBVS · EPVLEMVR
4 PLACVIT · VT · QVISQVIS · SEDITIONIS · CAVSA · DE · LOCO IN ALIVM · LOCVM TRANSIERIT EI · MVLTA · ES
TO HS IIII · N ꝛ SI QVIS AVTEM IN OBPROBRIVM · ALTER · ALTERIVS · DIXERIT · AVT TVmul
TVATVS · FVERIT · EI · MVLTA ESTO · HS · XII N · ꝛ SI QVIS QVINQVENNALI · INTER EPVlas
OBPROBRIVM · AVT · QVID · CONTVMELIOSE DIXERIT EI · MVLTA · ESTO · HS · XX N
8 PLACVIT · VT · QVINQVENNALIS · SVI · CVIVSQVE TEMPORIS · DIEBVS SOLLEMNibus ture
ET · VINO · SVPPLICET · ET · CETERIS · OFFICIIS · ALBATVS · FVNGATVR · ET · DIEbus natalibus
DIANAE · ET · ANTINOI OLEVM · COLLEGIO · IN · BALINIO · PVBLICO · PONat antequam
EPVLENTVR

p. 357 seq., Henzenus totam inscriptionem denuo edidit in supplemento sylloges Orellianae n. 6086. Hoc exemplum repetiverunt Wilmanns ex. inscr. n. 319 et Bruns fontes iuris ed. 4 p. 216. — Denuo ego a. 1878 iterumque a. 1882 totam inscriptionem attente perlegi.

sed ne huic quidem loco aptum est; videturque potius hoc fragmentum, cui idoneum locum in inscriptione Henzenus et Mommsenus coram non invenerunt, ab ea esse separandum.

Adscripsi varias lectiones priorum potiores. In praescriptione VETVLENO priores, male. — I, 7 INFERIORI Card., errore. — 11—16 quae inclinatis expressa sunt, debentur Mommseno (*Zeitschr. f. Rechtsw.* l. c. p. 358. 361) et Henzeno. — 12 IT] II Ratti. — 17—21 ea, quae supplevimus, exhibet Ratti tamquam viderit. — 19 LEX priores omnes. — 22 ante NON quae fuit littera, est a fuit, unde neglegenter Rattius edidit CONTINENTER, aut X, videtur fuisse in lapide CONTINVIS·SEX vel CONTINVIE·R. — 23. 24 paucas litteras a nobis suppletas tamquam sibi visas exhibet Ratti. — 24 CCC] CCCC Ratti, male; correxerunt Mommsen (*Zeitschr. f. Rechtsw.* l. c. p. 362) et Henzen. — 25 L] I Ratti, male. — 28 MALO Ratti — 29 in. duodecim circiter litterae perierunt; totidem in vv. 30 seq. — 31 in. ....IS Ratti, unde Mommsenus suppleverat *tabulis*; non recte autem Henzenus vestigia litterae quae extat ante IS obstare ei supplemento putavit; immo est in lapide LIS. — 32 in. VS potius lapis quam, quod dedit Henzen, ...IS. — COLEGI Henz., non recte. — II, 1. 2 ut integros exhibet Ratti. — 14 inter QV et O duae vel, ut plurimum, tres litterae perierunt. — 17 IS om. Ratti. — 23 REFERANT priores, male. — 26. 28 OBBROBRIVM Henz., non recte.

Ad interpretationem legis post Mommseum (de collegiis et sodaliciis p. 92—115), cuius sunt supplementa pleraque, nonnulla contulit Max Cohn *zum röm. Vereinsrecht* (Berl. 1873) p. 101 seq. 139 seq.

[L. Ceionio] Commodo Sex. Vettuleno Civica Pompeiano cos. a. d. V. Idus Iun(ias)

I, 1. 2 *[Lanuvii[1]) in] templo Antinoi, in quo L. Caesennius Rufus | [patro-*
3 *nus[2]) municipi conventum haberi iusserat per L. Pompeium | ...um, q(uin)q(uennalem) cultorum Dianae et Antinoi, pollicitus est se |*
4 *[conlaturum[3]] eis ex liberalitate sua (sestertium quindecim) m(ilium)*
5 *n(ummum) unum, die | [natal]is Dianae idib(us) Aug(ustis) sestertios*
6 *quadringenos) n(ummos), et die natalis Antinoi, V k(alendas) | [De-c(embres)], (sestertios quadringenos) n(ummos); et praecepit legem ab*
7 *ipsis constitutam sub tetra[stylo A]ntinoi parte interiori perscribi in verba infra scripta: |*
8 *[M. Antonio Hibero P. Mummio Sisenna cos. kal(endis) Ian(uariis)*
9 *collegium salutare Dianae | ....[4]) et Antinoi constitutum, L. Caesennio*
10 *L. f. Quir. Rufo dict(atore tertium) idemq(ue) patr(ono). | Kaput*
11 *ex s(enatus) c(onsulto) p(opuli) R(omani): | Quibus coire convenire*
12 *collegiumq(ue) habere liceat. Qui stipem menstruam conferre vo[len]t in fun]era, in it collegium coeant, neq(ue) sub specie eius collegi nisi*
13 *semel in men[se c]oeant co[n]ferendi causa, unde defuncti sepeliantur. |*
14 *[Quod faust]um fe[lix salutareque sit imp. Caesari Traiano Hadriano*
15 *Aug(usto), totiusque | [domus [scr. totique domui] [Aug.], nobis, [n]ostris collegioq(ue) nostro, et bene adque industrie contraxerimus,*
16 *ut | [e]xitus d[efu]nctorum honeste prosequamur! Itaq(ue) bene con-*
17 *ferendo universi consentire | debemus, u[t long]o tempore invetereseere possimus.*
18 *Tu qui novos in hoc collegio | intrare voles, p[r]ius legem perlege*
19 *et sic intra, ne postmodum queraris aut heredi tuo | controver[si]am relinquas.*

Lex collegi. |

20 *[Plac]uit universis, ut, quisquis in hoc collegium intrare voluerit,*
21 *dabit kapitulari nomine | (sestertios centum) n(ummos) et vi[ni] boni amphoram, item in menses sing(ulos) a(sses quinos).*
22 *Item placuit, ut quisquis mensib(us) | continuis se[x?] non pariaverit et ei humanitus acciderit, eius ratio funeris non habebitur,*
23 *etiamsi [tes]tamentum factum habuerit.*
24 *Item placuit: quisquis ex hoc corpo[re n(ostro) pariatu[s] decesserit, eum sequentur ex arca (sestertii trecenti) n(ummi), ex qua*
25 *summa decedent exe[quiari nomine HS (quinquaginta) n(ummi), qui ad rogus dividentur, exequiae autem pedibus fungentur. |*
26 *Item placuit: quisquis a municipio ultra milliar(ium vicesimum)*
27 *decesserit, et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt | electi ex corpore n(ostro) homines tres, qui funeris eius curam agant, et rationem*
28 *populo reddere debebunt | sine dolo m[alo]; et si quit in eis fraudis*
29 *causa inventum fuerit, eis multa esto quadruplum. Quibus | [funeraticium][5]) eius dabitur, hoc amplius viatici nomine ultro citro sing(ulis)*
30 *HS (viceni) n(ummi). Quodsi longius | [a municipio su]pra mill(iarium vicesimum] decesserit et nuntiari non potuerit, tum is qui eum fune-*
31 *raverit, testo[c]or rem tabulis signatis sigillis civium Romanor(um*
32 *septem), et probata causa funeraticium suum, sa[t]is dato amplius*
33 *neminem petiturum, deductis commodis et exequiario, e lege collegi dari [ei debebit].*

[A n(ostro) co]llegio dolus malus abesto. Neque patrono neque
II, 1 *patronae neque d[omino] | neque dominae neque creditori ex hoc*
2 *collegio ulla petitio esto, nisi si quis testamento heres | nominatus erit. Si quis intestatus decesserit, is arbitrio quinq(uennalis) et populi funerabitur. |*
3 *Item placuit: q[ui]squis ex hoc collegio servus defunctus fuerit et*
4 *corpus eius a domino dominave] | iniquitatae [scr. iniquitate] sepulturae datum non fuerit neque tabellas fecerit, ei funus imagina-*
5 *rium fiet.*

Item placuit: quisquis ex quacumque causa mortem sibi adscive
6 *ri[t] |, eius ratio funeris non habebitur. |*
7 *Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio liber factus fuerit,*
8 *is dare debebit vini [bo]ni amphoram.*

Item placuit: quisquis magister suo anno erit ex ordine albi
9 *ad cenam faciendam, et non observaverit neque fecerit, is arcae in*
10 *feret HS (triginta) n(ummos); | insequens eius dare debebit, et is eius loco restituere debebit. |*
11 *Ordo cenarum: VIII id(us) Mar(tias) natali Caesenni ..... patris*
12 *V kal(endas) Dec(embres) nat(ali) Ant[inoi]. | Idib(us) Aug(ustis) natali Dianae et collegi. XIII k(alendas) Sept(embres) nat(ali)*
13 *Cae[s]enni Silvani fratris. Pr(idie) nonas ...] | natali Corneliae Proculae matris. XIX k(alendas) Ian(uarias) natal(i) Cae[s]enni Rufi patr(oni) munic[ipi]. |*
14 *Magistri cenarum ex ordine albi facti qu[oqu]o ordine homines qua-*
15 *terni [immo quaternos] ponere debeb[unt] |; vini boni amphoras singulas et panes a(ssium duorum) qui numerus collegi fuerit, et*
16 *sardas nu[mero quattuor, strationem, caldam cum ministerio. |*
17 *Item placuit, ut quisquis quinquennalis in hoc collegio factus*
18 *fuerit, is a sigillis eius temporis |, quo quinquennalis erit, immunis*
19 *esse debebit, et ei ex omnibus divisionibus partes duplas] | dari.*

Item scribae et viatori a sigillis vacantibus partes ex omni di-
20 *visione sesquiplas] | dari placuit. |*
21 *Item placuit, ut quisquis quinquennalitatem gesserit integre, ei ob*
22 *honorem partes se[squi]plas ex omni re dari, ut et reliqui recte facienda idem sperent. |*
23 *Item placuit, si quis quid queri aut referre volet, in conventu*
24 *referat, ut quieti et | hilares diebus sollemnibus epulemur. |*
25 *Item placuit, ut quisquis seditionis causa de loco in alium locum*
26 *transierit, ei multa es[to HS (quattuor) n(ummum). — Si quis autem in*
27 *obprobrium alter alterius dixerit aut tumul[tuatus fuerit, ei multa esto*
28 *HS (duodecim) n(ummum). — Si quis quinquennali inter epul[as obprobrium aut quid contumeliose dixerit, multa esto HS (viginti) n(ummum).*
29 *Item placuit, ut quinquennalis sui cuiusque temporis diebus sol-*
30 *lemn[ibus ture] | et vino supplicet et ceteris officiis albatus fungatur.*
31 *et diebus natalibus] | Dianae et Antinoi oleum collegio in balineo*
32 *publico pon[at antequam] | epulentur.*

1) *Lanuvii in municipio* supplevit Mommsen, sed spatium non sufficit
2) [*dict. III et patronu*]*s* supplevit Mommsen ex v. 9.
3) [*in annum daturum* supplevit Mommsen, quo supplemento spatium videtur aliquantum excedi, praeterea *se in annum daturum sestertium tot milium unum* parum apte dicitur pro *se daturum sestertium tot milium usuras annuas*. — Usurae computantur quincunces cum unciae triente (5 1/3 %), [qui adiectus est ut summae rotundae efficerentur.
4) Periit fortasse agnomen Dianae.
5) Supplevit Henzen, aliter Mommsenus, deceptus lectionibus Ratti hic et supra v. 25.

2113 basis marmorea. Lavinae quae nunc dicitur Civita Indivina LIL. IVC. In platea Lavinae civitatis ALC. f. 67'. Lanuvii ante templum PIGH. SMET., *in piaza* ANONYMVS Vat. 6035 f. 125. In pariete capellae S. Antonii de Padua versus plateam Civitatis Laviniae SVAR. *Murata nelle mura laterali della chiesa parrochiale di Civita Lavinia, a mano sinistra vicino al campanile* GIORGI. Ibi extat. — S. l. SAB. MARVC. PANV. (Rom.). Eodem in loco (i. e. Romae) RED. Romae FERRAR. Ibidem, i. e. in S. Salvatore de Cupellis MAZ. In aede divorum Petri et Marcellini BEMB., similiter ALC. f. 112.

M · AVREL · AVG · LIB
AGILIO · SEPTENTRIO
NI · PANTOMIMO · SVI ·
TEMPORIS · PRIMO · SACERDO
TI · SYNHODI · APOLLINIS · PA
RASITO ALVMNO · FAVSTINAE
AVG PRODVCTO · AB · IMP · M ·
AVREL · COMMODO · ANTONI
NO · PIO · FELICE · AVGVSTO
ORNAMENTIS DECVRIONAT
DECRETO · ORDINIS · EXORNATO
ET · ALLECTO · INTER · IVVENES
S · P · Q · LANIVINVS

in latere:

IDVS · COMMODAS
ELIANO COS

Descripsi post Detlefsenum Lorentzenum alios. Habent P. Sabinus Ott. f. 111'; codex Redianus f. 32'. 34; Ferrarinus Par. f. 120, Reg. f. 6'; codex Marucellianus A 79, 1 f. 63' aliena manu adscriptam; Lilius Helmst. f. 26; Iucundus Ver. f. 161, Magl. f. 104'; Alciatus Fena f. 67' (inde vel certe eodem exemplo Choler f. 190'; item ex eodem exemplo pendet Mazochi f. 77) corrupte, melius ib. f. 112' (quod exemplum vel certe cuius exempli archetypum sequitur in. Bembus Monac. f. 62'), unde f. 67' postea correctum est; Metellus Vat. 6032 f. 360' et ad Mazochium suum nunc Vaticanum; Pighius Berol. f. 123; Smetius ms. Neap. p. 170 (inde Manutius orth. ed. 1566 p. 740, 1), ed. 41, 10 (inde Grut. 330, 3), qui in editione dicit se habuisse a Pighio; Anonymus bibl. Vallicell. Q VI 221 f. 2'; Ligorius Neap. lib. 35 p. 102, Taur. vol. 10. 20 f. 28 (inde per apographum Ottobonianum Vulpi Lat. 3 p. 150); Panvinius Vat. 6035 f. 24, Roma p. 430 (inde Manutius orthogr. ed. 1561 f. 30); Anonymus apud Panvinium Vat. 6036 f. 126, Ursinus, qui vidit, famil. Rom. p. 104; Lipsius ms. f. 12', epistolic. quaest. lib. 1 ep. 1 p. 2; Suaresius cod. Barb. 30, 100; Kircher Lat. p. 63 ex epistula Valentini Stebaeri 'tunc temporis in castro Gandulfino medici' qui descripsit; Ricchi *uomini illustri* p. 146; Giorgi sched. Casanat. tam frontis quam lateris inscriptiones, hanc solam in adnotationibus ad Baronii annalium ecclesiasticorum editionem Lucensem vol. 2 (1738) p. 347 (ad a. 192), unde hanc repetivit Donati 173, 2 adiecta inscriptione frontis ex Grutero; Vulpi Lat. 5 p. 31 de visu; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 276; Reggi inter Mariniana biblioth. Vatic., Marini Vat. 9127 f. 66; E. Q. Visconti ms. II f. 32; Zoega ms. p. 204 b; Fea sched. f. 69 manu Mariottii; Nibby *analisi* 2 p. 183; Marocco 6 p. 105 principium. V. ultimum adferunt Hermolaus Barbarus castigationes Plinianae (Rom. 1492) ad lib. III cap. 5 sub lemmate *Lavini* et Ant. Mancinellus Veliternus comm. ad Horat. carm. 3, 27, 3 (ed. Venet. 1492 f. 130), hic de visu. Orelli 894 cum adn. Henzeni.

Vv. 6 et 7 ex parte pessumdati sunt fractura recenti; eas litteras quae totae perierunt — dedi eas inclinatas —, supplevi ex auctoribus saec. XV et XVI fere consentientibus (nisi quod Metellus v. 7 habet AVO SVO DVCTO). — 8 COMMODI nomen in litura restitutum est.

Inscriptionem lateris plerique omiserunt; neque ego, quamvis data opera lapidem pertractans, vestigium eius ullum vidi. Exhibui supra exemplum quod Pighio commune est cum Smetio; praeterea extant exempla Giorgii hoc ....NINVS COMODVS | .....NINO COS (sic ms., ed Baronium edidit ..MP·COMMODO·VI | .. *septi*MIANO·COS), Vulpii ...CVS COMMODO | .....NTONINO | COSS, Lorentzeni ....VS..LINO | ....NIANO COS. Pighii lectio si vera est, significantur idus Commodae sive Augustae (Dio 72, 15. vit. Comm. 11) et consules Crispinus et Aelianus sive annus 187. Giorgius rettulit ad a. 192.

Eiusdem pantomimi titulum paulo recentiorem dabimus infra inter Praenestinos.

2114 cippus marmoreus litteris evanidis et insuper minio pessumdatis. Sine loci indicatione, sed una cum n. 2087 et n. 2096 legitur apud VISC. II. Romae in museo Vaticano MAR. VISC. I ibique exstat (*Sala delle Muse*).

D · //CIRIO · D · F PAL
AVSPICATO ·
AEDILI · MVNICIPI ·
CVRATORI · MVNER
MVNICIPES · CVRIALES
ET CVRIA · FLAMONAL
OB · MERITA · EIVS

Descripsimus olim Henzen, nuper coniuncta opera ego et Dressel. Male descripta legitur apud E. Q. Viscontium ms. Par. II f. 167; multo melius descripsit Marini Vat. 9124 f. 237, quod exemplum reperitur etiam apud E. Q. Viscontium I f. 61'.

1 D·//CIRIO nos, dubitantes potissimum de R; D·//CILIO Henz., D·//ELLIO Mar. — 5 //NIGENS (pro MVNICIPES) Mar. — 6 in. IN (pro ET) Mar. — In vocabulo, quod est post CVRIA, litterae AMONA certae sunt, reliquae dubiae; FLAMONAL Henz., FLAMONAE Mar.

2115 tabula marmorea. Lanuvii GIORGI, apud Lanuvium in praediis Caroli Bonelli VVLPI. Extat Civita Lavinia, *nella vigna dirimpetto al casino Dionigi*.

DASTIDIVS · C · F · CELER · PRO · HONORE · AED
2 DASTIDIVS · SP · F · APOLLINARIS · PATER · PRO · HONOR
FLAMONI · HS · $\overline{XV}$
IN · REFECTIONEM · BALINEI · INTVLERVNT

Descripsi post Benndorfium. Giorgi sched. Casanat.; Vulpi Lat. 5. 32 (inde Mur. 676, 8).

2 quod Dastidius pater nominatur secundo loco, id argumento est fuisse eum filio dignitate inferiorem, nec causa latet, fuit enim *sp(urius) f(ilius)*. Flamines Lanuvii fieri potuisse etiam eos qui ab honoribus arcerentur vidimus supra n. 2092.

2116 Civita Lavinia rep. anno 1865 ab Eduardo Anconi HIRSCHF. Fuit deinde Romae in Palatino, postea in museo Kircheriano.

C · DOMA
AED · MVNICIPI

Descripserunt Hirschfeld et Mommsen. Memorant Rosa et Brizio *Relazione sulle scoperte archeologiche della città e provincia di Roma negli anni* 1871/2 p. 138.

2117 in plintho statuae. Prope rudera templi Lanuvini Iunonis Sospitae effossa a. 1736 et in aedes d. Bonelli translata GIORGI. Extat Civita Lavinia in villula olim Bonelliorum nunc Dinip

C · DOMATIVS · C · F
RVFVS · PR

Recognovi; descripserunt Detlefsen et R. Schoene. Giorgi sched. Casanat., qui descripsit d. 13 Iun 1736; Zoega ms. p. 304 b, Nibby *analisi* 2 p. 175; Marocco *monumenti dello stato pontif.* p. 107.

2 praetura videtur esse municipalis, eo magis quod etiam C. Domatius is cuius est n. 2116 Lanuvii municipalibus honoribus functus est.

2118 marmor nuper Civita Lavinia rep. RICCHI. In oppido Civitatis Laviolae apud Dominicum Faustum Frezza VVLP.; *in un orto fuori della terra di Civita Lavinia nel borgo detto di sotto nella casa de' signori Frezza* GIORGI, hi ambo de parte intuenti dextra quam solam viderunt; addit GIORGI. *mi fù detto che altro pezzo si ritrovi in casa dei fratelli Francesco Antonio e Filippo Giordani ... non ho potuto riconoscerlo.* Haec pars a Giorgio frustra quaesita nuper nescio unde prodiit, iam servatur Civita Lavinia in curia; altera latet.

P · FVRIVS · P · | FLACCVS
C · LVSCIVS · C C · L · L | SVMMACHVS
L · CAMERIVS · L · L | DOROTEVS
Q · SEPTICIVS C · Q · L | VERNA
L ·DEMQVE LVDOS · TRIDVOM · FECERVnt

Partem intuenti sinistram anno 1883 descripserunt de Rossi et Tomassetti, qui edidit apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1883 p. 343, praeterea eam exhibet Ricchi *teatro degli uomini illustri che fiorirono nel regno de' Volsci* (Rom. 1721) p. 149, adiuncta parte intuenti dextra, sed litteris q. d. cursivis. — Solam partem intuenti dextram exhibent Giorgi sched. Casanat. et Vulpi Lat. 5 p. 88 (inde Mur. 612, 1), uterque de visu.

Supra fractam esse in parte intuenti sinistra significavit Rossi, in parte dextra Giorgi. — 1 in. Ϲ Ross., P Ricch., C Tom. — ꟾ Giorgi, om. Ricch. et Vulp.; fuerit F potius quam L, cum *Flaccus* cognomen parum conveniat libertino. — FLACVS Ricch. — 2 SVMMACVS Ricch. — 3 DOROTEVS Giorg. Vulp., DOROTHEVS Ricch. — 4 C·Q·L Vulp., G·Q·L Ricch.; ꟾ C·Q·L Giorg., ubi id quod est ante C fortasse ortum est ex particula S litterae ex SEPTICIVS residua et ex puncto. — VERN Ricch. — 5 ADEMQVE Ricch., qui in hoc versu etiam principium litteris cursivis dedit. — Post DEMQVE litteram L exhibet Tom., om. Rossius, deinde LVDOS Vulp., ꟾ.VDOS Giorg.; videtur igitur in utroque fragmento particula L litterae remansisse. — TRIDVVM Ricch. — FECERV Giorg., FECER Vulp., FECERVNT Ricchi.

2119 tabula marmorea. Civita Lavinia rep. *nel gittarsi le fondamenta della nuovo residenza municipale*, extat in curia.

TATE · LVCI · OCRA
MVNICIPI
DRATVS · ET
PRimiGENIVS · OB
honorM · SEXVIRaTVS · APODYTERIVM
opeRE · TECTORIO QVOD · VETVSTATE · DE
ficiebAT · REFECERVNT ITEM · PISCINAM · AB · NO
vo FECERVNT · LABRVM aeNEVM · CVM SALIENTIBVS
ROSTRIS · NAVALIBVS · TRIBVS · POSVERVNT

Descripsi. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1881 p. 139; Tomassetti *Accademia romana pontificia di archeologia* a. 1881, 2, II p. 6, C. L. Visconti *bull. municipale* 1882 p. 67 a Tomassettio.

1 supple [ex auctori]*tate*, 2 *dictatoris vel aedilis municipi*. — 3 prima littera ante D fuit aut O.

2120 sub Lanuvio a *S. Gennarello* via Appia FABR.

C · SVLPICIO · VICTORI
PATRI · EE · QQ · RR · HOMINI
INNOCENTISSIMO · PATRONO
MVNICIPI · S · P · L · OB · IN
PAREM · OBSEQVIVM · ET ·
ERGA · SE · INMENSAM · MV
NIFICENTIAM · EIVS · EQVES
TREM · PONENDAM · CEN
SVERVNT · DEDICARVNQ
OB · CVIVS · DEDICATIONEM
VIRITIM · DIVISIT · DECVRI
ONIBVS · ET · AVGVSTALIB
ET · CVRIS · N · XXIIII · ET · CVRIS
MVLIERVM · EPVLVM ·
DVPLVM · DEDIT

Servavit Fabretti 659, 497 (inde Vulpi p. 89; Orelli n. 3740).

4 *s(enatus) p(opulusque) L(anuvinus)*. — 5 pro INPAREM requiritur INCOMPARA simile quid. — 8 post EQVESTREM in cogitatione supple STATVAM. — 12 n(XXIIII.

2121 (Romae) in aedibus nobilium de Severolis FABR. — Lanuvinam esse origine coniecit HENZEN (suppl. ad Orell.), recte; nam praeter dictatura (v. 2) optime convenit Lanuvio, tituli Iunonis Sospitis Matris Reginae extra Lanuvium adhuc nulli inventi sunt. — Ad C oppidum, quod volunt fuisse prope Savignano, traxit Amaduzzi *memorie di Savignano* ms. p 81, ut refert Nardi *dei Compiti e de Compito Savignanese* (Pisaur. 1827 p. 104 not. 15, sed inde lapidem venisse Romam non est probabile. Nec magis videtur posse ra Compito Anagnino itinerariorum (cf. huius corp. vol. X p. 60. 696); nam id vix habuit suam rem publicam.

M · VALERIO · M · F
AED · DICT
PRAEF · IVVENTVTIS
MVNICIPES · COMPITENSES · VEICORVM
QVINQVE · QVOD · SPECVS · MILLIA
PASSVS ∞ ∞ ∞ PVRGAVIT · REFECIT
FISTVLAS · REPOSVIT · BALNEA · VIRILIA
VTRAQVE · ET · MVLIEBRE · DE · SVA
PECVNIA · REFECIT · POPVLO · VISCERATI
GLADIATORES · DEDIT · LVMINA · LVDOS
I · R · M · R · SOLVS · FECIT

Servavit Fabretti 242, 658 (inde Orelli

1 videtur perisse cognomen Val liberae reipublicae, cui propter o cognominis adtributus est ab Orelli hic titulus. — 4 *municipes compitenses quinque* videntur esse qui habitant vicis ad idem compitum pervenientib quam ei *compitales* magis dici debue *compitenses*. Haec Mommsenus. — abundat et requiritur PASSVVM.

2122 quinto lapide a Nettuno Romam versus in praedio camerae apostolicae *dentro la macchia, dove si veda molti defici* (sic) BALD. Dubitari potest utrum steterit intra fines Antiatium an Lanuvinorum; nihilo minus recepi.

IVGOE
NALI · AEDILI · *munici*
PI · LANVINORVM · IN
QVO · HONORE · DEFVN
5 CTVS · EST · ANNOS · NATO
XVII · M · XI · D · IIII · FILIO
*cari*SSIMO · ET PIISSIMO
*paren*TES INFELI*cis*
simi

Baldinius apud Marinium cod. Vat. 9127 f. 224. Arv. p. 584. Edidit Mommsen inter inscriptiones Antiates huius corp. vol. X n. 6681.

2 NALIAE (in margine N..LIAE)·DILI (inde factum DIVI)·IVLI traditur, hoc ortum est ex MV litteris fractis. — 6 INFETIOI (ETIOI deletum) traditur, emendavit Bormann.

2123 fragmentum lapidis Albani. Civita Lavinia in pariete domus Iosephi de Marco

AIDILIS
AISID
AV

Descripserunt Mommsen et Henzen; hic edidit *bull. dell' Inst.* 1848 p. 67, syll. n. 7134, ille huius corporis vol. I n. 64. Ritschl P. L. M. tab. XLIX 6. Garrucci syll. n. 566 dicit se descripsisse, sed repetivit exemplum Mommsenianum.

3 ductus incertos, quos repraesentat tabula Ritscheliana, omisi. — 2. 3 [*moltaticod*] *aeid.* .. [*coir*]*av*[*it*] supplevit Mommsen.

2124 una cum n. 2104 in agro Lanuvino prodiisse narrat ignotus auctor FEAE *un' altra lapide di piu frammenti, dove si riportavano alcune vittorie di Antonino Pio: quel che si rapeva in piedi, vi erano la seguente parole:*

S · P · Q · LANIVINVS · PATRONO · AMANTISSIMO ·
REIP · SVAE · CVRATORI

Fea sched. f. 329' manu ignota, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1862 p. 158.

2125 Albae (i. e. Albani) in ecclesia cathedrali IVC., in aede S. Petri PICC. Eo vecisse ex Lanuvio ex v. 1 apparet.

LANIVINVS
EX VOT · PATRIA GENTI
AELIVS SODALITATIBVS

Servavit Iucundus Magl. 28, 5 f. 178. A Iucundo pendet Piccart n. 3, unde Remesius syll. 16, 2, ex Remesio Vulpi Lat. 3 p. 122.

Versuum divisio non traditur. Supra fractam dedi coniectura, item coniectura in L·ANIVINVS, ut traditur, punctum delevi, reliqua non attigi. — Vulpius sic exhibet L·ANTONINVS | EX VOTO PATRIAS | GENTIS AELIAE | SODALITATIBVS.

2126 in muro lapidum Albanorum KLVEGM. Civita Lavinia *dirimpetto al casino Dionigi, sulla sponda apposta della strada, entrando in predio privato veggonsi gli avanzi di sostruzioni . . . Seguendo l' andamento della prima sostruzione l' anno 1826 fu scoperta un nicchione, a sedile rettilineo colla iscrizione seguente incisa sul peperino* NIBBY. Ego frustra quaesivi.

CVSIA · CLODIA · FIRMA

Descripsit Kluegmann. Nibby *analisi* 2, 177; Abeken *Mittelitalien* (1843) p. 198 n. 4.

Puncta om. Nibby, CLODI·A FIRMA· Kluegm.

2127 Lanuvii rep. a. 1865 *dal signor Odoardo Ancona riedificando una sua casa, situata sul recinto settentrionale della città* BENND. Postea fuit Romae in Palatino, nunc est in museo Kircheriano amplificato.

EX · S · C · DE · SVA · PEC | *th*EATRVM · REFEC

Descripsimus Lanuvii Benndorf, Romae Mommsenus Henzenus ego. Edidit Benndorf *bull. dell' Inst.* 1865 p. 226. Est etiam in actis ministerii pontificii commerciorum.

Integra est a dextra et a sinistra

2128 fragmentum tabulae marmoreae Lanuvii rep. anno 1865 ab Eduardo Ancona.

ORENS · ET
*ma*RMOR · DE · SV*a*

Descripsit Henzen ex ectypo chartaceo subministrato a Benndorfio.

2129 fistula plumbea rep. anno 1865 *scavandosi nella vigna Celli in territorio di Civita Lavinia, contrada Crocetta a Monte Giove.*

a X F LaNIVINORVM

b AERMES FECIT

Lanciani syll. epigr. aquar. n. 212 ex actis ms. LINIVINORVM, ‡ ERMES traditur.

2130 fistula plumbea rep. Civita Lavinia *negli sterri per il nuovo palazzo municipale.*

.//IVS ONESIMVS FEC

Strutt apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1882 p. 116.

[*L. Vinius Onesimus fec.* supplet Strutt ex altera fistula rep. Montefortini, huius corporis vol. X n. 5977.

2131 *iscrizione scolpita sopra il piano di una colonna di granito orientale di colore bigio.* Rep. prope Civita Lavinia in vinea Truzzi, deinde Genzani apud Ioh. Sestini canonicum (*Corso Vittorio Emanuele* n. 140).

. . . . . X AVG APOC . . . . . .
VALI

Leo Nardoni ms.

2132 in ima parte plinthi statuae muliebris. Civita Lavinia in vinea Dionigi.

NCCXIII
APOC

Descripsi.

2133 Civita Lavinia.

..ALCOXXXVIIII

Bruzza *iscrizioni dei marmi grezzi* n. 352 (ann. inst. arch. 1870 p. 201) a Garruccio.

2134 Thomas Venanzi repperit *nella sua vigna in contrada La Selva, territorio di Civitá Lavinia* NARDONI. Anno 1878 Genzani in horto Venanzi.

· D · M ·
· P · AELIVS FI
LETIANVS ·
AELIO HE

Brognoli; Lumbroso et Nardoni descripserunt.

2135 sub protome barbata quae referre videtur aliquem Antoninorum. Reperta a. 1776 prope Genzano DALL. Est in museo Britannico.

L · AEMILIVS · FORTVNATVS · AMICO
OPTIMO
S · P · F

Descripsit Huebner. Dallaway *Les beaux-arts en Angleterre* t. 2 (1807) p. 67, *Description of the ancient marbles in the British museum* vol. X (1845) p. 31 cum tab. XV.

2136 traditur sine loci indicatione, sed adiuncta ad n. 2143.

Q · AGILLEIVS · MVNDVS
IN · AG · P · XX   IN · FR · P · XX

Servavit P. Sabinus Ott. f. 112.

1 AGITT·EIVS traditur. — *C. Agilleius Mundus* est supra n. 2089.

2137 *cubo di marmo*, litteris maximis. Rep. Civita Lavinia, deinde Genzano apud lapicidam quendam *via dei Cappuccini* STEVENSON (anno 1878), qui a. 1877 iam non invenit.

AGILLEI

Descripsit Stevenson.

2138 fragmentum magnae tabulae marmoreae Genzano apud lapicidam *strada Garibaldi*; eo venisse ex Civita Lavinia narraverunt Lumbroso.

GILLEIA
L · F

Descripsi. Lumbroso et Nardoni descripserunt.

2139 Civita Lavinia, *Don Giovanni* (significatur Ioh. de Marco canonicus defunctus anno circiter 1872) ANOM., *in un cortile dei sigg. fratelli di Marco* TOM., qui repertam facit *in mezzo ad alcuni rottami del castello medioevale*.

C O I V G I
A Q V I L I A E · C A R I C E N I · C O I V G I
M · C L V V I V S · A Q V I L I V S · F E L I X
H O R T V L V S · S I V E · P O M A R I V M · Q V 8
E S T · M A C E R I A · C I N C T V M · L O N G · P · C C X L
LAT · P · XC · VIII · AD HOC · SEPVLCHRVM · PERTINET

Edidit Tomassetti *notizie degli scavi* 1883 p. 345. Exemplum multo ante confectum auctore non adscripto repperi inter schedas Henzeni.

2140 litteris pessimis MAR. Effossa prope Lanuvium GIORGI. Civita Lavinia in muro domus privatae MAR.

D M
BRYTTIE HELENE
BENIGNISSIME
CONIVGI · INCO
MPARABILI HEC
VBI AMAVIT IBI DE
NE CONSVMMAVIT
ANNIS LXX VIXIT
... VCEIVS FELIX MARITVS

Giorgi sched. Casanat., Marini ms. Vat. 9131 f. 288, Arv. p. 286.

2141 tabula marmorea. Rep. mense Sept. a. 1877 a Thoma Scartolo *nella sua vigna in vocabolo Monte Canino presso Civita Lavinia* NARD. Postea Genzano in horto Vannozzi (*corso Vittorio Emanuele n. 109*). — Nuper Romae apud antiquarium Mancini (*via Bonella*), qui repertam esse dicebat prope Marinum oppidum, vidit PELLEGR.

... IO C · F · FLORENTINO
... XIT · ANN · VIII · M · X · D · VI
... TIA · FLORA · FIL · DVLCIS
ET · SIBI · FECIT
lib. libertABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
Q · F · DONATO

Recognovi. Leo Nardoni ms., Pellegrini apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1884 p. 44.

2142 Lanuvii rep. *in una vigna vicina alla vigna del cav. Dionigi* SCHOENE. Genzano *via Garibaldi, nella bottega di scarpellino di proprietà del sig. Francesco Iacobini* NARD.

... ELIO DO...
mariTO EIVS Q...
CILII DEMET...
ET COGNA...

Descripsit R. Schoene. Leo Nardoni ms.
1 vestigia litterarum incerta habet solus Schoene. — 2 ELIODOR Schoene, ELIO·DOL Nard. — 4 ACILII Nard. — DEMETR Schoene, DEMETER Nard.

2143 Genzano Vecchio, *trovavasi affissa nella facciata di una casa via dell' Oratorio*, deinde apud Nardonium.

Q · LABERIVS · Q · L ·

Leo Nardoni ms.

2144 Genzani in via publica MELCH., *in strada Sforza* SETT.

P · LABERIVS · P · L · MALCHIO
LABERIA · P · L COMDICIO

Melchiorri ms. descripsit anno 1825; Settele ms. *'libro piccolo'* p. 93.

2145 *marmo con doppia iscrizione*. Rep. prope Lanuvium *nella vigna attualmente in proprietà del signor Raffaele Iacobini di Genzano*; deinde apud Nardonium.

a

D · M
MICINE
DVCCI ·
SITIVS · FE
LIX · PATER
TES · F ·

b

· D · M ·
SANFICA
LO · FILIO
SITIVS
FELIX · ET
GERVLA
NA · ILARA

Nardoni *bull. dell' Inst.* 1872 p. 78.
Ex Africa oriundos fuisse hos homines nomina indicant.

2145a lapis Albanus litteris evanidis, rep. prope Civita Lavinia *sulla falda della collina di S. Lorenzo, nel fondo detto L'Ornarella, appartenente a Lucia Conti*.

D M
FL MYR
TILO ALV
MN QV
B PIISSIMO
FL ...
MERENTI
M ...
...

Strutt apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1884 p. 160.

2146 basis marmorea Lanuvii in praedio Caroli Bonelli VVLPI. In eodem praedio postea Dionigi extat *nella villa dirimpetto al casino*.

PINNIA · T · F · POLLA

Descripsimus Mommsen, Kluegmann, R. Schoene ego. Edidit Vulpi Lat. 5 p. 123.

2147 basis marmorea litteris non malis (saeculi alterius p. C. potius quam tertii), sed magna ex parte evanidis. Sub ruderibus Lanuvii ad D. Magdalenae FABR., similiter VVLP. Extat Civita Lavinia inserta muro aediculae S. Magdalenae.

P · SALLVSTI · P · F · LVCVLLI
... VEINIA · MATER
... LIO · PIENTISSIMO
... TIO EROTYLLO
... RI · EIVS
... NIO · ATIMETO · ET · SIBI
... · RELIGIOSO · LOCO
... CO SANCTVS · POSITVS · EST
NEQVIS VELIT
... LOCO INIVRIAM FECISSE
... A · PER · QVISTEN
... HOC · TITVLO CAVI

Descripsi. Fabretti 661, 813; Vulpi Lat. (inde Mur. 828, 4); Tomassetti descrip...
Ex exemplis Fabrettii et Tomassettii c... factis varias lectiones adposui potiore... 1 LVCVLLI etiam Tomas., LVCVLLI ... 2 FECIT CVEINIA Tom. — 3 FILIO Fa... — 4 ///VSTIO EROTYLLO Tom., ... Fabr. — 8 ///VSINIO ATIMETO Tom. — Tom., om. Fabr. — 11 ///MPER Tom. 12 ....TITVLO Fabr., TIT//O Tom. exemplum hoc est: L · IVNIVS · TIB · F ... L · F | /////T · F · VSINIA MATER | FILIO PI... ET SP · IVNIO EROTYLLO | FRATRI · EI... ATIMETO ET S · I · M | IN HOC RELIGI... ERGO SANCTVS POSITVS EST | NEC... HVIC LOCO INIVRIAM FECISSE | IVSS... TEM | NOCTIS VIS CAVIT.

2148 tabula marmorea litteris evanidis. Civita Lavinia in horto Iosephi Frezza.

TILIVS · II · GAL · SEVERVS
nihil om. est dec ESSIT · IN · SEPTVMO ANNO
FAVSTVS · PATER · FECIT · FILIO · ET · SIBI
LEZBIO · FRATRI · SVO
E · P · P · L · RHODINE · VRSORI · SVAE
IA SEPTE · IVGERA AGRI ET TABERNA QVAE CINCI · V
LI · REDITVS EORVM MONVMENTO CVSTODIA
NETVR AVT OBSERATVR

Descripsi anno 1878. Tomassetti *notizie degli scavi* 1883 p. 345.

1 in lego ....tilius *T. f. Gal.* — 5 fin. SVAE·F· Tom. — 6 fin. CINCIV, 7 in. ET (pro LI) Tom.

2149 cippus lapidis Tiburtini EGO; *sembra di travertino, ma è del così detta tartaro di cisterna* NARDONI. Rep. *giacente in un fosso nel tenimento detto Li Mati territorio di Velletri, a mano sinistra dell' Appia Nuova, per chi viene da Genzano, a fianco del ponte denominato di S. Gennaro e lungi da questo circa un chilometro e mezzo* NARD. (Hic locus a Lanuvio aliquanto minus distare videtur quam a Velitris). Postea Genzani *nella bottega di scalpellino di proprietà del sig. Francesco Iacobini, strada Garibaldi.*

VMENNIA

Recognovi. Lumbroso descripsit a. 1876; Leo Nardoni ms.

2150 cippus marmoreus litteris evanidis Genzani olim apud Bonellios NARD., deinde in horto Iacobini.

D M
S A C O V N
Q/ / / / SYNILESI
H E R E D E S

Vidi. Descripserunt Lumbroso et Nardoni.

3 dedi ut excepi, de littera L dubitans, MIN//E SYNHESI Lumbr., ...SYNHESI Nard.; cognomen videtur fuisse SYNHESI.

2150a fragmentum rep. ibi ubi n. 2145a.

AEMI
LVCV

Lanciani *not. degli scavi* 1884 p. 239

2151 fragmentum cippi marmorei. Civita Lavinia iacet in platea publica.

...IVNXS · I...
KARISSIMO · INCOM
PARABILI · CONIV.
S VICXIT · ANNOS · XXV

Descripsimus Mommsen et ego.

2152 fragmenta ex lapide Albano *in costruzione della villa romana lungo la nuova strada da Genzano a Civita Lavinia.*

...ACVII | CIVS
...ACERIAE | ...

Descripsit Tomassetti.

2153 fragmentum rep. anno 1874 prope Genzano *sul Monte due Torri.*

ONIIMO
AISHV

Descripsi ex ectypo Nardonii. Nardoni ms.

2154 fragmentum marmoreum Civita Lavinia ibi ubi n. 2146.

S · IVNIAS

Descripsi

VI. ARICIA (*L'Ariccia*).

Aricia, quam conditam esse ab Archilocho sive Archia[1]) Siculo voluit Cassius Hemina (teste Solino p. 37 Momms.), nil nisi nominis similitudinem puto secutus, inter colonias Albanas recensuerunt alii (Solinus p. 38). fuit sui iuris civitas in vetere Latio[2]) — et ita memoratur in annalibus Romanorum bello quod Etrusci a. u. c. 246 cum Latinis gesserunt (Liv. 2, 14; Dionys. 5, 36. 7, 5. 6), deinde bello Latino a. u. c. 256 (Dionys. 5, 61. 61. 62) et alibi (Liv. 1, 50, 3. 2, 26, 5. 3, 71 cf. Dionys. 11, 52) — donec a. u. c. 416 victi a Maenio consule (Liv. 8, 13) Aricini in civitatem Romanam recepti sunt (Liv. 8, 14, 4). Quo iure primum fuerint, non liquet; nam Livius eodem iure eos in civitatem acceptos esse scribit quo Lanuvinos, Paulus autem epitomator Festi p. 127 cum tria genera municipiorum distinguit, in alio collocat Lanuvinos, in alio eoque inferiore una cum Caeritibus et Anagninis Aricinos[3]). Postea et suffragium Romae habuerunt et ad honores multi ex Aricinis Romae pervenerunt, primum ad tribunatum plebis, ut Q. Voconius Saxa qui a. u. c. 585 legem tulit de mulierum hereditatibus (Livius ep. lib. 41; Cicero pro Balbo 8, 21) oriundus erat ex Aricia, deinde etiam ad honores curules, teste Cicerone, apud quem hoc est splendidum Ariciae elogium (Philipp. 3, 6, 15). *quod municipium non contemnit is, qui Aricinum tanto opere despicit, vetustate antiquissimum, iure foederatum, propinquitate paene finitimum, splendore municipum honestissimum? hinc Voconiae* — significatur is quem diximus Q. Voconius Saxa tribunus plebis a. 585 —, *hinc Atiniae leges; hinc multae sellae curules et patrum memoria et nostra; hinc equites Romani lautissimi et plurimi.* Ceterum neminem ex Aricinis ad consulatum pervenisse ex Ciceronis silentio colligitur. Tribus Aricinorum videtur fuisse Horatia, siquidem infra n. 2169. 2171 inveniuntur magistratus Aricini in ea tribu censi, cf. praeterea ad n. 2166. 2179. 80. 2182. Colonia videtur appellari Aricia in epitome Liviana lib. 80 (supra p. 191 not. 5), omnino errore; *municipium* appellatur et a Cicerone l. c. et a Valerio Maximo 8, 2, 4 et in inscriptionibus[4]). Summus magistratus Ariciae etiam imperatorum aetate fuit *dictator* (n. 2162. 2213), praeterea ibi fuerunt quaestores bini (n. 2213, singuli praeterea n. 2169. 2171) et aediles bini (n. 2213, praeterea n. 2169. 2171). Ordo sive *senatus* reperitur n. 2165. 2167, singuli decuriones sunt n. 2168. 2170; decuriones Aricinos memorat etiam Asconius in Mil. p. 27. 26. Sacerdotes repieriuntur *flamen Mart(ialis)* n. 2169, *salius* n. 2171. Libertos rei publicae appellatos esse Arrecinos videtur posse colligi ex n. 2158. Aricinos tamen complures novimus ex titulo urbano Corp. VI n. 12307. — De fastis qui apud Aricinos olim in usu fuerant, ex Varronis sine dubio aliquo libro, nonnulla protulerunt Ovidius (fast. 3, 91. 6, 59) Censorinus (22, 6 p. 66 Iahn) Macrobius (sat. 1, 12, 30). Prodigia Ariciae facta et Romae expiata saepius memorat Livius (22, 36, 7. 24, 48. 9. 36, 38. 9. 35, 9; Obseq. p. 117, 1. 125, 27). Praeterea memoratur

1) *Archilocho* traditur, *Archia* commendavit Salmasius.

2) De situ Ariciae cum constet, errasse putandus est Strabo 5, 3, 12 distare eam scribens ab urbe Roma stadia centum sexaginta, nam Straboni hoc loco in mente fuisse stadia solitis breviora, id quod voluerunt multi, credi non potest, recte fere stadiorum CXX id intervallum est apud Dionysium 6, 32, milium passuum XVI in itinerar. Ant. p. 107 et Hierosol. p. 612; in tabula Peutingerana numeri corrupti sunt.

3) De Anagninis vero tradidisse Festum constat ex Livio 9, 43, qui eos non solum cives Romanos sine suffragio factos, sed etiam propriis magistratibus praeterquam in sacris caruisse tradidit; Caerites quoque pessimae condicionis cives fuisse aliunde constat. De Aricinis falsa tradere Festum nuper pronuntiavit Beloch *der italische Bund* p. 121 not. 1 cf. p. 119, motus potissimum eo quod Cicero Phil. 3, 6, 15 municipium Aricinum appellat *iure foederatum*, sed Ariciam iusto foedere ad ius municipii pervenisse, id quod voluit Beloch, his verbis vix significatur.

4) Liber coloniarum p. 230 haec habet de Aricia: *Aricia oppidum; lege Sullana est munita, iter populo non debetur, ager eius in praecisuris est adsignatus*

Aricia aliquoties ideo quod fuit prima mansio viae Appiae Romam relinquentibus (Horat. serm. 1, 5. 1; Tacitus hist. 4, 2: Martial. 2, 12, 3. 12, 32, 10; Philostrates Apollon. 5, 43 cf. 4, 36; eodem pertinet Val. Max. 8, 2, 4, ubi narratur damnatio eius, qui equo commodato sibi esque Ariciam ulteriore eius municipii clivo vectus erat, ad quod indiciem respiciunt praeterea Gaius 3, 420 et Gellius 7, 15 et Symmachus ep. 7, 69; et proptee alias causas (Colem. 10, 139; Plin. 14, 12. 17, 213. 16, 110. 140. 141 Symmachus rel. 49). Aetate labentis splendor Ariciae ea re obscuratus est quod paene in finibus agri Aricini ac paulo plus spatio milliarii ab ipso municipio nata est civitas Albanensis; inde factum est ut Aricia non memoretur in annalibus veteris ecclesiae. Presbyter is, cuius habemus titulum sepulcralem infra n. 2210, num fuerit presbyter ecclesiae Aricinae, valde dubito.

Historiam Arician scripsit Emmanuel Lucidi canonicus Aricinus libro edito *Memorie storiche dell' antichissimo municipio ora terra dell' Ariccia e delle sue colonie Genzano e Nemi* Romae 1796. Is quas inscriptiones primus edidit partim habuit ex schedis (n. 2156. 2179), plerasque ipse videtur vidisse, eas potissimum quas inter annos fere 1789 et 1724 in territorio Aricino fossionibus institutis repperit Despuig, de quibus effossionibus praeterea conferendus est Huebner *Antike Bildwerke in Madrid* p. 292.

Finibus Aricinorum comprehendebatur nemus sacrum Dianae, situm id eo fere loco ubi hodie est oppidum Nemi, testibus inscriptione n. 2213 et ipso nomine oppidi quod hodie est. Lacus, cui adiacet Nemi, apud antiquos nomen habuit Speculum Dianae teste Servio ad Verg. Aen. 7, 516[1], et ipsa Aricia a nemore Dianae apud poetas appellatur nemoralis (Ovid. fast. 6, 59. Lucan. 6, 76. Martial. 13, 19, 1). Dedicavisse lucum *Dianium in nemore Aricino* Egerium Laevium Tusculanum dictatorem Latinum pro nomine Latino legebatur apud Catonem libro II originum teste Prisciano[2]. Ipsum Dianae cultum Aricinum postea solito more ab exteris repetiverunt scriptores[3] alii ab Hippolyto Thesei filio[4], quem post mortem ab inferis excitatum factum

1) Idem nomen repertum est in titulo territorii Labicani infra edendo hoc *Af speculu Diane usque fundo, Clementiano pedatura Proclus passus plus minus mille*, sed ubi de lacu Nemorensi non videtur posse cogitari, cf. de Rossi *bull. municipale* 4 (1872) p. 278 et quae infra ad eum titulum adnotabuntur.

2) Priscianus 4 § 21. 7 § 68 *lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laevius [Baebius al.] Tusculanus dedicavit dictator Latinus, hi populi communiter Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis [Rutulus addidur altero loco]*. Desinit Priscianus in eo vocabulo propter quod Catonis verba citaverat, sequebantur sine dubio alia nomina Latinorum populorum non ita pauca. — Egit de fragmento Catoniano accurate et prudenter Lorenz de dictatoribus Latinis et municipalibus (Grim. 1841) p. 24. 30—39. — Ceterum eandem rem tangit Festus p. 145, qui dictatorem nominat Manium Egerium, nec Tusculanum eum fuisse significat sed Aricinum, cum addit *a quo multi et clari viri orti sunt, et per multos annos fuerunt, unde et proverbium Multi Mani Ariciae* (cf. ad n. 2188). Egerius nomen quod dictatori et Festus et Cato tribuunt, sine dubio aliquo modo cohaeret cum Egeria fonte qui fuit in nemore Aricino (Verg. Aen. 7, 763. Ovid. met. 15, 487 seq., fast. 3, 275, Strabo 5, 3, 12 et praeterea Cluver p. 931 seq.).

3) Plena de hac re veterum testimonia composuit Cluverius Ital. antiq. p. 923 seq., quem conferas velim, unde hic toto haec res obiter tantum tangi potest.

4) Ovid. fast. 3, 263. Pausan. 2, 27, 4

esse Virbium voluerunt[5]), qui Virbius apud Aricinos pro numine colebatur[6]), alii ab Oreste. Et illa opinio fortasse ex eo tantum nata est quod a nemore Dianae Aricino equi arcebantur (Verg. Aen. 7, 778. Ovid. fast. 3, 266), equi autem mortis causa fuerant Hippolyto. Orestem qui sacra Dianae Aricina condidisse voluerunt, id sine dubio secuti sunt et explicarent similitudinem quae intercedere videbatur inter morem Scythiae, unde simulacrum Dianae ab Oreste raptum esse Graeci tradiderant, et ritus fani Aricini. Nam non solum ut apud Scythas, ita etiam in nemore Aricino olim Dianae hostiis humanis sacrificatum esse credebatur, sed etiam sub imperatoribus mos ibi mansit peregrinus vel certe qui Romanis peregrinus videri deberet, ut sacerdotes Dianae crearentur homines infimae condicionis, sed manu valentes, gladiatores potissimum et fugitivi, eo modo ut is qui sacerdotem depugnando vicisset ipse fieret sacerdos. Pausanias 2, 27, 4: ἔνθα μέχρι ἐμοῦ μονομαχίας ἆθλον ἦν ἱεράσθαι τῇ θεῷ τὸν νικῶντα, ὁ δὲ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προέκειτο οὐδενί, οἰκέταις δὲ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας. Strabo 5, 3, 12 καὶ γὰρ τι βαρβαρικὸν κρατεῖ καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος· καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐστιν ἀεί, περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις, ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. Cf. Servius ad Verg. Aen. 6, 136. Id quoque mirum est hunc infimae condicionis sacerdotem appellari *regem*. Suet. Cal. 35. *Nemorensi regi quod multos iam annos poteretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit*. Ovid ars amat. 1, 259: *suburbanae templum nemoralis Dianae partaque per gladios regna nocente manu*. id. fast. 3, 271: *regna tenent fortes manibus pedibusque fugaces, et perit exemplo postmodo quisque suo*. Statius silv. 3, 1 Valerius Flaccus 2, 305: *soli non mitis Aricia regi*. Lucanus 3, 85: *profugis cum regibus . . . Aricinum Triviae nemus*. Lucanus 6, 55: *profugis cum regibus . . . Aricinum Triviae nemus*. Ex inscriptionibus talesqua *sublime nemus, Scythicae qua regna Dianae*. Ex inscriptionibus tales sacerdotes non innotuerunt[7]; immo in inscriptione n. 2213 dedicata ipsi Dianae Nemorensi Vestae sacerdotes memorantur nulli, magistratus Aricinorum. — Sed quamquam ignobiles erant sacerdotes, ipsum fanum Nemorense inter nobilissima erat Latii; splendorem eius demonstrat et id quod a. a. 713 pecuniam mutuam ex eo sumpsit Caesar Octavianus (Appian b. c. 5, 24), et crebra mentio quam eius faciunt tam poetae (vide supra) quam prosae orationis scriptores[8]. — Villam in (agro) Nemorensi aedificavit dictator Caesar, sed mox diruit, teste Suetonio Caes. 46 qui de re cf. infra n. 2225.

Inscriptiones in oppido Nemi descriptas quamquam vere esse Aricinas apparet ex supra dictis et ex adnotatis ad n. 2213. 2222, tamen seiungere eas ab Aricinis et proprio capite exhibere commodius visum est.

De Genzano oppido vide supra p. 122.

5) Vergil. Aen. 7, 787. Ovid. met. 15, 543 *quoque fuerit Hippolytus idem Virbius esto*.

6) Etiam extra Ariciam in titulo Neapolitano huius corporis vol. X n. est *flamen Virbialis*.

7) Anaglypho reperto prope Ariciam et inde translato in insulam maiorem Baliarium (Hübner, *antike Bildwerke in Madrid* p. 304 n. 778), quod ad modi sacerdotem dimicationem pertinere melius visum est, longe aliam significari demonstravit O. Jahn *Archaol. Zeitung* 1848 p. 418 seq.

8) Praeter supra citatos Vitruvius 4, 8, 4. Plinius 35, 52, ubi Tesaliquis Lucanus narratur dedicavisse in nemore Dianae picturam nunc diatoru, Tacitus hist. 3, 36. Philostratus Apollon. 4, 36. — Etiam lucus quem memorat Tacitus ann. 12, 8 potest fuisse lucus Aricinus.

2156 tabula marmorea ZOEG. Ariciae LIG. Ariciae apud loci dominum FABR., in aedibus Chigi GIORG. ZOEG. LVC. Ibi frustra quaesivi. RAYN. VISC.

DIANAE · AVG ·
COLLEG · LOTOR ·
SACR ·
PRIMIGENIVS · R · P ·
5 ARICINORVM · SER · ARC ·
CVRATOR · II · CVM ·
M · ARRECINO · GELLIANO
FILIO · CVRATORE · I ·
D · D

Ligorius Neap. lib. 35 p. 194 (ex excerptis ex Ligorio Rayner Marucell. A 76, 2 f. 25, qui auctorem tamen non laudat: ex Sponio Donat. Barberinis pendet Spon miscell. p. 64, cui dedit Menestrier. Falconieri inscr. Doni Marucell. A 186 f. 430. Vat. 7113 f. 44. Fabretti 435, 49 (inde Vulpi Lat. 7, 225). Gu (1668) p. 24 (inde Gedius ms. 406, 3); Zoega ms. p. 7 qui vidit mense Nov. 1791; E Casanat., qui vidit mense Oct. 1720. Lucidi *mem. stor. dell' Ariccia* p. 84 ex Vulpio, p. 231 ex sch. ms. Paris. I f. 127; Conti Pinti.

3 SACRVM Rayn. — 4 PRIMIGENIVS Rayn. Don. (Vat.) Giorg. — 5 SER·ARC servat Lucidi p. 231. — 7 CELLIANO Rayn. — 8 PROCVRATORE Lig. — 2 om. Rayn. Fabr.

Dianae Aug(ustae) colleg(ii) lotor(um) sacr(um). Primigenius r(ei) p(ublicae) Aricinorum ser(vus) arc(arius), curator (iterum), cum Gelliano filio, curatore (primum) d(edit) d(edicavit).

[21]57 Ariciae effossa a Despuig anno 1789 VISC., d. 7 Oct. 1791 LVC.: [i]nter Aricinas FEA.

L · CVRIVS| *extrapelius et*
VAR GVNT|*eius* ...
LATONA|*e pro*
SEX · VIBRENT|

[E]. Q. Visconti ms. Paris I f. 172. 228, item apud Marinium ms. [V]at 9123 f. 180. 9127 f. 143; Fea sched. f. 345 manu ignota; Lucidi [m]em. p. 104 cf. p. 227. Idem exemplum est.
Supplevi ex n. 2214.

2158 Cynthiani [= Genzano] basis ex lapide Albano

S P R I
T E V C V S
M V L V I O
DON · D

Fabretti 698, 200 (inde Vulpi Lat. 7, 251).
[Si recte excepta, priscae aetatis est. *Teucus* praenomen, *Mulvio* idem quod *Mulvius*. TH. M.]

2159 prope Ariciam rep. anno 1776, *nel luogo ove esistono le vigne del Rayaglia e del Morelli* (i. e. *in Vallericcia, vicino al fosso, ove corre l' acqua dell' emissario del lago di Nemi*).

. . . V D I O
. S A R I
. . . N N I C O
. . CLAVDII · F

Lucidi mem. p. 225.
Fuit fortasse [*Ti.* Cl]audio [*Drusi f. Caesari* [*Aug. Germanico* . . . ., v. 4 male exceptus omnino; noli cogitare de Britannico Claudii filio.

2160 rep. una cum n. 2159.

*imp. vesp*ASIANO
*caesa*RI · AVG

Lucidi mem. p. 224.

2161 tabula marmorea utrimque scripta. Ariciae effossa a Despuig anno 1789.

a

*p*LOTINAE
*AVG*VSTAE
IMP · CAESARIS
*n*ERVAE · TRAIANI
*a*VG · GERM · DACICI
*a*GATHYRSVS
AVG · *LIB*

b

PLOTINAE
AVG
IMP · TRAIANI
*AV*G · P · P ·
*AGA*THYRSVS
AVG · *LIB*

Lucidi mem. p. 207 cf. p. 226; E. Q. Visconti ms. Paris. I f. 275, Marini Arv. p. 176 (inde Orelli n. 793). Dedi exemplum Marini, cum quo consentit Lucidi, nisi quod hic multas litteras evanidas esse significat: has distinxi inclinatis.

2162 fragmentum marmoreum rep. una cum n. 2167

. . . DSA . . .
. AES · AN . .
. VG . .
. . MOD . .
. . . M

Lucidi mem. p. 215.
Dedi talem qualem exhibet Lucidi. V. 1 fuisse [*pro sa*]*lute*], secutum esse nomen imperatoris veri simile est.

2163 basis marmorea. Effossa a Fortunatio prope Ariciam *ne' beni di casa Chigi*, inde Romae in aedibus Chisiorum.

SALVIS AVGG
FELIX
NORTIVS

Descripserunt Bormann et Benndorf, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1867 p. 201.

2164 tabula marmorea effossa Ariciae, a Fortunatio anno 1863 ACTA, anno 1866/7 HENZ.; postea extabat Romae in aedibus Chisiorum. Inde nescio quo tempore ablatam nuper municipio Romano dono dedit Aug. Castellani LANC.

T · AELIO AVRELIO · T · F
EPIANO · LEG · AVG
LEG · R · GEM · CV*ratori*
VIAE CLOD · LEG · *Pr pr*
PROV AFR · *Praetori*
. . . .

Descripserunt Benndorf et Bormann, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst. arch.* 1867 p. 201. Habent acta ms.; Lanciani *bull. municipale* 12 (1884) p. 46.
Fortasse filius Epii Augusti liberti tabularii rationis hereditatium, cuius titulus olim extans Albae infra editus est.

2165 basis magna. Rep. a. 1857 *sotto al moderno paese dell' Aricia e precisamente incontro il così detto Orto di mezzo*, extat Ariciae in aedibus Chisiorum. — Effossa a. 1863 a Fortunatio ACTA male.

ANICIO · ACHILIO · GLABRI
ONI FAVSTO · CLARIS
SIMO VIRO QVAESTORI
CANDIDATO · PRAETORI
sic TVTILARI COMITIS IN *sic*
TRA CONSISTORIVM
TERTIO PRAEFECTO VR
BI VTRIVSQVE INPE
RII · IVDICII SVBLIMITA *sic*
TO PRAEFECTO PRAETO
RIO ITALIAE AFRICE ET (
INLYRICI QVOD ET PRAE
SENTIBVS GLORIAE ET
FVTVRIS INTCITAMEN *sic*
TO AD VIRTVTEM FORE RO
GANTIBVS ARICINIS ·
QVI BENEFICIIS ET RE
MEDIIS EIVSDEM AMPL
ISSIMI VIRI AB INTORA *sic*
BILIBVS NECESSITATI
BVS FVERANT VINDICA
TI OB PRAESTITA CIRCA
SE BENEFICIA ORDO
ET CIVES STATVAM
CONLOCAVERVNT

Descripsit Henzen, cui dederat Rosa apographum et ectypum: edidit cum commentario *bull. dell' Inst.* 1857 p. 37 (cf. epistula Borghesi ad Henzenum, opp. 8 p. 569). Legitur etiam in actis ms.
Anicio Achilio Glabrioni Fausto clarissimo viro, quaestori candidato, praetori tutilari (sic), *comitis* (sic) *intra consistorium, tertio praefecto urbi utriusque imperii iudicis* [*sublimitato* (i. e. *iudicio imperatorum utriusque imperii ad praefecturam urbis evecto*), *praefecto praetorio Italiae Afric*(*a*)*e et Inlyrici, quod et praesentibus gloriae et futuris inticitamento* (sic) *ad virtutem fore*(*t*), *rogantibus Aricinis, qui beneficiis et remediis eiusdem amplissimi viri ab intolerabilibus necessitatibus fuerant vindicati, ob praestita circa se beneficia, ordo et cives statuam conlocaverunt*.
Ad eundem virum pertinent tituli urbani vol. VI n. 1676—1678. Cf. Henzen *bull.* l. c.

Aricia aliquoties ideo quod fuit prima mansio viae Appiae Romam relinquentibus (Horat. serm. 1, 5, 1; Tacitus hist. 4, 2. Martial. 2, 19, 3. 12, 32, 10; Philostratus Apollon. 5, 43 cf. 4, 36), eodem pertinet Val. Max. 8, 2, 4, ubi narratur damnatio eius, qui equo commodato sibi usque Ariciam ulteriore eius municipii clivo vectus erat, ad quod iudicium respiciunt praeterea Gaius 3, 196 et Gellius 7, 15 et Symmachus ep. 7, 69, et propter alias causas (Colum. 10, 139; Plin. 14, 12. 17, 213. 19, 110. 140. 141. Symmachus rel. 49). Aetate labente splendor Ariciae ea re obscuratus est quod paene in finibus agri Aricini ac paullo plus spatio milliarii ab ipso municipio nata est civitas Albanensis; inde factum est ut Aricia non memoretur in annalibus veteris ecclesiae. Presbyter is, cuius habemus titulum sepulcralem infra n. 2210, num fuerit presbyter ecclesiae Aricinae, valde dubito.

Historiam Ariciae scripsit Emmanuel Lucidi canonicus Aricinus libro edito *Memorie storiche dell' antichissimo municipio ora terra dell' Ariccia e delle sue colonie Genzano e Nemi* Romae 1796. Is quas inscriptiones primus edidit partim habuit ex schedis (n. 2158. 2179), pleraque ipse videtur vidisse, eas potissimum quas inter annos fere 1789 et 1791 in territorio Aricino fossionibus institutis repperit Despuig, de quibus effossionibus praeterea conferendus est Huebner *Antike Bildwerke in Madrid* p. 292.

Finibus Aricinorum comprehendebatur nemus sacrum Dianae, situm in eo fere loco ubi hodie est oppidum Nemi, testibus inscriptione n. 2213 et ipso nomine oppidi quod hodie est. Lacus, cui adiacet Nemi, apud antiquos nomen habuit Speculum Dianae teste Servio ad Verg. Aen. 7, 516[1]; et ipsa Aricia a nemore Dianae apud poetas appellatur *nemoralis* (Ovid. fast. 6, 59. Lucan. 6, 75. Martial. 13, 19, 1). Dedicavisse *lucum Dianium in nemore Aricino* Egerium Laevium Tusculanum dictatorem Latinum pro nomine Latino legebatur apud Catonem libro II originum teste Prisciano[2]. Ipsum Dianae cultum Aricinum postea solito more ab exteris repetiverunt scriptores[3]; alii ab Hippolyto Thesei filio[4]), quem post mortem ab inferis excitatum factum esse Virbium voluerunt[5]), qui Virbius apud Aricinos pro numine colebatur[6]), alii ab Oreste. Et illa opinio fortasse ex eo tantum nata est quod a nemore Dianae Aricino equi arcebantur (Verg. Aen. 7, 778. Ovid. fast. 3, 266), equi autem mortis causa fuerant Hippolyto. Orestem qui sacra Dianae Aricina condidisse voluerunt, id sine dubio secuti sunt ut explicarent similitudinem quae intercedere videbatur inter morem Scythiae, unde simulacrum Dianae ab Oreste raptum esse Graeci tradiderant, et ritus fani Aricini. Nam non solum ut apud Scythas, ita etiam in nemore Aricino olim Dianae hostiis humanis sacrificatum esse credebatur, sed etiam sub imperatoribus mos ibi mansit peregrinus vel tale qui Romanis peregrinus videri deberet, ut sacerdotes Dianae crearentur homines infimae condicionis, sed manu valentes, gladiatores potissimum et fugitivi, eo modo ut is qui sacerdotem depugnando vicisset ipse fieret sacerdos (Pausanias 2, 27, 4: ἔνθα ἄχρι ἐμοῦ μονομαχίας ἆθλον ἦν ἱερᾶσθαι τῇ θεῷ τὸν νικῶντα, ὁ δὲ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προέκειτο οὐδενί, οἰκέταις δὲ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας. Strabo 5, 3, 12: καὶ γὰρ τὸ βαρβαρικὸν κρατεῖ καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος· καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐστιν ἀεί, περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις, ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. Cf. Servius ad Verg. Aen. 6, 136). Id quoque mirum est hunc infimae condicionis sacerdotem appellari *regem*. Suet. Cal. 35: *Nemorensi regi quod multos iam annos poteretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit*. Ovid. ars amat. 1, 259: *suburbanae templum nemorale Dianae partaque per gladios regna nocente manu*. id. fast. 3, 271: *regna tenent fortes manibus pedibusque fugaces, et perit exemplo postmodo quisque suo*. Valerius Flaccus 2, 305: *sub non mitis Ariciae rege*. Statius silv. 3, 1, 55: *profugis cum regibus . . Aricinum Triviae nemus*. Lucanus 3, 86: *qua sublime nemus, Scythicae qua regna Dianae*. Ex inscriptionibus tales sacerdotes non innotuerunt[7]), immo in inscriptione n. 2213 dedicata Dianae Nemorensi Vestae sacerdotes memorantur nulli, magistratus Aricinorum. — Sed quamquam ignobiles erant sacerdotes, ipsum fanum Nemorense inter nobilissima erat Latii; splendorem eius demonstrat et id quod a. u. 713 pecuniam mutuam ex eo sumpsit Caesar Octavianus (Appian. b. c. 5, 24), et crebra mentio quam eius faciunt tam poetae (vide supra) quam prosae orationis scriptores[8]). — Villam in (agro) Nemorensi aedificavit dictator Caesar, sed mox diruit, teste Suetonio Caes. 46, qua de re cf. infra n. 2225.

Inscriptiones in oppido Nemi descriptas quamquam vere esse Aricinas apparet ex supra dictis et ex adnotatis ad n. 2213. 2222, tamen seiungere eas ab Aricinis et proprio capite exhibere commodius visum est.

De Genzano oppido vide supra p. 192.

---

1) Idem nomen repertum est in titulo territorii Labicani infra edendo hoc: *Af specula Dianae usque, fundo Clementiano pedatura Proclini passus, plus minus mille*, sed ubi de lacu Nemorensi non videtur posse cogitari, cf. de Rossi *bull. municipale* 1 (1873) p. 270 et quae infra ad eum titulum adnotabuntur.

*m. publilius publili*AE · ET · VIBI · RVF*i l. strato*
fecit SIBI ET
*vibiae epudeni conlib*ERTAE PII*ssimae et*

Descripsit Petrus Rosa.

3 ERTAT PTY traditur.

2559 in monasterio Grottaferratensi; repertam mas 1643 in horto monasterii facit COZZA.

protome protome protome
. . . . . M . . RVS . . . . .
T · VESTRICIO · IAMB
ST · T · VESTRICIO
TELESPHORO
5 T · VESTRICIVS
ONESIMVS · PATRONI
OPTIMIS · FECIT
ITEM · SIBI · ET · VESTRICIAE
MYRTIDI ET VESTRICIO
10 RVSTICO POSTERISQ
SVORVM

Descripsit de Rossi, vidi ipse. Cozza *giornale arcadico* vol. 190 p. 168/9 male corruptam, deinde *raccolta di Grottaferrata* n. 5.

1 oNESIMVS · IAMBVS · TELESPHORus Cozz.

2560 cippus. Prope Grottam ferratam *in una maceria in contrada Cipriana.*

. . . .
. . . . . LAVI . . . .
M · VIBIVS · NOSTI . . . .
AMICO · OPTIMO

Cozza *giornale arcadico* vol. 190 p. 122.

2561 rep. et adservata una cum n. 2632.

d M
HSACENI
RISSIMO
vix. A · N · XVII
5 ANIA
A MATER

Descripsit Ignatius Guidi.

2 de duabus primis litteris dubitavit Guidius, fuit fortasse THEAGENI.

2561a fragmentum tabulae litteris aetatis labentis. Ex pavimento ecclesiae Grottaferratensis extractum extat ibi in monasterio.

*vi*XIT
V R XXVIIII
NN
ET

Delineavit de Rossi *bull. crist.* 1872 tab. III fig. 2 cf. p. 112. 116. Cozza *raccolta di Grottaferrata* n. 24.

In parte aversa eiusdem tabulae extabat (et extat ex parte) titulus *salbo Fortunato epis(opo)* positus a Sarabo[no?] presbytero, propter aetatem qua scriptus est alienus ab hoc Corpore.

2562 rep. in ruderibus a dextra viae Latinae (cf. forma *rev. arch.* l. c. p. 23) inter Frascati et Grottam ferratam.

DEPVLS

Albert *rev. arch.* 38 (1879) p. 27.

Fortasse [*Iovi*] *depuls*[*ori*].

2563 fragmenta reperta ibi ubi n. 2562.

a
DM
COR

b
PAR ∘
∘ E ∘ M ∘ P

Albert *rev. arch.* 38 (1879) p. 27.

2564 in vinea Rosati in Cryptae Farratae territorio fragmentum marmoris optimi.

. . . . . IOLANI

Cardoni de Tusculano M. Tullii Ciceronis (Romae 1757) p. 36.

2565 cippus lapidis Albani repertus et adservatus una cum n. 2534.

NSIS · PIV

Descripsit Henzen.

2566 rep. ad Cryptam ferratam a. 1763, deinde Romae apud Marinium AMAD. Nunc Bononiae in museo publico (cf. Corp. XI, 104*, 7).

columba cum ramo *arca Noe*
TE IN PACE
TIMINIAE · ET
quod vixi RIDI DVLCISSI
ME FILIE OMNIG
5 SVAVII POSIDONIVS ETV
canis *aves*

Delineavit de Rossi *bull. crist.* 1872 tab. VIII fig. 1. Recognovit Bormann. Amaduzzi anecd. litt. II p. 496.

2 fin. I non vidit Borm., habet de Rossi. — 4. 5 *omni gratia*] *suavis* vel *omnig*[*enae*] *suavi*[*tatis*] proposuit Rossi.

XIV. Inter Tusculum et montem Albanum.

2567 cippi quadrati lapidis Albani; d prodiit, loco ut videbatur non antiquo, anno 1872 *nel tagliare la macchia che dai prati di Annibale scende al basso verso la valle dell' Algido e la via latina tra i prati predetti e quelli di Rocca Priora*; reliqui *rintracciati dai guardiani delle macchie nel tratto, che dalla sorgente di Pentima stalla scende ai prati di Rocca Priora* ROSSI.

a	b	c	d	e
AQVA AVG PVT P CIP XII	AQVA AVG PVT P CIP XIII	AQVA AVG PVT P CIP XV	AQVA AVG PVT P CIP XVII	AQVA AVG PVT P CIP XXVII

Vidit de Rossi, qui delineavit ann. inst. arch. 1873 tab. TU fig. 1. 2 cippos *d* et *e* cf. p. 176; reliquorum solos numeros edidit ib. p. 171.
De hac aqua Augusta aliunde nihil compertum est; cf. de Rossi l. c. et Lanciani *le acque* p. 115 seq., qui coniecit eam ex monte Albano pervenisse in praedium Albanum Domitiani. — 2 *put(eus) p(ublicus)* legit Rossius.

2568 in tabula marmorea sub imagine Fortunae inter duas mulieres (et harum et illius inferior tantum pars extat). Rep. a Locatellio *entro la macchia di Rocca di Papa*, deinde Rocca di Papa apud eundem.

S · D · FORT · FELICIT · D · D

Delineavit de Rossi ann. inst. arch. 1873 tab. TU fig. 3 cf. p. 179; descripsit Hensen.
S(anctae) d(eae) Fort(unae) Felicit(ati) d(ono) d(edit) scilicet is, cuius nomen cum parte superiore tabulae periit.

2569 rep. ibi ubi n. 2568.

D · M
SEX · ANTIS·
MONTANO
Q · V · A dVO
S AVS · M · II d · X
F · FESTIANVS
ACTOR · e · m ·

Descripsit de Rossi et edidit ann. inst. 1873 p. 179.

2570 fistula plumbea. Rep. ibi ubi n. 2568, deinde Rocca di Papa in aedibus Locatelli.

XII CN CASSI SVSCAT...

Descripsit de Rossi et edidit ann. inst. arch. 1873 p. 180.

2571 fistula plumbea. Rep. ibi ubi n. 2568, inde Rocca di Papa in aedibus Locatelli.

T · CISPIVS VERVS FEC

Descripsit de Rossi et edidit ann. inst. arch. 1873 p. 180.
Alterum T. Cispium aquarum habemus infra n. 2683 in fistula reperta in ipso Tusculo.

2572 fistula plumbea. Rep. una cum n. 2561 deinde Rocca di Papa in aedibus Locatelli.

SEPTIMIVS SECVNDINVS FECIT

Descripserunt Hensen et de Rossi; hic edidit ann. inst. arch. 1873 p. 180 et in tabula adiuncta TU n. 5.

2573 fistula plumbea. Rep. una cum n. 2561 inde Rocca di Papa in aedibus Locatelli.

M TREBELLI
HIEROCLIS

Descripsit de Rossi et edidit ann. inst. arch. 1873 p. 180 et in tab. adiuncta TU fig. 7.

2574 duo fragmenta magna marmorea eiusdem inscriptionis, litteris pulchris, inter Frascati et Rocca di Papa, ibi ubi adscensus hoc oppidum versus principium habet, loco dicto *Monte della Castagna* HENZ., mille fere passibus sub eo loco ubi prodierunt n. 2588 seq., in agris Troili ROSSI.

CN · F · PAP ... EROS

Descripserunt Henzen et de Rossi; hic edidit ann. inst. arch. 1873 p. 183.
In. c non vidit Rossi.

XV. TVSCVLVM (prope *Frascati*). Tribu Papiria.

Tusculum[1]) conditum a Telegono Ulixis filio perhibent poetae aetatis Augusti (cf. Schwegler hist. Rom. 1 p. 318 not. 6) crediderüntque ea aetate ipsi Tusculani, teste inscriptione n. 2649 Augusto fere aequali, et fortasse etiam aliquanto antea[2]); gentem certe Tusculanam Mamiliorum iam sexto urbis Romae saeculo originem ab Ulixe repetisse constat ex nummis[3]). Verum non defuerunt, qui Tusculum enumerarent inter colonias ab Albanis regibus deductas (Diodor. l. VII, Origo gentis Rom. c. 17). Veriloquium nominis a Festo p. 355 propositum consulto omitto. Vergilio quod non memoratur, olim nonnullos tenuit[4]; causa est sine dubio, quod *Tusculum* vocabulum parum aptum est versui heroico[5]). Inde quod *in suburbano Tusculani agri colle qui Corne appellatur*

1) Pluraliter *Tusculi* sive *Tuscula* videtur usurpari in titulo lectionis certae supra n. 411.
2) Sine dubio etiam antea quam Telegoni nomen audiverant Tusculani suum habebant conditorem, ut Romani Remum vel Romulum, Praenestini Caeculum, Tiburtes Tiburnum; sed eius memoria periit.
3) Nummi aenei inscripti ·MAMILI (apud Momms. hist. rei numm. p. 218 n. 88), in quibus repraesentatur Ulixes, videntur esse cusi circa annum 600 a. u. c. Multo recentiores sunt nummi argentei inscripti C MAMIL LIMETAN, in quibus item est Ulixes (Momms. l. c. p. 602 n. 230). Cf. Paulus Festi p. 481: *Mamiliorum familia a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreaverat, est appellata.* Liv. 1, 49, 9 (*Octavius Mamilius*) *si famae credimus ab Ulixe deaque Circa oriundus.* Dionys. 4, 45. Quod Tusculi repertae sunt tabulae fictiles repraesentantes res petitas ex Odyssia (Canina *Tuscolo* p. 90 cum tab. 1; fortasse etiam tabula musei Kircheriani, ap. Winckelmannum *Monumenti inediti* tab. 151 cf. p. 217 et Caninam l. c. tab. 4, Tusculo oriunda est), quae de re monuit Rossi ann. inst. arch. 1873 p. 188, ei rei non nimium tribuerim, nam similes tabulae etiam extra Tusculum non paucae prodierunt.
4) Mattei p. 40. Nibby *analisi* 3 p. 207.
5) *Tusculum*, *Tusculi*, *Tusculo* versui aptari non potest nisi per elisionem ultimae syllabae in tali vocabulo a Vergilio raro admissam. Eadem de causa

latur lucus fuit, ut refert Plinius h. n. 16, 242, *antiqua religione Dianae sacratus a Latio*, noli colligere Tusculum aliquando fuisse caput Latii; quamquam nescio quo tempore universo Latio dictatorem dedit, teste Catone apud Priscianum (cf. supra p. 204 not. 3). — In annalibus qui extant Tusculi prima mentio fit sub Tarquinio Superbo, qui Octavium Mamilium Tusculanorum principem affinitate sibi dicitur coniunxisse (Liv. 1, 49. 2, 15, 7; Dion. 4, 45), et post reges exactos eo bello quod concitante Mamilio universi Latini cum Romanis gessisse dicuntur (Dion. 5, 21. 50 seq. 61. cf. Liv. 2, 18. 19). Deinde auctores quodammodo dividuntur; Diodorus enim (11, 40) anno 270 bellum gestum esse cum Tusculanis urbemque eorum expugnatam esse refert, Livius autem et Dionysius non solum de hac re tacent, sed ubicunque mentionem faciunt Tusculanorum, id quod fit sub a. 294 (Liv. 3, 18; Dion. 10, 16[1]), 295 (Liv. 3, 23; Dion. 10, 20), 299 (Liv. 3, 31, 3; Dion. 10, 43), 303 (Liv. 3, 38. 42; Dion. 11, 3. 23), 344 (Liv. 4, 10, 5), 360 (Liv. 5, 28, 11), 377 (Liv. 6, 33, 6), coniunctos eos repraesentant cum Romanis, vel ferentes eis auxilium vel ab eisdem implorantes[2]); atque etiam cum a. 373 in suspicionem defectionis venissent, non bello coercitos vel agro multatos, sed in civitatem Romanam receptos esse (Liv. 6, 25 cf. 6, 33, 6 et c. 36, 2; Dion. 14, 6; Plut. Cam. 38; Dio Cass. fr. 28). Nihilominus ob eodem Livio bello ei, quod a. 414 Latini cum Romanis gesserunt, Tusculani interfuisse dicuntur (Liv. 8, 7, 2; c. 14, 4) et a. 431 accusati esse a tribuno plebis, quod eorum ope Veliterni et Privernates a Romanis defecerint, absoluti tamen (Liv. 8, 37). Quid quod fuit qui eodem anno 431 bellum gestum esse cum Tusculanis atque de eisdem esse triumphatum narraret[3]); quamquam haec narratio habet quibus offendat[4]). Apparet veteribus auctoribus de antiquiore historia Tusculi nequaquam constitisse. Hoc constat Tusculum fuisse municipiorum populi Romani, id est populorum ad rem publicam Romanorum ita adiunctorum, ut suam aliquam retinerent rem publicam, vel antiquissimum vel certe ex antiquissimis[5]); anno quidem 416, quo ex reliquis populis Latii Romae vicinis facta sunt municipia (Liv. 8, 14), Tusculum civitatem Romanam iam habuit (Liv. 8, 14, 4). Supra p. 188 vidimus Lanuvio in civitatem Romanam recepto sacra aliqua communia facta esse Romanorum atque Lanuvinorum obque eam rem Romae institutos sacerdotes Lanuvinos; simile aliquid factum esse post civitatem cum Tusculanis communicatam indicant *sacerdotes Tusculani* lecti, similiter ut Lanuvini, ex primoribus equitum Romanorum neque quicquam ad municipium Tusculanorum pertinentes (*sacerdos Tusculanus*, equo publico ornatus, huius corporis vol. V n. 27; *sacer. Tuscul.*, vol. IX n. 3555, non diversus videtur esse *sodalis sacror. Tusculanor.*, equo publico, vol. V n. 3035; fortasse huc pertinet etiam *praesul sacerdot. Tusculanor.* femina, vol. VI n. 2177, cf. infra ad n. 2617). Civitas Tusculanis impertita ab initio vix fuerit plena[6]); omnem plebem Tusculanam iam anno 432 ius suffragii Romae habuisse inde, quod eo anno L. Fulvius ex Tusculo, ut dicitur, oriundus[7]) Romae consulatum gessit, vix recte colligitur. Postea Tusculani suffragium ferebant in tribu Papiria[8]) atque etiam in ea dominabantur[9]). Primus e Tusculo ad consulatum pervenisse videtur is de quo dix L. Fulvius anno u. c. 432; num recte dicatur Iuventius aliquis origine Tusculanus ante illum annum aedilis curulis Romae factus esse isque primus non patricius, dubitari potest[10]). Post acceptam civitatem in rerum historia Tusculum raro memoratur. Hannibalem ante portas suas vidit anno u. c. 543 (Liv. 26, 9, 12). Videntur Tusculani, ex quo ius suffragii Romae nacti sunt, paulatim facti esse vere Romani; nobiliores ex eis honores Romae petisse et obtinuisse, domicilium quoque Romae collocavisse[11]). Fulvii, de quibus iam diximus, Coruncanii, Iuventii, Fonteii, Porcii Catones originem e Tusculo ducebant. Sub finem liberae rei publicae refertum erat, ut Ciceronis (pro Planc. 8, 19) verbis utar, Tusculum consularibus; plures ex eo numerabantur familiae consulares quam ex reliquis municipiis omnibus. Desierant ea aetate Tusculani cives suos Romae degentes studiis municipalibus prosequi vel ex eorum honoribus peculiarem municipio suo gloriam quaerere; 'num quando vides', Iuventium adloquitur Cicero (pro Planc. 8, 20), 'Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de Ti. Coruncanio municipe suo, num de tot Fulviis gloriari?'. Omnino haec, si quae alia civitas veteris Latii, mature desiit suam ut ita dicam vitam agere et plane coaluit cum urbe Roma, facta eius suburbanum propter amoenitatem et salubritatem ditissimo cuique et nobilissimo adamatum. Fortasse iam ante bellum Hannibalicum coeperunt nobiles Romani villas in agro Tusculano extruere et per partem anni sedem ibi collocare; fundum certe in agro Tusculano habuit is qui a. u. c. 503 consul Poenos devicit et paulo post pontifex maximus factus est L. Caecilius Metellus (Val. Max. 1, 8, 8); Ciceronis aetate, ut testes sunt tam libri eius quam epistulae quovis paginis, pleni erant colles Tusculani villis et praetoriis — βασιλείων κατασκευὰς ἐκπρεπεστάτας appellat ea Strabo 5, 3, 12 p. 238 — et manserunt toto aevo imperatorio. Maxime nobilitavit agrum Tusculanum copia aquarum — εὔγεως καὶ εὔυδρος dicitur Straboni l. c. —, ex qua partem dedit in usus urbis Romae, scilicet (inde ab a. u. c. 539) aquam

Horatius serm. 1, 6, 67 Ausculum significare maluit quam dicere (cf. Mommsen huius corporis vol. IX p. 98). — *Tuscula tellus*, quod habet iam Tibullus 1, 7, 57, *Tusculus* (*ager*), quod est in carmine huius corporis vol. IX n. 3979 v. 2. alia similia, a severis carminis Vergiliani legibus abhorrent.

[2] Narratur ea anno, Capitolio Romae ab exulibus occupato, sua sponte Romanis auxilio venisse. — Eandem rem videtur rettulisse Cato libro primo, ut traditur, originum (apud Priscianum 6, 30. 96), sed paullo aliter atque Dionysius et Livius, nam *de omni Tusculana civitate soli Luci Mamili beneficium gratum fuisse*, quae sunt verba Catonis, Livius et Dionysius nequaquam innuunt.

[3] Eiusdem generis est narratio relata e Varrone rerum humanarum l. VIII (ap. Festum p. 348) Oppium montem urbis Romae nomen accepisse ob Oppium Tusculanum, qui Tullo Hostilio Romae regnante, dum is Veios oppugnaret, missus esse dicebatur *cum praesidio Tusculanorum ad Romam tuendam*.

[3] Plinius n. h. 7, 136: *est et L. Fulvius inter insignia exempla* (*Fortunae varietatis*), *Tusculanorum rebellantium consul, eodemque honore, cum transisset, exornatus confestim a populo Romano* (a. 432), *qui solus eodem anno quo fuerat hostis Romae triumphavit ex iis quorum fuerat consul.*

[4] Non id offendit quod hic de Tusculanis triumphus alibi non memoratur, immo in tabula triumphorum Capitolina Fulvius dicitur triumphasse de Samnitibus, et videtur habuisse etiam pars auctorum Livii (8, 40, 10), nam Plinius diversos eosque meliores fontes sequi potuit, minus etiam quod Fulvius Plinio dicitur Tusculanorum consul, nam ita cuiusque rei publicae summus magistratus dici poterat per antithesin. Id ipsum, Romanos sociorum rebellantium duci anno insequenti consulatum detulisse, licet summamus verborum studio e Plinio rem esse in maius auctam, non credo; quamquam aliter iudicavit Niebuhrius.

[5] *Tu es e municipio antiquissimo Tusculano*, Iuventium adloquitur Cicero pro Planc. 8, 19, *hic* (Plancius) *e praefectura Atinati non tam prisca*, quamquam nullam etiam civitatem ante Tusculum ad ius municipii pervenisse his verbis Cicero vix voluit dicere. Idem aliis quoque locis (pro Balbo 13, 31, de off. 1, 11, 35) populos in civitatem receptos enumerans Tusculanos semper primo loco nominat.

[6] Paulus Festi p. 127 Tusculanos una cum Fundanis Formianis Cumanis Acerranis Lanuvinis enumerat inter *eos qui cum Romam venissent neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum civibus Romanis praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo*; eos tamen post aliquot annos cives Romanos effectos esse. Inde quod Livius sub anno 494 narrat causam, cur tribulibus tribus Pollias Papiria semper fuerit infensa, noli colligere iam tum Tusculanos fuisse in ea tribu.

[7] Plin. n. h. 7, 136 (vid. not. 3). Gentem Fulviam Tusculo oriundam facit praeterea Cicero pro Planc. 8, 20. Philipp. 3, 6, 16 (coniate 3, 90, 90).

[8] Lucilius apud schol. Bob. p. 215 Or. *prima Papiria Tusculidarum* (traditur *tu soldarum*). Liv. 8, 37, 12 (inde Val. Max. 9, 10, 1). Huius corporis vol. VI n. 619 (anni p. C. 430): *C. Coelius C. f. Papiria Valens*. — Inter inscriptiones ipsius Tusculi vel agri Tusculani sola n. 2574 tribum Papiriam habet.

[9] Ex Pollia tribu Tusculanis invisa usque 'ad patrum memoriam' nullum candidatum Papiriam tribum tulisse auctor est Livius l. c.

[10] Iuventios Tusculo esse oriundos inter omnes constabat aetate Ciceronis, nam is ita adloquitur M. Iuventium Laterensem (pro Planc. 8, 19): *tu es e municipio antiquissimo Tusculano, ex quo sunt plurimae familiae consulares, in quibus est etiam Iuventia.* Huius Iuventiae gentilis aliquis primus non patricius Romae ad aedilitatem curulem pervenerat, si credimus ei, qui Lateranensi in accusatione Cn. Plancii subscripsit, L. Cassio equiti Romano (Cic. pro Planc. 24, 58), id quod factum esse necesse est paulo post eum annum quo primum aediles curules creati sunt, nam paene ab initio ad hanc magistratum admissos esse plebeios (et quidem ita ut alternis annis patricii et plebeii crearentur, cf. Mommsen *Röm. Forsch.* 1 p. 97) indicat Livius 7, 1, 6. A certiore auctore hanc rem sine ulla dubitatione acciperemus, L. Cassio ne Cicero quidem videtur credidisse, ut ipse non tecte significat l. c.

[11] Exhaustum esse veteribus civibus Tusculum inde fortasse colligi potest quod tribus Tusculanorum Papiria in inscriptionibus Tusculanis vix umquam reperitur (cf. not. 8). Ceterum etiam eos ex Tusculanis, qui Romae honores nacti erant, non repudiavisse honores patriae iam municipales constat ex exemplis Q. Coelii Latiniensis (n. 2626) et M. Cordii Rufi (n. 2603).

Tepulam (Frontinus cap. 8)[1]) et postea, inde ex aedilitate Agrippae (a. 721), aquam Iuliam[2]) (Frontinus cap. 9), partem sibi retinuit, ut aquam Crabram, pro qua Cicero municipio Tusculanorum vectigal pendabat (Cic. de lege agr. 3, 2, 9, cf. ad fam. 16, 18, 3. pro Balbo 20, 45) et quae postea quoque villas agri Tusculani irrigabat, licet saepius eam interceperint aquarii aquae Iuliae (Frontinus l. c.), et ab hac ut videtur diversam (cf. de Rossi ann. inst. arch. 1873 p. 177) aquam Augustam, cuius cippi extant n. 2667. Ex imperatoribus in agro Tusculano saepius moratus est Tiberius ultimis potissimum vitae annis (Ioseph. ant. 18, 6, 6. Dio 58, 24), deinde Neroni filio iam invisa Agrippina (Tac. ann. 14, 3); sed postea quoque imperatores villas in agro Tusculano habuerunt, ut indicat titulus n. 2608 a procuratore villarum Tusculanarum eodemque Flaviorum alicuius liberto in ipso agro Tusculano positus uxori defunctae. Privatorum villas eo tempore testantur non solum tituli nobilium Romanorum sparsi per agrum Tusculanum tam sepulcrales quam honorarii, sed etiam scriptores (Seneca de benef. 4, 12; Suet. Galba 4; Plin. ep. 4, 13, 1. 5, 6, 45; Macrob. sat. 7, 7, 14). Ipsum Tusculum aetate imperatoria a scriptoribus vix umquam commemoratur (testamentum aliquod, quo portiones agrorum libertis testatoris legatae poenae nomine rei publicae Tusculanorum cedere debebant citatur a Scaevola Dig. 36, 38, 5), memoratur interdum in inscriptionibus externis, ut supra n. 372 et 461, ubi videmus homines Ostienses saepius seviratu Augustali apud Tusculanos fungi voluisse, et infra n. 2763. 2795 cf. p. 278 extr. Curatorem rei publicae Tusculanorum tertii p. C. saeculi initio novimus L. Marium Perpetuum (huius corporis vol. III n. 1178). Et quamquam iam Ciceronis aetate Tusculum frequentia superabatur a municipiis novi Latii vel Campaniae (pro Planc. 8, 21: *pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur*, de leg. agr. 2, 35, 96, ubi Lanuvium Aricia Tusculum cum oppidis Campaniae comparantur), tamen aliquatenus certe splendorem suum retinuit toto aevo imperatorio, nec minus aetate labente, donec tradidit eum oppido quod medio aevo ibi prope natum est Frascati[3]).

Iam videamus, qui magistratus fuerint Tusculi. Reges excepto Telegono (Sil. Ital. 7, 693) nulli memorantur, memoratur dictator a Livio 3, 18 L. Mamilius et alter ab eodem 6, 26, 4[4]); inscriptiones neque dictatorem[5]) dederunt neque praetores vel quattuorviros, dederunt aediles (n. 2580 [*aedil(itate) L. Avilli Metiliani et . . Vibi Ruf.*, similiter n. 2676 *positum aedil(itate) P. Valeri Bassi*, unde magistratus eponymos fuisse aediles conieceris; praeterea aedilium collegia sunt n. 2666. 2665. 2626. 2636, singuli aediles n. 2634. 2638) et aediles quinquennales (n. 2621). Magistratus aliquos, ipsos aediles ut puto, ludos edere debuisse, sed nonnumquam summam ludis destinatam in opus publicum impendisse colligitur ex n. 2623. Servus *publicus Tusculanorum*, municipii *arcarius*, in urbe Roma reliquit titulum huius corporis vol. VI n. 2307. — Ordo etiam imperatorum aetate plerumque appellabatur senatus (n. 2581. 2523. 2666—2666; *senator municipi* n. 2634, in eodem tamen titulo est *ordo*, *senator* n. 2536). Sacerdotes publici[6]) memorantur salii a Servio ad Aen. 8, 285, in inscriptionibus augur (n. 2580. 2629), rex sacrorum (n. 2634), praefectus sacrorum (n. 2580), monitor sacrorum (de quo cf. ad n. 2603); item sacerdotibus videtur adnumerandus esse aedilis lustralis (n. 2603. 2628 cf. n. 2580). Sacerdos Isidis, libertinus ut videtur, est n. 2586. Castorem et Pollucem a Tusculanis peculiariter cultos esse ut numina tutelaria, inde videtur posse colligi quod homines ex Tusculo oriundi Manius Cordius et Manius Fonteius in nummis, quos Romae cuderunt, eorum deorum imagines insculpserunt (cf. ad n. 2603)[7]); scriptores quoque cultum Castoris et Pollucis Tusculanum testantur Cicero de div. 1, 43, 98 et Festus p. 313 s. v. Stroppus. Aedituos Castoris et Pollucis collegium effecisse constat ex n. 2637, ubi memoratur *mag(ister) aeditu(orum) Castoris et Pollucis*, et ex n. 2622, ubi memoratur eorundem curator. Ei collegio aetate imperatoria videtur esse iniunctus cultus domus Augustae; nam in inscriptione n. 2620 memorantur *Augustales aeditui* (*Castoris et Pollucis*, et in ea quam iam citavi n. 2637 *mag(ister) aeditu(orum) Castoris et Pollucis* dicitur praeterea *Augustalium h(onore) esse f(unctus)*. Conferri potest quod Tibure, ubi praecipue colebatur Hercules, ex antiquo collegio Herculaneorum aetate imperatoria facti sunt Herculanei Augustales. Sed praeter illos Augustales eosdemque aedituos Castoris et Pollucis fuit Tusculi collegium *sevirum Augustalium* (n. 2608 et supra n. 372. 421). — Collegia praeterea memorantur *dendrofori* in titulo n. 2634 posito ob *oblatum honorem praefecturae* ab eo collegio, deinde *sodales lusus iuvenalis* (tabella inscripta his ipsis verbis n. 2640; *curator lusus* [*iuvenalis*] n. 2666; *sodal(is) itemq(ue) aedil(is) et curat(or) sodal(ium)* n. 2636, ubi aedilitas quoque pertinet ad sodales, nam aedilitas municipalis diserte ab ea distinguitur), inter quos notabile est fuisse etiam mulieres (*Plutiae A. f. Olympiadi sodali iuvenum* n. 2635: *Flaviae C. f. Tarentinae, municipi et sodali* n. 2631; tesserae plumbeae apud Garruccium *piombi* p. 30. 78 cum tab. I n. 6 et apud Ruggerum catal. mus. Kirch. p. 166 n. 1100/1 inscriptae, ut videtur, *sodales Tusculani* sive *Tusculanae*[8]). — Collegio funeraticio videntur fuisse *cultores Dianae(?)* n. 2633 et *collegium salutare* n. 2653.

Tusculum fuisse in eo colle, ubi hodie est Frascati, cuius oppidi cives et clerus numquam desierunt appellari Tusculani, verum non eo ipso loco, quo est id oppidum, sed paulo supra, ubi etiam ante eas effossiones, de quibus statim dicemus, cernebantur rudera conspicua, intra fines agrorum hodie villis Rufinellae et Aldobrandinae adnexorum, neque antea ignorabatur et ex omni dubio exemptum est effossionibus institutis a dominis villae Rufinellae, quibus inscriptiones ad rem publicam Tusculanorum pertinentes debentur paene omnes. Holstenio quidem (annot. ad Clover. p. 190) visum erat collocare Tusculum eo ipso loco ubi est Frascati, eamque opinionem avide arreptam pluribus defendit Dominicus Barnabas MATTEI edito libro *Memorie istoriche dell' antico Tuscolo oggi Frascati* (Romae 1711. 4.) p. 10 seq., sed ei sententiae hodie satis refutatae immorari non attinet. Multo magis quam propter errorem illum quem cum Holstenio habuit communem vituperandus est Matteius propterea quod epigraphicen Tusculanam sive potius agri Tusculani — nam inscriptiones vere Tusculanae nondum erant notae — variis fraudibus maculavit. Primum enim inter inscriptiones ab eo prolatas insunt nonnullae nemini alii postea visae et ita comparatae, ut si ab optimo quidem auctore pro genuinis accipi possint[9]) (quamquam alias inscriptiones ab eo primum editas postea auctores idonei confirmaverunt n. 2583. 2654. 2661. 2660. 2716. 2756. 2765 cf. etiam n. 2627), deinde, in quo genere fraus est etiam magis manifesta, inscriptiones non ita paucas repertas Romae vel alibi neque ipsi notas nisi per libros Frascati vel prope Frascati repertas esse narravit. Ansam praeterea erroribus dedit Matteius ea re quod inscriptiones alienas neglegenter inter Tusculanas citavit. Causam cur fraudes libri Matteiani ab ipso Matteio in ignotum aliquem eius auctorem debeant amoveri, nullam video[10]). Nimirum, qui primus edit titulum falsum non laudato auctore, aut ipse auctor est aut loco auctoris quem ignorare nos voluit merito habetur

1) Cf. supra p. 218 cap. XIII not. 1. — Locum ubi concipiebatur aqua Tepula adhibito Frontino definiverunt Ang. Secchi *intorno ad alcune opere idrauliche antiche, Atti dell' accad. pontif. de' nuovi Lincei* 29, 1876 p. 090 seq., et hunc secutus Lancianus *le acque* p. 88.

2) Huius aquae caput reperisse se scribunt Secchius l. c. p. 024 et Lancianus p. 81 prope pontem qui dicitur *degli Squarciarelli* (inter Frascati et Marino).

3) Quando natum sit oppidum Frascati et Tusculum habitari desierit, non huius loci est quaerere. Hoc tantum moneo, inter tot lapides tam scriptos quam non scriptos ex solo urbis Tusculanae erutos vix ullos inventos esse qui referant aetatem Christianam (de Rossi *bull. crist.* 1872 p. 142. 140 cf. p. 23).

4) De consule Tusculano apud Plinium n. h. 7, 136 vide p. 253 not. 9.

5) Inscriptio Mattei p. 70 *marco bebio | brix | dictatore* fidem non meret. — *Dictator Tusculanensium* chronici Cassinensis 4 c. 126 (Muratori Scr. rer. Ital. 4 p. 590 = Pertz Mon. Germ. scr. 7 p. 848) huc non pertinet (cf. Savigny *Geschichte des röm. Rechts im Mittelalter* I[2] p. 375 not.)

6) Ex *sacris Tusculanis* verba quaedam citat Varro de l. L. 6 16.

7) Etiam nummus aureus L. Servii Rufi (Eckhel 5 p. 310, Cohen *Sulpicia* 6), in cuius parte aversa legitur *Tusculum*, in fronte habet eosdem deos.

8) Garruccius exhibet sic SODALES TVSCVLAN, addens hoc vocabulum legendum esse *Tusculanae*, Ruggerius SODALES TVSCVLANE, Vulpius, quem sit Garruccius, legerat SODALES TVSCVLANI.

9) Ligorianas quoque nonnullas primus protulit Matteius ex apographo Ottoboniano, cuius voluminis decimi septimi, quo agitur de Tusculo, unde ? quam copiam habuit.

10) Reperiuntur quidem inscriptiones Matteianae scriptae manu mihi ignota folio singulari codicis universitatis Bononiensis n. 6 (antea Aula II D Capsula I sec. n. 16 fol. 2; sed id folium descriptum esse ex libro Mattei, re dist

(Mommsen praef. ad inscr. Neap.). — Inscriptiones vere Tusculanae debentur maxima ex parte, ut iam dictum est, effossionibus institutis in villa Rufinella. Coeperunt eae anno fere 1741, quo tempore ea villa erat collegii Romani Iesuitarum; inscriptiones tunc, si audimus qui de illis verba fecerant, anonymum aliquem *Giornale de' letterati* (Romae) 1748 p. 118 seq., quae repetivit Canina *Tuscolo* p. 87 seq., et Zuzzerium *Antica Villa scoperta sul dosso del Tuscolo* (Venet. 1748), non repertae sunt nisi fistularum plumbearum (n. 2682. 2688) et tegularum [1]), lapidariae nullae: attamen aut valde fallor aut tunc in museum collegii Romani venerunt inscriptiones infra editae n. 2638. 2648. — Multo plures inscriptiones in agris villae Rufinellae adnexis principio huius saeculi repperit Lucianus Bonaparte princeps Canini. Is quo tempore coeperit et quibus in locis singulas inscriptiones invenerit, accurate nemo adnotavit; edita est prima n. 2768 anno 1808; Nibbyus, qui pleraque ex eis edidit anno 1818 libri inscripti *viaggio antiquario ne' contorni di Roma* volumine altero [2]), vidit eas, ubi hodie quoque fere extant, collocatas ante et circum aedes villae Rufinellae, ita ut eis quae posteriores auctores de inventione singularum tradunt parva sit auctoritas. — Deinde, postquam villa Rufinella dominum mutavit facta primum Mariae Annae regis Sardiniae filiae ducissae Chablais, mox ipsius regis Sardiniae Caroli Felicis, ab hoc praefectus Aloysius Biondi effossiones in solo veteris Tusculi instituit anno potissimum 1825, quo tempore repertae sunt n. 2578. 2588. 2838, et postea, cum defuncto Carolo Felice Maria Christina vidua eius domicilium per aliquot aestates in villa Rufinella collocavisset, anno 1838 et insequenti. Extant de his effossionibus (potissimum anni 1825) schediasmata Biondii [3]), quae post eius mortem pervenerunt ad Caninam et cum huius schedis in bibliothecam universitatis Romanae Sapientiae sive Alexandrinam (cod. bibl. Sap. 108 E; cf. Narducci *notizie della biblioteca Alessandrina* p. 28); insunt in eis tam relationes de effossionibus anni 1825 quam exempla inscriptionum in villa Rufinella effossarum et ipsius Biondii et Amatii (haec praeterea habuimus ex Amatii pugillaribus nunc Vaticanis). Defuncto Biondio mense Sept. anni 1839 Maria Christina effossionibus Tusculanis praefecit Aloysium Caninam; is, ut erat homo calamo promptus, nactus schedas Biondii de quibus diximus, coepit scribere, ut ipsi adnotare placuit p. 18, exeunte anno 1840, absolvit et praelo tradidit ineunte anno 1841, librum magnae molis sed fructus exigui vel nobis, quibus praesto sunt schedae illae Biondii, paene nullius, cui titulus est *Descrizione dell' antico Tuscolo* (Romae 1841). Ceterum et ipse Canina effossiones paullulum continuavit, quo tempore repertae sunt n. 2620. 2641, et post eum Campana (vide n. 2678); denique nescio quo tempore prodierunt n. 2584. 2588. 2597. 2611. 2621, a nobis primum editae. Maior pars inscriptionum hodie quoque extat in villa Rufinella vel inter rudera ipsius Tusculi, paucae relictae sub dio perierunt; ablatam in castellum Agliè regni Pedemontani, cui signa certe Tusculi reperta destinata erant, nullam puto praeter solam n. 2784 statuae subscriptam, sed haec quoque non videtur eo pervenisse; certe extare in eo castello nullam inscriptionem ad Tusculum pertinentem retulit mihi ab amicis certior factus Vincentius Promis Taurinensis [4]). — Haec de inscriptionibus villae Rufinellae. Reliquae inscriptiones hoc capite editae — nam composui cum inscriptionibus repertis in ipso solo veteris Tusculi eas quae prodierunt in agro Tusculano non solum ibi ubi est Frascati, sed etiam ibi ubi est oppidum Monte Porzio, cum ex his certe n. 2580 vere sit Tusculana [5]) — reliquae inscriptiones hoc capite editae variis debentur auctoribus, quos enumerare non est opus, memorari tamen debet liber quem nuper scripsit Clara I. Wells mulier Britanna *The Alban hills*, vol. *I Frascati* [6]) (Romae 1878. 8°. 200 pp.), qui praeter multas inscriptiones vulgares vel etiam ex libris editis repetitas nonnullas habet antea non editas.

ponderata, repperi. Nam non solum textus inscriptionum idem est (errore ad huius corporis vol. VI n. 10603 v. 2 diversa lectio ex Matteio et ex codice Bononiensi adfertur), eaedem sunt locorum indicationes (nisi quod auctor codicis Bononiensis Latine eas vertit et interdum breviavit), sed etiam ordo quo recensentur inscriptiones idem est, id quod non aliter explicari posse puto quam ut homo aliquis doctus Romae ut puto degens inscriptiones ex libro Mattei excerptas in schedam retulerit (nam Matteius si ante oculos habuisset schedulam nunc Bononiensem, vix retinuisset eundem ordinem in referendis inscriptionibus et continuae narrationi libri sui inserendis). Selegit autem auctor schedulae Bononiensis, quisquis ille fuit, eas fere inscriptiones ad quas Matteius in margine libri sui nullum citat auctorem aut ineditam vel rarum, omisit eas ad quas citantur Fabrettius vel Gruterus

1) Fuit in his tegula inscripta M TVLI (huius corporis vol. I n. 1498) nunc adservata in museo Kircheriano. Hac relata a Zuzzerio p. 86 non sine specie veri ad M. Tullium oratorem et ipse Zuzzeri et post eum alii ea sunt ad definiendum situm villae Ciceronis Tusculanae. Inde ortae sunt lites diuturnae necdum sopitae, vindicantibus sibi Ciceronem monachis Basilianis qui constituti sunt Grottaferratae, Basilio Cardoni (de Tusculano M. Tullii Ciceronis, Romae 1757) et Iosepho Cozza (*il Tusculano di M. Tullio Cicerone*, act. Arcad. nov. ser. vol. 48 p. 97 seq.). Conferendus est de Rossi ann. inst. arch. 1873 p. 216.

2) A Nibbye pendet plerumque Melchiorri *Antologia* vol. XXI fasc. 61 (1826) in epistula data Romae d. 11 Dec. 1825.

3) Etiam publice verba fecisse de his effossionibus dicitur Biondi a P. H. Viscontio act. acad. pontif. Rom. X p. 29, scilicet quinquies in academia regia Taurinensi, quater in academia pontificia Romana, sed edita est ex his praelectionibus tantum una post mortem eius, in actis acad. pontif. Rom. X p. 379 seq.

4) Extat in castello Agliè inscriptio edita huius corporis vol. VI n. 2910 ex schedis Amatii, item a Carolo Promis *Torino antica* p. 358 n. 180 ex schedis Gazzerae, sed ea a Tusculo aliena est.

5) Etiam inscriptiones repertas Grottaferratae et prope Grottam ferratam Tusculanis esse adnumerandas supra dixi p. 244. — Accurata definitio terminorum antiqui Tusculani territorii hodie fieri nequit.

6) Indicavit librum et exhibuit Iulius Beloch.

2575 fragmentum marmoreum rep. fossionibus Biondii a. 1825 in monte Tusculano *sul confine di Tusculo della parte occidentale*, ubi prope ubi n. 2688 BIONDI ms. f. 4; Tusculi AMAT.

Apr.	Mai.	Iun.	Iul.	Aug.
	10 B C	8 G N MENTI		
	11 C LEM	9 H VEST	11 H C	
	12 D C	10 A N	12 A C LV*di*	
	13 E LEM	11 B MATR	13 B C IN CIR	
12 *ludi* CER	14 F C	12 C N	14 C C	12 H
13 *cid* LVDI	15 G EID MERC	13 D EID IOVI	15 D EID	13 A EID
xviz	XVII	XIIX	XVII	XIX
14 N LVD	16 H F	14 E F	16 E F	14 B
15 *fo* R	17 a C	15 F Q ST	17 F C	
		d f		

Typis expressum in folio singulari reperitur inter Biondii schedas f. 224 5, qui memorat f. 81' (in relatione data d. 18 Sept. 1825) et alibi (inde Canina p. 178), de visu Amati ms. Vat. 9751 f. 27. Recensuit Mommsen huius corporis vol. I p. 300.

Apr. 12 CIR Biondi, LCER Amati (hic e regione *Mai.* 13) — 14 V LVD Am., N LVD Biondi. — 15 a Biond., P Amat. — *Mai.* 10 BC Biond., *b*C Amat. — *Iun.* 8 CN MENT Amat. — *Iul.* 12 LV Biond., LX Amat. — *Aug.* 13 EID Biond., EII. Amat. — Discrimen litterarum maiorum minorumque observavit Amati, neglexit Biondi.

2576 cippus marmoreus BON. Ex Tusculo apud Ciampinium BON. Romae MVR.

CASTO
RIBVS
Q · FL
BALBVS
COS

Philippus Bonarroti cod. Marucell. A, 43 f. 16'; Murat. 363, 7, cui misit Ciampinius.

3 Q·ET Bon., Q·ET Mur., correxit Waddington collato titulo Bostrensi (Corp. III n. 95, Lebas-Waddington 3, 1946) dedicato *Q. Fl. Balbo leg(ato) Aug. pr(o) pr(aetore)* provinciae scilicet Arabiae.

2577 columna parva rep. Tusculi una cum n. 6976 et postea una cum ea adservata.

M · FOVRIO · C · F · TRIBVNOS
MILITARE · DE · PRAIDAD · FORTVNE · DEDET

Memorat Braun *bull. dell' Inst.* 1846 p. 171, sed qui videtur habuisse pro altero exemplo inscriptionis n. 6978. Ritschl priscae Latin. mon. epigraphica tab. XLIX a ad ectypum missum a Rosa; descripsit Mommsen huius corporis vol. I n. 64.

2 dedi ut descripsit Mommsen; FORT... (pro FORTVNE) Ritschl.

2578 columna parva. Rep. anno 1846 Tusculi effossionibus institutis a Campana ibi ubi ille putabat prodiisse n. 6799 seq., certe in villa Rufinella postea quoque extabat.

M · FOVRIO · C · F · TRIBVNOS
MILITARE · DE · PRAIDAD · MAVRTE · DEDET

Memorat primus Braun *bull. dell' Inst.* 1846 p. 171. Edita est a Campana in ephemerida *il Saggiatore* I (1844) p. 32 (inde *bull. dell' Inst.* 1847 p. 166) cum commentario Borghesii (repetito in eiusdem opp. 4 p. 129 seq.). Emendatam ad ectypum dedit Henzen syll. n. 6674. Denuo ad lapidem Mommsen huius corporis vol. I n. 63 (inde Garrucci syll. n. 970) et Ritschl p. Lat. mon. ep. tab. XLIX b, opusc. philol. tab. VIII a.

Hos duos titulos multo recentiores esse ea aetate quam indicant tam sermo vetustus quam litteratura, instauratos scilicet ad normam antiquissimi exempli, sibi persuasit Ritschl mus. Rhen. 16 p. 222 (= opp. philol. 4 p. 346), cf. p. Lat. monum. l. c.; de qua re videtur posse dubitari.

2579 basis lapidis Tusculani. Tusculi in villa Rufinella.

IOVI · LIBERTATI
SACRVM
POSITVM · AEDIL
P · VALERI · BASSI
PRAEF · FABRVM

Descripsit Henzen, recognovi ipse; imago est apud Ritschelium p. L. mon. ep. tab. LXXV L. Nibby *viaggio* 2 p. 44, *analisi* 3 p. 334; Melchiorri ms. et *Antologia di Firenze* vol. 61 fasc. 61 (1866) p. 124; Biondi ms. f. 66 (inde Canina p. 174); Amati ms. Vat. 9736 f. 9, 9761 f. 67' et apud Biondium ms. f. 33; Wells *Frascati* p. 219. Orelli 1286 cum add. Henzeni. Huius corporis vol. I n. 1124.

1 IOVI·LIBERTATIQ Meloh., male.

2580 parva ara marmorea. Apud Montem Portium in (agro) Tusculano DON. (Neap. ed.). — Apud Passioneium PASS. Romae in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* Dii I). — S. l. DON. (Vat.) FABR. — Romae in area S. Petri REIN.

M A R T I
G R A D I V O
D D
L · PLVTIVS · PIVS
AEDILIS . MONITOR
AVGVR · PRAEF · SACROR

Descripsit Henzen. Doni Vat. 7113 f. 194, Neap. p. 99, 6, ed. 1, 44 descriptam ab amanuense (inde pendet Fabretti 297, 168 'e schedis Barberinis', item, ut videtur, Reinesius 1, 670 'a schedis Langerm.'); Passionei 4, 16 (inde Donati 28, 4); Marini Vat. 9169 f. 67'; Borghesi *giornale arcad.* 4 (1819) p. 56 = opp. 9 p. 22; Henzen syll. n. 5679.

5. 6 *aedilis, monitor, augur, praef(ectus) sacror(um)*; aedilem videri esse *lustralem* (cf. infra n. 2603), monitorem eundem qui infra n. 2603 dicitur *mon(itor) sacr(orum)*, observavit Mommsen mus. Rhen. 1864 p. 462.

2581 in ruderibus veteris Tusculi.

MARTI · GRADIVO

Doni ed. 1, 46 (inde Donat. 29, 7) de visu, ut dicitur; schedae Donii cod. Marucell. A 693 p. 210. Vereor ne haec sit usta mero errore, initium scilicet eius quae praecedit.

2582 ara marmorea. Frascati in aedibus Aluffi Pentini.

NVMINI
DEORVM
D · D ·
Q · NAEVIVS
SCARPVS

Descripsit Rosa, unde edita est huius corporis vol. VI n. 239. Armellini *cronichetta mensuale* 1872 p. 141.

4 om. Arm. — 5 CARDVS Rosa.

2583 ara marmorea. Frascati *nella parte superiore della medesima vigna* (significatur ut videtur *la vigna d'un cittadino, sotto la villa, che una volta fù de' Signori Vespignani e oggi è de' PP. di S. Maria in Campitelli di Roma*, i. e. ubi extat n. 2766, vel ipsa villa Vespignaniorum) MATTEI. Apud Passioneium PASS. Nunc in museo Vaticano.

ARA
SOLIS

Descripsit Henzen. Mattei p. 21 (inde Mur. 169, 7; neque aliunde Vulpi 8 p. 184); Passionei 2, 3; Marini Vat. 9126 f. 82.

2584 Tusculi in repositis villae Rufinellae

VENERE · E
ITELIA · PL
D S D

Descripsit de Rossi.

1 *Venere E(rucinae)* supplevit Mommsen

2585 basis marmorea. Tusculi in villa Rufinella.

VICTORIAE
AVGVST

Descripsi. Nibby *viaggio* 2 p. 36, *analisi* 3 p. 931; Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 (1826) p. 166, Amati ms. Vat. 9738 f. 1, 9791 f. 90', apud Biondium ms. f. 33; ipse Biondi ms. f. 98 (inde Canina p. 147); Wells *Frascati* p. 213.

2586 cubus ex lapide Albano. Tusculi in repositis villae Rufinellae ROSSI; idem nuper frustra quaesivit.

TER · SEI
PORPEN
DAT

Descripsit de Rossi.

2587 ara ex lapide Albano. In monte Portio

L · CANINIVS · C
AVIDVS · F
LVBENS · DED
MERITO

Lupi Vat. 9146 f. 49' et apud Vulpium Lat. 8 p. 216 (inde Canina p. 193).

2 AVIDIVS Vulpi. — 4 pro DED scr. DED

2587 a parva basis marmorea, incertae originis est Frascati apud Alex. Fausti.

C · IVLIVS
LIBERALIS
V · S · L · A · D

Descripsit Helbig

2588 basis marmorea, litteris detritis, parte scripturae effracta. Tusculi rep. anno 1825 (*sul confine di Tusculo dalla parte occidentale* BIOND. f. 4), extat in villa Rufinella.

////////
/////VNA//
////ISSIMA//
TvSCVLANAE
C · PRASTINA
PACATVS COS

Descripsit Mommsen, recognovi ipse. Biondi ms. f. 225' (inde Canina p. 140), qui memorat praeterea f. 4. 93. 161; Amati ms. Vat. 9751 f. 22 (ab Amatio Borghesi *bullett. archeol. Napolet.* 1844 p. 113 = opp. 4 p. 462); Melchiorri ms. et *Antologia* vol. 21 fasc. 61 (1826) p. 127, *memorie romane di antichità e di belle arti* 3 (1826) p. 109 (inde sine dubio Cardinali *dipl.* n. 35).

1 plane evanuit. — 2 dedi ut excepit Mommsen; ego nihil vidi, omittit item Melch., VIIAE Am. (TVNAE Borgh.), FORTVNAE Biondi. — 3 dedi ut excepi; ////ISSIMAE Momms., ISSIMAE Am. (TISSIMAE Borgh.), CASTISSIMAE Melch., POTENTISSIMAE Biond. — 4 TVSCVLANAE Am. Melch., TVSCVLAN Biond.

Sacrum esse titulum non certum, sed verisimile est. — 5. 6 est C. Prastina Pacatus Messallinus cos. ordinarius a. 147, ut demonstravit Borghesius l. c.

2589 columella. Tusculi ad villam Rufinellam HENZ., in repositis eius villae ROSSI.

L · TETTIVS
HERMETIO
S · VIR · AVG
SACERDOS
ISIDIS
V · L · S

Descripsit de Rossi. Henzen *Zeitschrift für Alterthumswissenschaft* 6 (1848) p. 309.

3 S·VIR Rossi, ΣVIR Henz.

2590 Tusculi nuper rep. CANINA. Tusculi MOMMS., in muro casae rusticae (i. e. ibi ubi n. 2611. 2623 c *f.* 2632 *a*) HENZ. Ego frustra quaesivi.

*d*EDICAT/// VIII · K · IVL
commodo aug. n. ET
*pla*ERIONE · II · COS · LOCVS · DATV*s*
a SESTIO · RVFO · CVRAT · OPERI*s*
*ae*DIL · L · AVILLI · METILIANI · ET ·
VIRI · RVFI ·   a. 186

Descripsit Mommsen anno circiter 1846, vidit etiam Henzen. Canina p. 176 cum supplementis Borghesii.

4 fin. praestat fortasse CVRAT·OPERV*m*. — 5 cf. n. 2555.

2591 basis magna marmorea. Frascati in villa Rufinella.

ti. caesari divi augusti fil.
divi iuli n. augusto
PONTIF · MAX · COS *v* ... *a*
IMP · VIII · TRIB · POT · XXXI/   a. 30/31
EX · S · C

Descripserunt olim Henzen, nuper Lanciani. Biondi ms. f. 37 (inde Canina p. 175); Kellermann *bull. dell' Inst.* 1835 p. 154; Wells *Frascati* p. 210.

4 litterae pleraeque dimidiae tantum extant; om. eas Biondi. PONTIF·MAX·| Lanc., PONTIF·MAX·CO| Henz., PONTIF·MAX·COS·II| Kell. — 2 fin. XXXII Biond., XXXI... Lanc., XXXI Kell. Henz.

2592 epistylium marmoreum. Frascati in villa Rufinella.

*ti. caesari divi aug*VSTI · F · DIVI · IVLI · N · AVG*usto*
*pontifici ma*XIMO · TRIB · POTEST · XXXIII · COS · V · IMP · VIII   a. 32/33
... · PRISCVS · PILIVS · CVRATOR · LVSVS *iuvenalis*

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Biondi ms. f. 36; Amati ms. Vat. 9738 f. 6 et apud Biondium ms. f. 33'; Canina p. 176; Kellermann *bull. dell' Inst.* 1835 p. 154, cui descripsit Schepping; Henzen *syll.* n. 7153; Wells *Frasc.* p. 211.

2593 legitur sine loci indicatione in schedis BIONDII. — Tusculi CANINA.

IMP · NERVAE · CAES AVG PONT · MAX · TRIB   a. 96/98
POTEST · COS · P · P
SPQ *tus*CVLANVS

Legitur manu mihi ignota inter schedas Biondii f. 30'. 31. Inde sine dubio repetivit Canina p. 175.

1 fin. TRIB Can. — 3 SP O CVLANVS traditur.

2594 fragmentum marmoreum litteris magnis et pulchris, inter Tusculana BIOND.

*anto*NINI · AV*g*
trib POT · XVII · IM*p*
*fi*L · DIVI HV...

Servavit Biondi ms. f. 37. Inde Canina p. 175.

Videtur spectare ad M. Aurelium et ad annum p. C. 163; 3 fin. lege *divi Hadriani nep.*

2595 Tusculi AM., in villa Rufinella, addit MOMMS.

trib. POT · VI
divi m. ANTONI*ni filio divi*
*commodi f*RATRI · DI*vi antonini pii nep*
*divi hadri*ANI · PRON*epoti*

Amati ms. Vat. 9751 f. 26; descripsit Mommsen.

1 I·POT Am. — VT Momms.

Spectat ad Severum.

2596 basis marmorea. Frascati in horto Borghesiano SPON (*à Monte Dracone* addit *voyage*) et similiter RELIQVI. Nunc extat in villa Borghesiorum quae dicitur Taverne. — Rep. *fra le ruine di Larinio* RICCHI, errore.

IMP · CAES · M · AVRELIO · AN
TONINO · PIO · FELICI · AVG
PRINCIPI · IVVENTVTIS · NV
MINI · PRAESENTI · RESTITV
TORI · ET · CONSERVATORI
SEMPER VITAE ADQVE
DIGNITATIS SVAE · DE
VOTISSIMVS · NVMI
NI EIVS
M · AEMILIVS MACER FAVSTINIA*nus*
V · C ·

in latere intuenti dextro:

sic DEDC · XVIII · KAL
sic SEPTEM·Ɔ
sic CATIO S·ABINO II · ET CORNE   p. C. 216
LIO · ANVLLINO · COS

Descripsi. Spon misc. p. 271, *voyage* t. III p. 50 (cf. t. I p. 56 et 298). Fabretti 682, 70 cf. err. typ. (inde Mattei p. 77, item ut videtur Ricchi *uomini illustri* p. 147); Giorgi sched. Casanat. descripsit d. 1 Oct. 1732; Lupi apud Vulpium Lat. 8 p. 143 (inde Canina p. 176), denuo ad lapidem exactam Vat. 9143 f. 4. Donati 176, 1 ex schedis suis, ut dicit, Wells *Frasc.* p. 229; Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 205. Orelli 932.

1. 2 litteras quas inclusatis dedi, nunc deperditas, ut extantes in lapide dant Spon Fabr. Giorg. — 10 M Fabr. Lupi, A Spon; mihi illud verum videbatur esse. — AVRELIVS pro AEMILIVS Fabr., errore. — In latere 3 C·ATIO Spon (*voy.*) Fabr. Lup. — Qui titulum posuit M. Aemilius Macer Faustinianus frater fortasse fuit vel filius M. Aemilii Macri Saturnini legati Numidiae (cf. vol. VIII p. 1065). Aemilius Macer auctor iuris civilis notus est ex digestis.

2597 Tusculi in repositis villae Rufinellae.

imp |CASS·| m. aurelio
seve|RO · AL|exandro
pio f|ELICI · |invicto aug
divi s|EVERI ·| pii nepoti

Descripsit de Rossi.

2 AL litterae erasae sunt, sed leguntur.

2598 *travertino* BIONDI, sed qui statim addit: *non mi ricordo bene se è in marmo.* Inter Tusculanas dat BIONDI, addit: *sulla strada*

DL
RINCIPI
RI · NOVOR
P

Servavit Biondi ms. f. 26'. Inde Canina p. 176.

Exhibui ut traditur. — 1 DI Can. — 3 Bn. R incertum esse dicit Biondi.

2599 fragmentum ingentis epistylii marmorei *in una vigna sotto il Tusculo dalla parte detta della Molara* ROSSI (a. 1842), idem postea frustra quaesivit.

asini|A · POLLIONIS · F
asi|NI · CELERIS · n
asin|IVS · POLLIO · F| ilius

Descripsit de Rossi et edidit apud Borghesium opp. 3 p. 351, ann. inst. arch. 1873 p. 185.

Confert Rossius Hieronymum ad Eusebium a. Abr. 2020 (p. 148 Sch.) *Asinius Pollio orator et consularis qui de Dalmatis triumpharat LXXX aetatis suae anno in villa Tusculana moritur*, idem monet in effossionibus Tusculanis prodiisse tegulas cum sigillo aliunde non noto *Asin. Poll.* vel *A. Poll.* (descriptas ab Amatio et editas a Borghesio opp. 3 p. 361; 6 p. 293 n. 12. 13).

2600 basis lapidis Tusculani similis eis quibus inscriptae sunt n. 2601. 2647 seq. eiusdem omnino temporis cuius sunt illae et eodem sine dubio loco reperta (foro quod sibi finxit Tusculano eam adtribuit Canina p. 117). Extat Tusculi in villa Rufinella.

Q · CAECILIVS
METELLVS
COS

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Est huius corporis vol. I p. 280 n. XIII et in tabula Ritscheliana LXIX e. Nibby *viaggio* 2 p. 37 (inde sine dubio Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 125), *analisi* 3 p. 351. Amati ms. Vat. 6736 f. 2, 9761 f. 31 et apud Biondium ms. f. 23; Biondi ipse ms. f. 36 (inde Canina p. 117), idem misit Borghesio qui edidit *Sagg.* 1 p. 34, edidit denique ipse act. acad. pontif. archaeol. X p. 200 (in dissertatione lecta d. 21 Feb. 1839).

Quis ex Quintis Caeciliis Metellis consulibus significetur, incertum est.

2601 basis lapidis Tusculani similis eis quibus sunt inscriptae n. 2600. 2647 seq. Tusculi in villa Rufinella (foro suo Tusculano adtribuit Canina p. 116).

M · FVLVIVS · M · F
SER · N · COS cos. a. u. 565
AETOLIA · CEPIT

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Est huius corporis vol. I n. 534 et in tabula Ritscheliana XLVIII E = LXIX E. Nibby *viaggio* 2 p. 36 (inde ut videtur Melchiorri *Antologia di Firenze* vol. 21 fasc. 61 p. 126), *analisi* 3 p. 351; Amati ms. Vat. 6736 f. 4, 9761 f. 30 et apud Biondium ms. f. 33; Biondi ms. f. 36 (inde Canina p. 116); Wells *Frasc.* p. 212. Garrucci syll. n. 874. Orelli n. 562.

2602 in sepulcro magno rotundo ad viam qua a Latina in arcem Tusculanam ascenditur litteris magnis aetatis Augusti

M · COELIO · M · F · VINICIANO
PR · PRO · COS · TR · PL · Q
OPSILIA · VXOR · FECIT

Descripserunt de Rossi et Henzen, hic et misit Borghesio (unde edita est in Borghesii opp. 1 p. 151) et edidit ipse *bull. dell' inst.* 1845 p. 122. syll. n. 6358. Est huius corporis vol. I n. 641 et in tabula Ritscheliana LXXXIX c.

M. Coelius Vinicianus memoratur a Caelio apud Ciceronem ad fam. 8, 4, 2 et a scriptore belli Alexandrini c. 77. Tribunus plebis fuit a. 701, ut colligi potest ex Caelio l. c., anno 707 a Caesare cum duabus legionibus Ponto praefectus est, teste scriptore belli Alexandrini l. c., quod munus omittitur in inscriptione; praetura et proconsulatus ad quod tempus pertineant, ignoratur. Haec fere Mommsen (paullo aliter atque Borghesius) vol. I l. c.

Scripti sunt hi tituli eodem tempore quo n. 2647—2661, id est aetate circiter Augusti.

2603 basis lapidis Tusculani HENZ., basis marmorea NIBB. (anal.) ROSS. Tusculi in villa Rufinella. — Ego frustra quaesivi.

M' · CORDI · M' · F
RVFI
PR · PRO · COS
AED · LVSTR · MON · SACR

Descripsit de Rossi anno 1844, anno fere 1847 viderunt Henzen et Mommsen. Amati ms. Vat. 6736 f. 6, 9751 f. 26', apud Biondium ms. f. 33, apud Borghesium *giornale arcad.* 14 (1822) p. 372 (*decad. numism.* V p. 18, = opp. 1 p. 269). Nibby *viaggio* 2 p. 22 nde verba repetivit Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 126; item inde Canina p. 174), *analisi* 3 p. 352; Biondi ms. f. 26; Cardinali *dipl.* n. 25. Orelli 3142.

4 SACR Rossi idemque ut videtur Henzen, item Amat.; SAC alii plerique. — Lege *aed(ilis) lustr(alis) mon(itoris) sacr(orum).* Ita Mommsen (mus. Rhen. 1884 p. 458) collato n. 2580 ubi plene scriptum est *monitor*. *aed(ilis) lustr(ationis) mon(itis) sacr(i)* proposuerat Amati.

M'. Cordius Rufus is qui fuit triumvir monetalis anno 705 vel paulo post testibus nummis (cf. Mommsen *G. d. R. Münzwesens* p. 891. 657 Cavedoni in Borghesii opp. 1 p. 266 not. 3), ab hoc non diversus est. — In nummis his quod Castores interdum repraesentavit, id fecit Cordius Rufus ut originem suam Tusculanam (Borghesi opp. l. c. p. 270) ea re indicaret. Similiter M'. Fonteius, quem Tusculo oriundum fuisse constat ex oratione, qua Cicero eum defendit 18[14], 41[31], Castorem et Pollucem nummis suis insculpsit (Mommsen l. c. n. 198 p. 673. n. 221 p. 591).

2604 in Tusculano GVD., in villa Rufina nob(ilium) de Falconeriis in Tusculano FABR., Tusculi in villa Falconeria LESL.

M · CVSINIVS|M · F · VEL
AED · PL · AERARIO|· PRAEF · PR
M · CVSINIVS · ·|F · VEL · PATER
FICTORIA · C · F|MATER
5 CVSINIA · M · F · S|OROR

Utramque partem descripserunt Fabretti 240, 642 (inde Mattei p. 64 Vulpi Lat. 8 p. 169) et Anonymus apud Gudium ms. 535, f. 2, illi coniunctas, hic separatas partes exhibens; solam partem interiorem dextram descripsit Lesleus apud Lupium Vat. 8143 f. 15' et apud Vulpium Lat. 8 p. 146.

2 AERAR Gud. omissa I. — 3 lacunam post CVSINIVS notavit Fabr. — F habet solus Gud., om. Fabr. et Lesl. — 4 C·F om. Gud., habet solus Fabr. — 6 CVSINIA·M·F·S om. Gud., servavit igitur solus Fabr.

Aerario praefectus quod dicitur Cusinius, non *praefectus aerarii Saturni*, indicat fuisse hoc munus extraordinarium, non legitimam praefecturam institutam a Nerone. Etiam propter omissionem cognominum hic titulus Nerone antiquior erit.

2605 cippus marmoreus. In villa Tusculana nobilium de Rocciis FABR., similiter LVPI. Extat eodem loco, quo viderunt illi, Frascati in villa Muti. — Potest esse originis urbanae, ut urbanus videtur esse titulus eodem loco extans huius corporis vol. VI n. 1625 *a*.

protome

DIS · MANIBVS
M · PVBLICI · M · LIB · VNIONIS
TE · ROGO · PRAETERIENS · FAC
MORA · ET · PERLEGE · VERSVS · QVOS · EGO
DICTAVI · ET · IVSSI · SCRIBERE · QVENDAM
EST · MIHI · TERRA · LEVIS · MERITO · SED · QVIESCO
MAEMORE · CLAVSVS · REDDEDI · DEPOSITVM
COAGLAVI · SEMPER · AMICOS · NVLLIVS · THALAMOS
TVRBAVI · NEMO · QVERETVR · CONIVNX · SACRA
MIHI · MECVM · BENE · VIXIT · SEMPER · HONESTE
PRAESTITI · QVOD · POTVI · SEMPER · SINE · LITE · RECESSI
VNVS · AMICVS · ERAT · TANTVM · MIHI · QVI
PRAESTITIT · OMNIA · SEMPER · HONESTE
T · FL · HERMES · V̄ · Q
TVNC · MEVS · ADSIDVE · SEMPER · SENE · LVXIT · AMICE · FOCVS
FECIT · VNIO · SIBI · ET · GALLIAE · TYCHE
OPTIMAE · CONIVGI · ET · AEMILIO
ISIDORO · VERNAE · SVO · ET · POSTERISQ
SVORVM · ET · CONIVGIS · SVAE
ET · ISIDORI · ET · SVORVM · POSTERISQ · ET
M · PVBLICIO · FELICI · ALVMNO · SVO

Descripserunt Henzen et de Rossi. Fabretti 223, 123 (inde Mattei p. 63); Lupi Vat. 2143 f. 8 et apud Vulpium Lat. 8 p. 120. Nibby analisi 3 p. 352 (inde Canina p. 171). Burmann anth. Lat. 4, 24; Henzen syll. n. 7418.

14 *v(iator) q(uaestorius)*. — 15 ADSIDVS Henzen, errore calami ut puto. Ceterum cf. Tibull. 1, 1, 2: *dum meus assiduo luceat igne focus.*

2606 *a* et *b* fragmenta scamni sive sedilis; ex amphitheatro Tusculano eruta anno 1852 ROSSI. *c* in amphitheatro vidit BENND. — Ego anno 1878 ibi inveni solum *a*, *b* et *c* frustra quaesivi.

a]ET · FVSC[*b*]IANI C · I[*c*]NIANO[

Fragmenta *a* et *b* descripsit de Rossi, solum *a* ego; *c* descripsit Benndorf.

Fragmentis *a* et *b*, quae eiusdem inscriptionis esse iudicavit Rossius, coniectura adiunxi *c*, non solum propter locum quo extabat, sed etiam propter magnitudinem litterarum; nam et ego in fragmento *a* et Benndorfius in *c* litteras altas esse centim. fere 12 adnotavimus. Neque obstat, quod mihi fragmentum *a* ex saxo Tusculano (*sperone*), Benndorfio fragmentum *c* ex saxo Albano (*peperino*) esse visum erat: nam cum illud saxum ab hoc vix dignoscatur, alteruter nostrum potest erravisse. Praeterea vidi in amphitheatro lapidem eiusdem formae non inscriptum.

2607 magnus cippus marmoreus. Rep. mense Oct. 1727 a Falconierio cardinali *in cima al Tuscolo* GHEZZI, rep. Tusculi VETT., rep. a. 1728 Frascati *près du chemin qui conduit par le haut de la montagne de la vigne Pamphile à Monte Dracone* AVRIL. Mox translata est Romam in aedes Falconerias (*via Giulia*), ubi extat.

M · GAVIO · T · F · VEL ·
APPALIO MAXIMO
urceus C · V patera
SODALI HADRIA
NALI · LEG · PRO · sic
MAEEONENSIS
Q̄ · AVG ·
GAVIVS · FORTIS · LIB ·
ET · PROC · OB MERI
TA · SIVS

Descripsit Bormann. Exhibent Ghezzi ms. Angelic. f. 72; Fr. Vettori in epistula ad Gorium data d. 10 Iul. 1728 (cod. Marucell. A 63); Alexander Capponi misit Muratorio (sched. Murat. 21, 231), unde edidit Muratorius 102, 1; (Vic et Vaissete) *Histoire générale de Languedoc* tom. I (1730) p. 520 (add. ad lib. 3) missam Roma ab Iosepho Avril.

M. Gavius T. f. Vel. Appalius Maximus parentela coniunctus fuisse videtur cum M. Gavio Maximo praefecto praetorio Pii imperatoris et cum T. Appalio T. f. Vel. Alfino Secundo, quorum amborum tituli extant Firmi Piceni (vol. IX, 5357—5360); fortasse ex hoc genitus ab illo fuerat adoptatus.

2608 Fraschati *nella vigna del Conte* [?] *Michel Agnolo* ANON., Frascati . . . MAN. Tusculi recens eruta SIRM. ms.; Tusculi in vinea quadam ID. ap. Grut. — Extra urbem in via Nomentana, villa Caesia GRVT. ed. 2.

DIIS MANIBVS
GAVIAE
HELPIDI
VXORI · SANCTISSIMAE
ET · FLAVIVS · AVG · L
EPAPHRA
PROC · VILLARVM
TVSCVLANARVM

Manu ignota legitur in schedula solitaria apud Panvinium Vat. 6032 f. 128, Manutius Vat. 5232 f. 222'; Sirmond. ms. Paris. suppl. Lat. 1412, 141 et 1420, 27. A Sirmondo Grut. 1112, 2, in cuius ed. 2 laudatur etiam Gudius. E Grut. repetiverunt Mattei p. 42; Vulpi Lat. 8 p. 103; Canina p. 168.

Consentiunt auctores, nisi quod v. 1 habet solus Panvinius, et quod in Grut. editione altera Gudius dicitur exhibere v. 2 GAVDIAE, 4 SANCTISSIME.

2609 Fraschati [Faliscis DON., errore] apud S. M. Magdalenam.

SEX · QVINTILIO · SEX · F · ANI
VALERIO · MAXIMO
LEG · PROVINCIAE · ACHAIAE · PRAETORI
TR · pL · QVAESTORI · PROVINCIAE · ACHAIAE
TR · MIL · LEG · Ī · ITALICAE · ET · XIII · GEMINAE
IIII · VIR · VIAR · CVR

Servavit cod. Redianus f. 142' eodemque exemplo Andr. de S. Cruce cod. Hamilt. f. 24'. Ex codice Rediano Gudius ed. 137, 10; neque aliunde Donius ed. 5, 229 (inde Mur. 732, 1) 'ex ms. ant.'

Versuum divisio incerta est. — 4 TR·L traditur.

Filius fortasse eius qui memoratur Corp. vol. III n. 384 (Henzen 5270).

2610 magna basis marmorea. Rep. *nel costruire una strada a piedi della collina, su cui sorge la villa Aldobrandini a Frascati* BORGH. Extat Frascati in villa Aldobrandinia.

rvbELLIAE
urceus blaNDI · F · BASSAE patera
OCTAVI · LAENATIS
SERGIVS · OCTAVIVS
LAENAS · PONTIANVS
AVIAE · OPTIMAE

Descripserunt de Rossi et Henzen, vidi ipse. Borghesi *bull. dell' inst.* 1845 p. 126, opp. 4 p. 480; Henzen syll. n. 2323 cum add., iterum n. 5227; Wells *Frascati* p. 124.

2 significatur Rubellius Blandus, progener Tiberii Caesaris (Tac. ann. 6, 27), cuius filios praeter hanc Rubelliam Bassam novimus Rubellios Plautum (Tac. ann. 13, 12 et alibi) et Drusum (Orell. 278). — 4. 5 est consul ordinarius anni 131. Haec Borghesius.

2611 fragmentum epistylii, ut videtur, marmorei in vetere Tusculo insertum muro casae rusticae (ibi ubi n. 2683 cf. 2638 a).

P · SVLPICIVS · C · ANTONIVS CEN
P · N · N · T · VICO · GALB · P · PETICIVS · P · L · APOLLODORVS

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Ediderunt Mommsen, qui vidit, huius corporis vol. I p. 568; Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 178.

Antonium aliquem et P. Sulpicium (Rufum) a. 718 censores fuisse noveramus ex tabula Colotiana huius corporis vol. I p. 466. illum fuisse C. Antonium consulem a. 691, quem iam a. 710 petisse censuram constabat ex Cicerone (Phil. 2, 38, 98), haec inscriptio docet. Haec fere Mommsenus vol. I l. c. — 2 in. litterae singulares non intelleguntur; sed et totus titulus obscurus est. Opera publica municipiorum iure spectavisse ad censores Romanos constat; sed non minus certum est, mature municipia opera sua publica curare coepisse, neque ullus extat praeter hunc titulus censorum Romanorum in municipio aliquo. Ne id quidem patet, quomodo cum censoribus populi Romani in eodem titulo coniungi potuerit homo libertinus P. Peticius Apollodorus.

2612 fragmenta marmorea in vinea quadam prope Frascati (Gabios versus) regione dicta *Prata Porci*.

a *b* *c*

PRO · COS · ASIAE · PER · TRI*ennium*
HIC · LECTVS · EST · AB · DIVO · CLAVD*io inter patricios(?)* .
provinciam . . REM OPTINVI

Fragmenta *a* et *b* descripsit et dedit mihi Beloch, postea *b* et *c* descripsi ipse; *a* frustra quaesivi. Omnia adiunctis aliis (cf. infra) edidit Clara Wells *Frascati* p. 283. 284.

Fragmentum *c* superest ex alio versu ac fragmenta *a* et *b*. Praeterea Wells edidit in eadem vinea extantia vel reperta fragmenta haec

IVM			
..OR	CO	PR	·IO
LL	NIT	STE	AESTO
AER	EOP	NIN	ETS
CE			

Ex his quartum cum fragmento supra *b* composuit sic.

AB · DIVO · CLAVDIO
*qu*AESTOr
ETS

fortasse recte. — Wells et Beloch rettulerunt ad Eprium Marcellum, quem solum novimus proconsulem Asiae per triennium (Corp. X, 3853, Borghesi opp. 3, 286).

2613 in praedio equitis Silvae sub Tusculo FABR. *Dentro una vigna nella tenuta detta di San Matteo* MATT. *Nel territorio di Frascati, nella vigna detta di S. Matteo* ROSA. Ibi anno 1880 frustra quaesivi.

/ /
/ /
/ /
EX HISPANIA · VLTERIORE · PROVINCIA
E BAETICA · MVNICIPIVM · CONCORDIA
IVLIA · NERTOBRIGENSE · PVBLICE

Fabretti 105, 247 (inde Mattei p. 82, non de visu, licet locum diversa ratione ac Fabrettius et recte significaverit, nam hoc potuit habere ex accuratiore agri Tusculani notitia; ex Matteio Vulpi 8 p. 160; ex hoc Canina p. 173), P. Rosa descripsit.

Dedi exemplum Fabretti, qui solus tres versus priores abrasos esse adnotavit, in ipsis verbis consentit Rosa, nisi quod in v. 6 ante PVBLICE lacunam duarum vel trium litterarum notavit.

2614 Tusculi in repositis villae Rufinellae.

. VE VS
.
. · AGRI
SODALI

Descripsit de Rossi.

2615 fragmentum marmoreum Tusculi in repositis villae Rufinellae.

PROC
SVP

Descripsit de Rossi.

2616 cippus marmoreus. *A Monte Porzio nella vigna del sig. Seccarelli* MAR., *nella vigna Filonardi* (*Lionardi* EGO), *territorio di Monte Porzio* ROSA EGO.

D · M · S
P · AVIDIO
TRACNALO
PRAEFECTO · COH
I ITRN · TRIBVNO
COH · EOCERI
GENERO
OPTIMO

Descripsi. Legitur manu ignota et imperita apud Marinium cod. Vat. 9131 f. 81, Kellermann vig. 267, cui descripsit Gravo, P. Rosa descripsit.

2617 Tusculi in villa Varesia GIORG. In villa praesulis *degli Atti* ad senticetum Cryptae ferratae PLAC. — Tibure MVR. errore.

CLAVDIO VERO
EVOK · FLAVIA VERA
MT · ET CLAVDIVS
VERVS · FIL · BENE
MERENTI FECE
RVNT

Giorgi sched. Casanat.; Muratori 606, 8 missam a Ramagginio, Placentini comm. Graecae pronunc. (1751) p. 49.

2 Flavia Vera *praesul* (?) *sacerdot(um) Tusculanor(um)*, defuncta annorum sex teste titulo originis incertae Corp. VI, 2177, huius Flaviae Verae potest fuisse propinqua.

2618 *cippo sepolcrale posto in terra vicino ad alcune sostruzioni nella campagna non molto lontano dalla strada di Frascati passata la solita di Vermicino, a man dritta nel venire a Frascati* GIORGI. — Prope Tibur MVR., errore ut in n. 2617.

O M
A FAGIO A//////
PROCVLO
PRAEF CON · T · DA*corum*
E TRIB · MIL · LEG · II · AD
IVTRICIS FECIT
LVCCEIA M FILIA
NEPOTILLA
MARITO OPTIMO

Giorgi sched. Casanat., qui descripsit mense Oct. 1734; Mur. 818, 6 missam a Ramagginio.

1 fin. M, 2 fin. A om. Mur. — 4 fin. DA.. Mur., D.. Giorg.

2619 *Frascati in limine cuiusdam tabernae in via delle Monachelle.*

RIANO · SQ · TI
O CHORTE
SECVNDA MA
SSIM *reliqua latent*

Descripsit de Rossi.

2620 Romae apud Institutum archaeologicum (antea apud Kellermannum) extant fragmenta duo, alterum vv. 6—12 partis intuentibus sinistrae, alterum vv. 8—11 fin. complectens; tertium habens vv. 1—7 extremos extat in museo Vaticano (*Gall. lap.* omne genus VIII, collocatum ibi a. 1855). Omnia Ficuleae, id est in fundo *la Cesarina* via Nomentana, reperta esse putabat AMAT., sed vidit ea sine dubio non Ficuleae, sed Romae apud antiquarium aliquem (Vescovalium ut puto). Cur reperta putem non Ficuleae, sed Tusculi, infra dixi.

M · CVTIO · TI · F · SEVE|*ro* — ENO · SATVRNIN
R
REFECTVM · EX| *pecunia* — cONTVLERVNT
Q · ASCONIVS — mODESTVS · FS
Q · POMPONIVS — ATIS · PR
M · CEPPIVS · TI · F · SEVERVS — C · FABIVS · C · F · PAs — F · SEVERVS — D · CORNELIVS · D · F · FIRMVS
L · TVCCIVS · L · F · BASSVS — A · ANCHARIVS · A — mELISSVS — D · — TEIVS · D · F · LIBERALIS
M · MODIARIVS · M · F · CLEMENS — TAVRVS · CANIN — NAIVS · M · F · FVSCVS
Q · FABIVS · Q · F · MODESTVS — L · VOLCACIVS — M · POPILLIVS · M · F · LAENAS
C · OPPIVS · C · F · ASIATICVS — L · ACESTIVS — SIMNIVS · L · F · BITHYNICVS
C · PLAETORIVS · C · F · IANVARIVS — M · TVSCVLANIV — FLAVIVS · L · F · FAC — L · VOLVNSEIVS · L · F · FLAMININ
ITEM · AVGVSTALES · AEDITVI · | *castoris et · POLLVCIS*

Descripsit Bormann fragmenta duo Instituti archaeologici (eadem edidit Iahn Specim. epigr. p. 42; inde partem intuenti sinistram repetivit Henzen syll. n. 6022); fragmentum Vaticanum descripsit de Rossi, contulit Schmidt (inde huius corp. vol. VI n. 10468); hoc et illa recognovit Huelsen. Omnia quae supra proposui solus habet Amati ms. Vat. 9742 f. 12 (v. 1—3 integros, reliquorum partem intuenti sinistram, praeterea vv. 11. 12 medios). f. 19' (partem intuenti dextram). f. 21' (ex parte intuenti dextra v. 8—11). f. 22 (partem intuenti sinistram omissis principiis v. 1. 3); idem miserat Borghesio, ut intellegitur ex epistula huius ad Amatium data d. 2 Ian. 1822 (edita in Borghesii opp. 2 p. 277). Composuit Henzen et edidit ad Borghesii opp. 2 p. 277 not. 2.

Inclinatis dedi ea quae solus servavit Amati. — II, 2 ex cognomine C. Fabii C. f. litterae duae primae, quas supersunt, certae videntur Huelseno, tertia potest fuisse s; significari puto C. Fabium C. f. Passienum Saturninum tituli infra n. 2626, qui videtur nominari item in v. 1, una cum eodem M. Cutio Ti. f. Severo, quocum est coniunctus in v. 6. — IV, 7 littera quae fuit ante TEIVS incerta est; fuit puto ibi FONTEIVS vel DISTEIVS.

Tusculo tribui (praeeunte Henzeno *Zeitschrift f. Alterthumsw.* 1846 p. 368) maxime propter v. 12, ubi memorantur Augustales aeditui Castoris et Pollucis; nam hos aedituos Tusculi collegium effecisse et aliquo modo coniunctos fuisse cum Augustalibus constat ex inscriptione certae originis Tusculanae infra n. 2637. Accedit nomen M. Tusculanii v. 11. — Praeterea C. Fabius C. f. Passienus Saturninus, qui memoratur in titulo certe Tusculano infra n. 2626, videtur nominari hic et in v. 1 et in v. 2 (cf. supra). Denique Volcacius aliquis, quod nomen est II, 9, et Plaetorius, quod est I, 11, redeunt infra in titulo municipali n. 2632.

Qui fuerint homines numero ut videtur viginti quattuor (praeter praetores vel praefectos — fortasse praefectos sacrorum cf. n. 2262 — duos vel quattuor, vv. 4. 5), ingenui vel omnes vel certe ei quorum nomina plena extant, qui ad reficiendum aedificium aliquod pecuniam contulerant, ignoratur. Popillium Laenatem memoratum v. 8 fin. Borghesius opp. 6 p. 277 coniecit stirpem ducere a Popilliis Laenatibus liberae reipublicae. Quod fieri potest ut verum sit; etiam Taurus Caninius (II, 8) propter praenomen insolitum videtur esse ex stirpe senatoria Caniniorum (cf. n. 2622). Sed reliqua nomina multo sunt modestiora et vix senatorum. Diversi ab his viginti quattuor sunt Augustales aeditui Castoris et Pollucis, qui item in monumentum illud contulerant.

2621 basis lapidis Tusculani. Inter rudera Tusculi, ibi ubi dicitur *villa di Tiberio*.

M · ACILIVS · CA
· · · · · · · · · GE
AED QIN
ARGENTO · MVLTATIC*io*

Descripsi post Rossium et C. L. Viscontium.
1 fin. potest fuisse tam CAN... quam CAM... — 3 *aed(ilis) q(u)in(q(uennalis)*.

2622 partes quattuor epistylii lapidis Tusculani alta cm. 24 litteris altis cm. 14, aetatis fere Augusti, ut videbatur Henzeno, Tusculi in villa Ruffinella.

a b c d
C · CAELIVS · C · F · RVFVS · C · CANINIVS · C · F · REBILVS · A*ediles*

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Haec fragmenta omnia sed non coniuncta exhibet Amati ms. Vat. 9738 f. 8. 9'; fragmenta *b c d* Canina p. 175; *b d* Biondi ms. f. 36'. Coniuncta, sed ex parte confusa cum alienis (cf. infra), exhibet Amati apud Biondium ms. f. 33' et inde Canina p. 176.

In fragmento *b* littera L ex parte tantum superest, male eam pro C habuit Amati. Unde accidit ei, ut cum fragmenta huius inscriptionis disiecta componere vellet (ap. Biondium ms.), huic fragmento substitueret particulam *a* inscriptionis n. 2223. Idem casu magis quam consilio ad fragmentum *d* nostrae inscriptionis in eadem schedula adiunxit fragmentum *b* male, ut supra dixi, descriptum, et fragmentum infra editum n. 2232*b*. Quae omnia inconsulte repetivit Canina.

Caelius Rufus Ciceronis amicus Marcus fuit et Marci filius, diversus igitur ab hoc aedile Tusculano. Contra C. Caninius C. f. Rebilus potest fuisse tam consul uno die anno 709 quam filius eius vel nepos (Tac. ann. 13, 36).

2623 *c e f g* partes epistylii lapidis Tusculani alti cm. circiter 66 litteris altis cm. 14, aetatis fere Augusti, ut videbatur Henzeno. *c f* in vetere Tusculo insertae muro casae rusticae. *g* non longe inde iacet humi ante theatrum Tusculi. *e* extat in villa Rufinella. *b* et *d* extare in parte aversa fragmentorum *f* et *e* refert qui solus ea vidit BIONDI (nunc pars aversa fragmentorum illorum latet muro immissa); *a* videtur extitisse in vetere Tusculo ibi ubi *c* et *f*, certe una cum his exhibetur ab eis qui descripserunt, nunc latet vel periit. — Fragmentis *a c f* Biondius praescripsit 'travertino'. Mihi et Henzeno eorum fragmentorum quae vidimus lapis videbatur esse indigena Tusculanus, Amatio (ap. Biondium) lapis Albanus (*peperino*), qui a Tusculano (*sperone*) vix differt. Quae in ipsa inscriptione bis mentio fit lapidis Tiburtini, ea non ad inscriptionem, quae cuivis lapidi incidi poterat, sed ad ipsum opus pertinebat. — Fragmenta *a* et *f*, in quibus occurrit vocabulum *area*, spectare coniecit Canina p. 116 *all' area che corrispondeva avanti all' ingresso principale del foro, ed anche ad alcuna parte di quella* (*area*?) *del foro stesso*, acute sane et subtiliter, addit etiam reperta ea esse *in quel medesimo luogo*.

a

c ura|*LIVS · C · F · RV*|*fus*
circa|*· EAM · AREAM*|

b

|*M · ET*|
|*EY · L*|

c

|EA · EMISSARIVM|
|LAPIDE · TIBVRTINO|

d

|*TVR · ET · GRADVS*|

e

|· CIRCA · EAM|
LA|PIDE · TIBVRTIN|

f

|AREAM|
|*o* CVM|

g

ut SCANDA|
pro LVDIS · |

Descripsi post Henzenum ea quae dantur litteris rectis. Fragmenta *a c f* descripserunt Nibby *viaggio* 2 p. 47 (inde ut videtur e Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 122), *analisi* 3 p. 331 et Melchiorri ms. et Biondi ms. f. 28. 29 (inde Canina p. 174); *a c e f* Amati ms. Vat. 9734 f. 9 (fragm. *e*) et 10 (*a c f*), apud Biondium ms. f. 30; *b* et *d* vidit solus Biondi ms. l. c. (inde Canina p. 174), *g* a prioribus omissum nunc primum editur.

Inclinatis dedi quae servaverunt priores. — *a* 1 L·FVS·C·F·RV Nibby *viagg.*, BIVS·C·F·RV Melch., dedi ut exhibent Biondi Amati Nibby *anal.* — Fragmentum *f* dedi ut exhibent Melchiorri Biondi Amati (nisi quod v. 2 O·CVM cum puncto Melch.); nunc ex v. 1 prior A, ex v. 2 O tota reliquae litterae ex parte evanuerunt. Nibby (*viagg.*, non *anal.*) in v. 2 habet AVG·N

Hoc epistylium fuisse opisthographum constat testimonio Biondii de fragmentis *b/f* et *e/d*; quamquam mirum est in reliquorum fragmentorum latere averso neque a Biondio neque ab aliis ullum litterarum vestigium esse observatum. Utriusque lateris inscriptionem eandem fuisse, quamvis aliter dispositam, vel certe similem probabile est, praesertim cum in fragmentis quae novimus vocabula *lapide Tiburtino* et *eam aream* bis inveniantur. Ordinatio et coniunctio fragmentorum supra proposita summa in re debetur Mommseno. — *a* 1 supplevi ex n. 2621 coniectura non certa.

2624 tabula marmorea. In Tusculano Passionei PASS., item inter inscriptiones illic extantes recenset ANONYM. In museo Vaticano MAR. et ibi adhuc (*Gall. lap.* Dii I). — Exemplum novicium extat Neapoli in museo (Mommsen *inscr. Neap.* n. 286*; Gervasio *memorie dell' acc. Ercolanese* 8 p. 132; Fiorelli catal. n. 2034).

CAELIA · P · F · MVNICIPIO · SVO
DONVM · DEDIT · IMAGINEM
L · SAVFEI / AP · F · EX · SÉ NÁTEI

Descripsit Henzen, recognovit Huelsen. Passionei 7, 20 (inde Donati 342, 3). Anonymus apud Marinium Vat. 9122 f. 82; ipse Marini Vat. 2124 f. 231.

1 SVC Pass., male. — 3 post SAVFEI una littera, X ut videtur, errore a quadratario posita erasa est.

Tusculanam esse hanc inscriptionem nequaquam constat, nam Passioneius, apud quem primum descripta est, in urbe Roma marmora sua collegit. Sed cum urbana esse non possit propter v. 1, placuit relinquere eam hoc loco.

2625 rep. in antiquis Tusculi ruinis.

CN · CANINIVS · AMIRO
ET P AELIVS FELIX
AEDILES
MENSVRAE · ET PON
S DESA · INIQ ////.
IVSSERVNT · ////

Donius cod. Vat. 7113 p. 10, ed. 5, 26 ... Mur. 473, 6; Canina p. 168 (inscriptam dicit, a Scipione Cobellutio cardinale, qui ... bibliothecarius ecclesiae Romanae et ... est anno 1627.

4 MENSVRA Don. ad

Mendosa ex parte, sed genuina. — 5 supple *tolli* vel *frangi*.

2626 Tusculi, *sotto le mura della città, ed aderente ad esse, si vede una specie di vasca di peperino* (*pietra tusculana* CANINA) *sotto il livello della via, nella cui fronte si legge* NIBBY, similiter RELIQVI (cf. Caninae tab. XV). Ego frustra quaesivi.

Q · COELIVS · Q · F · LATIN · M · DECVMIVS
AED · DE · S · S

Descripsit Henzen; est huius corporis vol. I n. 1135 et in tabula Ritscheliana l. c. Habent Nibby *viaggio* 2 p. 49 (inde sine dubio Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 122); Biondi ms. f. 7' et f. 28'; Amati ms. Vat. 9738 f. 10' et apud Biondium ms. f. 33'; Canina p. 125 et in tab. XIV; Kellermann ms.

1 COELIVS Am. (ap. Biond.), COEL/VS Kell., COEL/S tabula Ritschelii, COEL E Biond., COEL... Henz. Nibb. Can., COELIVS Melch. tacite supplens. — DECVMIVS tab. Ritschelii et Kell., DECVM/// Henz. — DE·S·SEN Henz. litteras EN evanidas esse significans, DE·S·S reliqui omnes.

Q. Caelius, ut editur, sive potius Coelius Latiniensis, memoratus a Cicerone de imp. Cn. Pompei 19, 58 ut tribunus plebis et insequenti anno legatus nescio cuius proconsulis, ab hoc aedile Tusculano fortasse non est diversus. — Alter aedilis M. Decumius cognomine videtur caruisse.

2627 *lapida di sperone trovata ultimamente vicino al monte Tuscolano ne' poderi del signori Meloni*.

M · DVSMIVS
C · CAELIVS · C · F
EX · S · C

Servavit Mattei p. 77 (inde Vulpi Lat. 8 ... ex hoc Canina p. 172).

Imperfecta descripta sed genuina, ... *Caelius C. f.* — sive etiam idem est ... post Matteium prodiit ex Tusculana a. ... M. Durmius fortasse non diversus est ... viro monetali huius nominis (Eckhel 5 ...

2628 basis marmorea litteris detritis. Tusculi in villa Rufinella.

/ / / / / / D / / /
/ / / SENATVS
SENTENTIA
EX MVNERIBVS
C FABI C · F · PASSIENI
SATVRNINI
AVGVRIS AEQ LVSTR

Descripsi. Biondi ms. f. 28 (inde Canina p. 175); Amati apud Biondium ms. f. 33 valde mendosam, ut ipse monuit, paullo diversam ms. Vat. 9736 f. 3, 9781 f. 22' (ab Amatio Borghesius, unde ed. Henzen syll. n. 6022); Henzen syll. n. 6967, qui viderat ipse cum Mommseno et exemplum Caninae cum lapide contulerat; Lanciani *bull. municipale* 1864 p. 195.

Quae dedi, certa sunt: adposui lectiones priorum selectas. — 1 om. priores. — 2 DE SENATVS Biond., DE SENATVS Canin., idque repetivit Henz. — 4 IN MVNERIBVS Biond. — 5 FABIAE PASSIENI Biond. Amat. (Vat.), PATRI L PASSIENI Amat. ap. Biond. — 7 AVGVRIS AVGVSTI Biond. Amat.

2629 basis marmorea. Romae *dietro a S. Lorenzo in Lucina in una casa che è del Sr. Fro. Iesse* [?] SVAR.. in atrio aedium Franc. Serrae GVD.; ibidem ut videtur, in domo quadam *via della Vignaccia* vidit SARTI, frustra quaesivit NORM. — In hortis Ludovisiis MVR. errore. — Origine esse Tusculanum iam Henzen coniecit; cf. adnotat. ad n. 2623.

M · FICTORIO · M · L
SYNNISTORI · CVR
AEDITVOM · CASTORIS
ET POLLVCIS
XVI
AEDITVI
CASTORIS · ET · POLLVCIS
POST · MORTEM
N · C ·

Suaresius Vat. 9140 f. 118' manu aliena nobis ignota; Gudius ms. 392, 9, ed. 170, 6; Mur. 174, 1 laudans schedas Ptolemaeas, e quibus nos non enotavimus; Sarti ms. de visu. Orelli n. 2443. Huius corporis vol. VI n. 2202.

1 M (pro M), Mur. — PICTORIO Sarti, lapsu calami ut videtur. — M·F Mur. — 3 AEDITVO Gud. (ed., non ms.). — 4 POLLVCIS Suar. Gud. (ms.). — 8 AEDIT·VI Suar., AEDIT·VI Gud. (ed.).

2630 'destructores marmorum comminuerunt hoc epigramma in palatio sanctorum Apostolorum (Romae), et repertum fuerat in agro Tusculano' IVCVND. — S. l. PANV. MAN. LIPS. — Inata Cyperanum oppidum GRVT. nescio quo errore. — Vix est origine Tusculana, potest esse Ostiensis, cf. supra p. 8 not. 4.

T · FLAVIO · T · LIB · HILARIONI
DECVR · COLL · FABR · EX LVSTRO · XV
NVNGENTO AD SVFFRAG · LVSTRO · XVI
MAG · QVINQ · COLL · FABR · TIGNARIOR
LVSTRO · XVII · HONORAT · EX LVSTRO XIIX
CENSOR BIS AD MAG·CREANDO LVST·XIX·ET·XX
IVDEX INTER ELECT· XII · AB ORDINE LVST· XXII
CLAVDIA · TI · F · PRISCA VIRO OPTIMO
ET FLAVIA · T · F · PRISCILLA PATRI OPTIMO

Servavit Iucundus Ver. f. 44', Magl. f. 67' (ex codice Iucundi cardinalis S. Crucis Pighius Berol. f. 26; Metellus ad Mazochium suum nunc Vaticanum). Ex Iucundo pendet Mazochi f. 66. Interpolata legitur apud Panvinium fast. ad a. 895, unde pendent Manutius orth. 417, 18 (inde Ligorius ms. Taur. 8 et 26) et Lipsius auct. 42. 5 a Scaligero (ex his Grut. 411, 2; ex hoc Orelli 3881).

Versuum distributio nostra est. Exemplum dedimus Iucundi licet pluribus locis mendosum. — 1 LIB] L, 3 VNGVENTO, 6 CREANDOS, 7 IVDEX, ELECTOS·XXI Panv. cum Man. et Lips.; praeterea 3 AD PVBFRAG, 6 EX) ET Man. Lips.

Ad v. 3 Mommsen confert verba Plinii h. n. 33, 2, 31: *nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas suffragiorum cistas in comitiis.*

2631 basis marmorea. Tusculi ad villam Rufinellam.

FLAVIAE · C · F
TARENTINAE
MVNICIPI · ET
SODALI
CORNELIA · D · F
SECVNDA
MATER · POSVIT

Descripserunt Henzen et Lanciani. Nibby *viaggio* 2 p. 40 (inde Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 81 p. 120), *analisi* 3 p. 382; Amati ms. Vat. 9738 f. 7 et apud Biondium ms. f. 33; Biondi ms. f. 28 (inde Canina p. 174).

6 IVCVNDA Lanc.

4 *sodali* intellege *iuvenum*, altera sodalis iuvenum mulier est infra n. 2635.

2632 *a* fragmentum epistylii lapidis Tusculani alti m. 0,31 litteris m. 0,12, in vetere Tusculo insertum muro casae rusticae, *b* una cum fragmentis epistyliorum n. 2622 exhibent AMATI et BIONDI, nunc desideratur.

a — LOCAVIT · P · GABINIVS
b — S · P · F · RVFVS

Fragmentum *a* descripsimus ego et Henzen, exhibent Nibby *viaggio* 2 p. 47 (inde ut videtur Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 81 p. 122), *analisi* 3 p. 331 et Amati ms. Vat. 9736 f. 16 et apud Biondium f. 33' et ipse Biondi ms. f. 26' (inde Canina p. 174). *b* habent Amati ms. Vat. 9738 f. 6 et apud Biondium ms. f. 33', ipse Biondi ms. f. 36'; Canina p. 178.

Cum fragmento *a* coniunxi *b* mihi non visum, nisus eo quod Biondi adnotavit huius fragmenti litteras minores esse litteris epistylii n. 2622, litterae autem fragmenti *a* et ipsae illis sunt aliquanto minores. — *b* in. S·P·F Amat., VS·P·F Biondi, ubi V orta est ex parte altera ultimae litterae fragmenti *a*.

2633 Frascati in villa Rufina Falconieriorum GORI, similiter DONAT. GIOV. — In horto domus Falconieriorum Romae in via Iulia humi iacentem lapidem vidit GVASCO, qui addit inlatum esse museo Capitolino, ubi nunc certe non extat.

D · M ·
IVLIO · SEVER
INO · PATRON
O · CVLTORV
M · DIANESI
VM · BENOM
ERENTI · FEC
ERVNT · ANTE
STIVS · VICTORINVS
ET · AGATHEMER
ET · ASCLEPIODO
TVS

Gori cod. Marucell. A 6 f. 164 ex schedis Philippi Stosch, qui descripserat mense Oct. 1728; ex iisdem puto Donati 418, 13, qui auctorem non laudat; Giovenazzi inter Marinii schedas Vaticanas; Guasco mus. Cap. 3 p. 223 n. 1323. Orelli 2388.

2. 3 SEVERI|NO Guasc., SEVE|INO Gori Donat. — 6—13 aliter distribuit Guasc. — 11 in *s* evanidam esse significat Guasc. — 12 cum v. 11 coniungit Don., om. Giovan.

2634 effossa inter rudera veteris Tusculi a. 1742, Romam allata et empta a Bellisario antiquario GIORG.; effossa Tusculi a. 1742, nunc apud Alex. card. Albanium ID. eiusdem loco; similiter RSV. In Tusculano prope aedem S. Georgii MVR. Romae apud Albanium ANN. In villa Albania MAR. et adhuc.

SEX · OCTAVIVS · SEX · F · PAL · FELICIANVS
SENATOR MVNICIPI ET · AEDIL · REX · SACR
OB HONOREM OBLATVM · SIBI · PRAEFECTVR
A COLLEGIO · DENDROFORVM · SCHOLAE · RO
RVM · LOCO INPETRATO · AB · ORDINE · PARTEM · AV
OMNE OPERE
XIT · TOTAMQVE · PECVNIA · SVA · CONSVMMAVIT

Descripsit de Rossi. Giorgi sched. Casanat. bis; Ravillas sched. Berol., Mur. 2024, 4 'misit In. Ioseph. Ramaginius'; Ann. ms. columb. VII d. 11 Mart. 1742 p. 140 descriptam a Venutio; Marini *iscr. Alb.* p. 24 (inde Canina p. 173); Fea *indic.* p. 76, 13; Visconti catal. vill. Alb. p. 183 n. 20. Orelli 2278.

8 vocabula OMNS OPERE postmodum addita esse videntur.

2635 basis marmorea. Romae in museo collegii Romani MAFF. ODER. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Dii II). — Ex municipio aliquo venisse Romam apparet ex v. 5. Tusculo tribuimus primum quod sodales iuvenum feminas alibi nondum repertas Tusculi cognovimus ex n. 2631 et ex tesseris plumbeis adlatis supra p. 254 not. 6, deinde quod museum collegii Romani medio saeculo XVIII alias quoque res traxit ex effossionibus villae nunc Rufinellae (cf. p. 258).

P L V T I A E
A · F
OLYMPIADI
SODALI
I V V E N V M
L · D · D · D

Descripsit Henzen. Maffei mus. Ver. 381, 4 cui misit P. Contucius; Oderico diss. p. 58 (ex utroque Orelli n. 4096).

1 P·IVLIAE Oder., P·IVLIO et v. 3 OLYMPIO Maff.

2636 basis lapidis Tusculani, effossa a Biondio in vetere Tusculo, extat in villa Rufinella.

M · PONTIO · M · F
Q V I R · F E L I C I
S E N A T O R I · A E D I L
M V N I C · S O D A L
I T E M Q · A E D I L
E T · C V R A T · S O D A L
M V N I C I P E S · E T
I N C O L · E X · A · C
O B INNOC · E T · A D
S I D V I T · C E T E R A E Q
A D M I N I S T R · E I V S
POSIT · VIIII · K · IVNIAS
M · ANTONIO · RVFINO
S · OCTAVIO LENATE a. 131
CONS

in latere intuenti dextro

STA · DEDICAT
POL LV
ET MVLsum
DE

Descripserunt Mommsen et Henzen. Exhibent Biondi ms. f. 107, qui memorat praeterea f. 77 in relatione data d. 11 Sept. 1865 (inde Canina p. 173); Amati ms. Vat. 9737 f. 79', 97.. f. 28', qui misit Borghesio, unde edita est ad Borghesii opp. 6 p. 360 not. 2, Kellermann *bull. dell' Inst.* 1833 p. 156 (inde Henzen syll. n. 6966).

Inscriptionem lateris soli descripserunt Biondi Amati Mommsen; eorum varias lectiones adponam. 1 STIA Am. — DEDICAR Biond. — 2 POE /LV Momms., POL·QCLVS Am., APOLONIVS Biond. — 3 ET MVL Momms., ET MVLP Am., L·EMVLIVS Biondi. — 4 DE... Biond. Am., D Momms. — Lege *sta(tuae) dedicat(ione) po[pulo epu]lu(m) et mul[sum] de[dit]*.

2637 cippus marmoreus LANCIANI. Tusculi in villa Rufinella NIBBY cum reliquis plerisque. Postea *in una cella terrena del convento dei Capuccini* vidit LANC., *nel seminario di Frascati* GVID.

M · T V S C V L Á N I O
ANIANTHO
M A G · A E D I T V
CASTORIS · POLLVC
AVGVSTÁLIVM · H · F
M · T V S C V L Á N I V S
M · F
R E C E P T V S
F R Á T R I

Descripserunt olim de Rossi et Mommsen, nuper Lanciani et Ign. Guidi. Nibby *viaggio* 2 p. 30 (inde ut videtur Melchiorri *Antologia* vol. 61 fasc. 61 p. 166; item Canina p. 174), *analisi* 3 p. 302; Amati ms. Vat. 9738 f. 9, 9751 f. 30', apud Biondum ms. f. 33; Biondi ms. f. 36'; Cardinali *dipl.* n. 84; Henzen *Zeitschr. f. Alterthumswissensch.* 6 (1848) p. 306 de visu (cf. ad Orellium vol. 3); Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 663. Orelli n. 6441 cum add. Kellermanni analect. epigr. (apud Orellium ind. lect. Turic. 1838) p. 39.

5 H·L Henzen cum Mommseno, explicans *h(uius) loci*, H·F reliqui omnes; est *Augustalium h(onore) f(unctus)*.

2638 basis oblonga vel epistylium ex marmore. (Tusculi) *a villa Taverna dentro il cortiletto ov' è la cisterna* GIORGI; *nell' atrio o giardino interno del palazzo di villa Mondragone* ROSSI.

C · VOLCACIVS · C · F · LABEO AID
M · PLAETORIVS · L · F · M · N

Descripsit de Rossi anno fere 1876, postea tam ille quam ego frustra quaesivimus. Multo ante (d. 9 Iun. 1748) descripserat Giorgi sched. Casanat. Edidit Garrucci syll. n. 1460.

2639 tabula marmorea. Romae in Vaticano apud custodem picturarum Santii MELCH. In repositis musei Lateranensis vidit HENZ. — Locum non indicat FEA; nec magis constat, ubi viderit BORGHESIVS; nam quod Henzenus cum ab eo acceptum titulum ederet Tusculo adtribuit, potest factum esse coniectura.

P E R M I S S V
A E D I T V V M
CASTORIS · ET
POLLVCIS
L · VOLVMNIO
A M E R I M N O
C V R A T O R I
D

Descripsit Henzen. Fea sched. f. 416 manu ignota, Melchiorri ms., Henzen *Zeitschrift für Alterthumswiss.* 1848 p. 362, syll. n. 6100 a Borghesio.

6 vidit solus Henzen.

2640 tabella marmorea. Romae in museo collegii Romani MAFF. Extat adhuc in museo Kircheriano. Tusculo tribui fere iisdem de causis propter quas n. 2638.

S O D Á L E S
L Ý S V S
IVVENALIS

Descripsit Henzen. Maffei mus. Ver. 381, 3 cui misit P. Contucius Contucius; Brunati mus. Kirch. inscr. p. 46 n. 97; Garrucci *piombi antichi* p. 69 (inde Henzen n. 6083); Ruggiero catal. mus. Kirch. p. 17 n. 86.

2641 Tusculi rep. in theatro fossionibus a. 1839/40.

Canina	*Purgold*
MAGISTER	AGISTER
	DCVI · O

Canina p. 118; Mommseno descripsit Alfr. Purgold (anno circ. 1846).

2642 Tusculi.

S E T A T
IBI · DECE
C · TOLLAT
X R
E AV

Amati ms. Vat. 9758 f. 1, qui descripsit mense Dec. 1865.

2 [s]ibi decera[t] voluerit?

2643 fragmentum Tusculi in villa Aldobrandini *al casino della Mattonara* muro insertum.

NIA
ABICO
E · R · E

Descripsit de Rossi, vidi ipse. Wells p. 191. Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 191.

3 fin. I litteram nobis non visam addidi Lanciani.

2644 Tusculi in villa Aldobrandini *al casino della Mattonara*.

V S
· D · S

Descripsit de Rossi.

2645 fragmentum marmoreum, fortasse stylii, altum 25 cm., litteris bonis alt. cm., iacet humi in via qua ducit a Rufinella ad rudera Tusculi, prope id quod dicitur *villa di Tiberio*.

AVIT · D · C

Descripsit post

2646 fragmentum marmoreum. Tusculi posita villam Rufinellam.

CVLAN

Descripsit de Rossi.

2647—2651 bases lapidis Tusculani similes eis quibus inscriptae sunt n. 2600 et 2661 altae m. circ. 0,96, latae m. circ. 0,46. Tusculi in villa Rufinella. In theatro Tusculano repertas esse dicit CANINA p. 122, recte fortasse, nam ibi potissimum Lucianus Bonaparte effossiones videtur fecisse, sed sine auctore.

2647	2648	2649	2650	2651
ORESTES	PYLADES	IASO	TELEMACHOS	DIPHILOS
		TELEGONVS		POETES

Descripsit Henzen, recognovi ipse. N. 2647. 2650. 2651 exhibet Nibby *viaggio* 2 p. 37. 38 (inde Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 116. 120), *analisi* 3 p. 351; omnes Amati ms. Vat. 9738 f. 4. 5, 6751 f. 31, apud Biondium ms. f. 33; ipse Biondi ms. f. 35; Canina p. 122. Solam n. 2651 Heisall *class. Iournal* 23 (1821) p. 301, item Orelli n. 1163 ex Nibbyo. Omnes omissa sola n. 2648 delineavit Ritschl priscae Latin. mon. ep. tab. 91 a—k (inde Corp. vol. I p. 261).

Singulae hae bases singulas statuas videntur sustinuisse. In sola n. 2646 leguntur nomina duo, sed quorum alterum postea additum esse et quodammodo substitutum priori, calce in v. 1 oblita, recte fortasse coniecit Mommsen (Corp. I l. c.). Nam quomodo Iaso et Telegonus coniungi potuerunt? delendi autem unam ex subscriptionibus statuarum et substituendi in eius locum nomen Telegoni causa fuit sine dubio quod ad hunc origo Tusculi referebatur. Duo certe ex his titulis, n. 2650 et 2651 Graeci sunt scripti litteris Latinis (male TELEMACHVS Nibby); sed in n. 2649 non solum *Telegonus*, quod postea additum esse videtur, sed etiam *Iaso* vocabulum formae est Latinae. — Aetas horum titulorum videtur esse Augusti.

2652 Frascati *nel portico di villa Taverna* GRACCI et adhuc.

protome viri	protome viri	protome feminae
CLODIVS · TERTIVS	A · CLODIVS · METRODORVS	CLODIA · A · L · HILARA
MEDICVS	sic MDICVS	

Descripserunt Kellermann et Petrus Rosa. Bracci in epistula ad Lamium d. 21 Ian. 1755 [1756?] (epp. bibl. Riccard. vol. XIII), unde edidit Lami *Novelle Fior.* 1756 p. 123 (ex his Donati 322, 7); Oderico sched. Genuens. f. 17; Reggi inter Marinii schedas Vaticanas. Huius corporis vol. VI n. 9574.

2653 stela marmorea rep. *nel territorio dell' antico Tuscolo a Fontana Candida presso l'odierno Monte Porzio*, deinde empta ab eis qui praesunt museis Capitolinis.

D M
CRESCENTI
SILI · ITALICI ·
COLLEGIVM
SALVTAREM

Delineavit de Rossi *bull. archeol. municipale* 1882 p. 141, *bull. épigraphique de la Gaule* 2, 1882 tab. XVIII cf. p. 206.

Rossius refert ad Silium Italicum auctorem carminis, consulem ordinarium a. 68, aut ad filium eius (Plin. ep. 3, 7, 2).

2654 cippus marmoreus. Frascati *nella vigna de' signori Pescatori* MATT. (qui addit repertum esse *nella vigna del fù monsignor Ciampini*) similiterque LVP. REGGI. In eadem villa nunc Cicinelli extat.

D · M
MANSVETI
patera STERTINI · QVARTI urceus
A · MANV
CARPVS · FRATRI

Descripsit Lanciani. Mattei p. 66 (inde Mur. 963, 9); Lupi Vat. 6143 f. 6' et apud Vulpium Lat. 8 p. 152 (inde Canina p. 172); Reggi inter Marinii schedas Vaticanas; Wells *Frasc.* p. 95.

2655 in agro Tusculano prope latifundium Barberinorum DONI. In Praecodio Falconianae (?) Nobb. de Cinciis FABR.

D · M
L · NOVIO · SABINO
MARGARITARIO
FEC · NOVIA · TYCHE
LIB · ET · VXOR · CON · B · M

Doni cod. Marucell. A 263 p. 216, Neap. p. 233, 1 descriptam a cardinale Barberino; Fabretti 700, 226; Lupi Vat. 6143 f. 68 ab amico.

4 TYCHIA Lup. — 5 B · M proprio versu Don.

2656 Tusculi in villa Rufini prope portam pomarii GIORG., in villa Rufina MATT. LVP., in villa Falconieri VVLP.

ZOSIMO
STRVCTORI
LOCVS DE SVO
POSVIT CONS
V · A · XVII

Mattei p. 61; Giorgi sched. Casanat.; Vulpi Lat. 8 p. 145 (inde Canina p. 171); Lesleus apud Lupium Vat. 9143 f. 15; Murat. 976, 8 missam ab abbate Iosepho Ramagginio.

Fractam esse a mostra significat solus Giorgi. — 3 LOCVS DENVO Matt. — 5 XVII Giorg. Mur., VII Lup., XXIII Matt. Lup. Vulp.

2657 in fistulis plumbeis. Frascati rep. ad portam Granaram in ruderibus cuiusdam villae Tusculanae HENZ. Rep. Frascati *sotto le fondamenta della casa Sturbinetti* SANTOV., similiter GRANDI. Tusculi in aedibus Aluffi Peutiol, duobus exemplis ARM. Romae in repositis antiquitatum municipalibus (*nei magazzini della commissione archeol. municipale*) tria exempla vidit LANC.

IMP · DOMITIANI · CAES · AVG · SVB · CVRA
ALYPI · L · PROC · FEC · ABASCANTVS · SER · ATIME

Descripsit Henzen. Exhibent Grandi in schedis, Rossio misit Santovetti; Armellini *cronichetta mensuale* 1876 p. 142; Lanciani syll. epigr. aquar. n. 346 de visu.

2 ALY · PROCOS · ASIAE · ANT .... SER · FEC Grandi.

2658 fistula plumbea. In villa Tusculana Rufinella repperit Biondi BIONDI; in villa Rufinella SETTELE.

REI PVB TVSCVLANORVM

Biondi ms. f. 80 qui memorat praeterea f. 76 (sub d. 11 Sept. 1825) et f. 67'; Amati ms. Vat., unde nos non enotavimus, enotavit Lanciani syll. epigr. aq. n. 344; Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 124; Settele ms. (*libro piccolo* p. 12).

REIPVB tam Biondi quam Settele, REIP Am., RESP Melch. — TVSCVLAN Melch.

Tegulas similiter inscriptas una repertas esse auctores sunt Amati et Melchiorri.

2659 fistula plumbea. Frascati in villa Pentini HENZ.; Frascati rep. *sotto le fondamenta della casa Sturbinetti* SANT.; deinde Romae in repositis antiquitatum municipalibus (*nei magazzini della commissione archeol. municipale*).

Henz.: AGRIPPINAE

Lanc.: ... · AGRIPPINAE

Descripsit Henzen. Rossio dedit Santovetti; Lanciani syll. epigr. aquar. n. 347 de visu.

2660 fistula plumbea. Tusculi rep. *negli scavi del principe di Canino* BORGH., inter inscriptiones effossas Tusculi BIONDI.

CABARASIAE · P · F · PACATILLAE / XII

Biondi ms. f. 39'; Borghesi ms. (inde per Henzenum Lanciani syll. epigr. aq. n. 346) auctore non laudato.

2661, 62 fragmenta fistularum plumbearum rep. a. 1732 *nel cavarsi le fondamenta del fenile che fabbrica il principe Borghese a Mondragone*.

2661 QVINTILIORVM C. . . . .

2662 QVINTILIORVM ET MA. . . .

Giorgi sched. Casanat., qui descripsit mense Oct. 1732.

Ex una inscriptione fluxisse putat Stevenson *cimitero di Zotico* p. 106, quem sequitur Lanciani syll. epigr. aq. n. 656, restituens sic: II QVINTILIORVM | COndiani ET MAximi, recte fortasse quamvis exempla Giorgii plerumque sint accuratissima.

2666 fistula plumbea Tusculi.

VIII TI CL PRIMIT E CORN CHRYSER FEC

2663 fistula plumbea. Rep. Tusculi *nella villa ultimamente scoperta*.

T · CISPIVS DECOR · F ·

Zuzzeri *antica villa scoperta sul dosso del Tusculo* (Venet. 1746) p. 47.
Cf. supra n. 2671.

2664 fistula plumbea rep. sub Frascati *nel quarto S. Matteo presso l'ermicino*, deinde Frascati apud Aristidem Greci

Dir. a dextra ad sin. CLAVDIVS · FELICISSIMVS · FECIT

Descripsit Ignatius Guidi.

2665 fistula plumbea rep. anno circiter 1860 *nella vigna Grazioli, territorio di Frascati, contrada S. Croce* COZZA ap. Lancianum; rep. in territorio Tusculano mense April. 1879 ID. apud Rossium.

TI · CL · FOR · FEC »

Rossio dedit Cozza exceptam ex memoria; a Cozza etiam Lanciani syll. epigr. aquar. n. 659.

2667 fistula plumbea rep. una cum n. 2661 |

GN CORNELIVS CHRYSEROS FEC

Giorgi sched. Casanat. qui descripsit mense Oct. 1739 (inde Lanciani syll. epigr. aq. n. 330).
GN traditur. — Cornelius Chryseros est etiam in ea quae praecedit.

2668 in aquaeductu, Tusculi.

L · AENNIVS · FORTVNATVS

Murat. 469, 6 missam ab Ioh. Ios. Ramagginio.
Nomen gentilicium corruptum, fortasse ex NASENNIVS (cf. supra n. 2600), ut coniecit Lanciani syll. epigr. aquar. n. 363.

2668a ibidem ubi n. 2668, id est Tusculi in aquaeductu MVR.

N · IVNI · FAVSTI

Muratori 469, 6 missam ut videtur ab Ioh. Ios. Ramagginio.
N · IVNI | FAVSTI legitur inter Sirmondiana Paris. suppl. Lat. 1419, 90.

2669 fistula plumbea. Rep. una cum n. 2663

L. . . . . . . RAT · SC!

Zuzzeri *antica villa scoperta sul dosso del Tusculo* (Venet. 1746) p. 47.

2670 *blocco di marmo bianco presso Frascati in villa Rufinella*.

ROC Lanciani ms. descripsit

Amati ms. Vat., unde enotavit Lanciani syll. epigr. aquar. n. 346.
Cf. n. 2697.

2671 rep. anno 1826 in effossionibus Tusculanis *fuori della città* BIONDI; sine indicatione, sed praecedit n. 2642 apud AM.

A C R A T V S
TI IVLI
A V G · L I B E R T I
H I M E R I · L I B
5 VIX · ANN · XXXXI

Amati ms. Vat. 9782 f. 9 (inde huius corporis vol. VI n. 16847). Memorat Biondi ms. f. 99.

2672 tabula marmorea. Tusculi [Frascati] in aedibus Dominici Antonucci, effossa in agro Tusculano anno 1736 GIORGI. Apud Passioneium PASS. Nunc in museo Vaticano (*gall. lap.* parent. I).

D̄ • M̄
T · A E L I O · A G A T H
M E S O · P A T R I · O P T I
MO · FAVSTINA · FILIA · CVM
5 PRIMA · MATRE · PIO · B · M · F

Descripsit Henzen. Giorgi sched. Casanat. qui descripsit d. 28 Iun. 1736; Passionei p. 65, 1 (inde Donati 375, 7); Marini sched. Vat.

2673 fragmentum lapidis Albani, Tusculi *sulla pilastr. vicino ai bagni*[?].

ASINAE · L)

Amati ms. Vat. 9751 f. 27'.

2674 tabula marmorea litteris pulchris. Emit B. Grandi in oppido Frascati a Salvatore Sturbinetti, deinde Romae in vinea Grandii via Appia.

C · ANNIVS · C · L · HELENVS · SIBI · ET
ANNIAE · STACTE · VXORI · SVAE · ET
C · ANNIO · C · L · EVPHRONI · FRATRI · EIVS · ET
IVLIAE · EVPHROSYNE · SORORI · SVAE
5 SE · VIVO · FECIT

Descripsit Bormann. Grandi ms.; Lanciani *bull. municipale* 1883 p. 251.

2675 lapis Tiburtinus. Frascati *nel cortile del casino di Pietra*.

O · M
M · A N I O · S I N
C E R O · P A T R O N O
B E N E · M E R E N T I
5 L I B E R T I · A E R E D S E
M · ANIVS · CATA ·
PLVS · ET · ANIA · SE
CVNDA · F · C

Descripsit Stevenson, recognovit de Rossi. Dedit etiam M. A. Caetani dux Sermonetae descriptam anno 1861. Edidit Wells *Frasc.* p. 254.
6. 8 *Cataplus* cognomen reperitur etiam Corp. vol. VI n. 12615 et X n. 5068, 3. 4. — 7 L litteram non agnoverunt Stev. et Rossi, habet Caet. — 8 F·C Caet.

2676 Tusculi in limine domus privatae LEB. Tusculi hodie Frascati penes moniales in via MVR. Nunc Romae in museo Vaticano (*gall. lap.* coniug. III).

O M
A N T H V S A E
VIXIT · ANNIS · XXV
M E N S I B V S · VIII
5 D I E B V S · XVIII
THALASSVS ET IONICVS
CONIVGI · BENEMERENTI
FECERVNT
•

Descripsit Henzen. Lesleus apud Lapium Vat. 9146 f. 45' et apud Vulpium Lat. 6 p. 11. Murat.[2] 1297, 7 missam a Sancassanio med. item a Bimardo.

2677 cippus marmoreus. Frascati in villa Rufinella.

stella
D M
A N T E S T I
O N E R C
urceus V R I O patera
5 Q V I VIXIT
AN XIII PAR
ENTES FILIO
DVLCISSIMO

Descripserunt Henzen et Mommsen, rec. ipse.

2678 rep. una cum n. 2737.

A M T I O C . . . . .
ATHENAIDI · L . . . .
SVIS

Piacentini comm. Graecae pronunciationis (1751) p. 46.

2679 cippus lapidis Tusculani rep. a. 1861 Tusculi inter rudera quae Ciceronis vel Tiberii villam appellant. — Anno 1878 frustra quaesivi.

O · M
M ARRECINO ZO
SIMO PATRI ARRE
CINA TATIS S · N · M

Descripserunt de Rossi Henzen Nissen.
2. 3 ARRECINO, ARRECINA de Rossi; ARRICINO, ARRICINA reliqui.

2680 cippus rep. *in una vigna presso Fontana Candida* (*territorio di Monte Porzio*), deinde erectus ibi *al di fuori del cancello d' ingresso*.

O · M
A R R I O
SMARAO

Grandi ms.

2681 parvus cippus marmoreus. Frascati in hortis Pentini.

M · AVR · NICEP
PATRI · PIENTIS
SIMO · QVI · VI
XIT · ANNI · LXV *sic*
m I · D · XXI ·
M L A
N V M I I
EVSTOCHIV*s*
· PATRI · S · M · F

Descripsit Henzen. Wells *Frascati* p. 78.
4 ANN·LIX Wells.

2682 Tusculi in repositis villae Rufinellae.

AVRELIAE
CALLISTE
A CAECINA
IVSTVS CO
supr / IDELI

Descripsit de Rossi.

2683 basis lapidis Tiburtini BIOND. Inter Tusculanas AM. BIOND. — Anno 1842 frustra quaesivit Tusculi ROSSIVS.

Q · BAEBIO · Q · F
FVFIO ET COR
N . . M . . . . . .
R V T I L I V S

Amati ms. Vat. 9738 f. 9 et apud Biondium ms. f. 33'.

Q · BAEBIO · Q · F
F V F I O N C O I
N V M I S I V S
R V T I L I V S

Biondi ms. f. 29' (inde Canina p. 172, qui v. 2 fin. pro COI edidit COS).

Q · BAEBIO · QF
FVFICIO QF
urceus MVT VI *patera*
R V T I L I V S
S B V I N VS
FAIE . . . . .

Amati ms. Vat. 9764 f. 28.

2684 cippus lapidis Albani vel Gabini. Rep. Tusculi *nei terreni della villa Aldobrandini*, extat in ea villa.

D · M
E S A R
N S V S
ELAECI
B E L I
M F

Descripsit Stevenson. Wells *Frascati* p. 179 cf. p. 193.
D(is) m(anibus) E... Burnus E... Lascibe l(ibertae) [b(ene)] m(erenti) f(ecit).

2685 rep. una cum n. 2224.

D M
. . . L A N O
. . . V M N *sic*
IT AN · XIIII · M · IIII
CeCILIA · SECVND
S · N · FeCIT

Wells *Frascati* p. 178 sic dedit suppletam.
3 fortasse [al]umn[o]. — 6 CECILIA traditur.

2686 tabula marmorea reperta anno 1868 prope Frascati loco dicto *le Cisternole* inter rudera antiqua in fundo Antonii Benedetti, a quo emit Grandi GRANDI; deinde in domo eiusdem Romae via *Bocca di Leone* n. 22. — Locorum indicationes Grandianas saepe parum fidas esse iam supra p. 237 cap. XI observavimus.

O · ❧ M ·
P · C A L P V R N I V S ·
A G E S I L A V S · ST CAL
P V R N I A · S T E F A N I S
PATRONO · OPTIMO
B · M · P · ET · P · CALPVR
N I V S · E V M E N E S · FI
LIVS · EIVS ·

Descripsit Bormann. Grandi ms.

2687 reperta et adservata una cum n. 2688.

corona
O M
C A L P V R N I
AE · TERPO
N E N E · P ·
C A L P V R N I
V S · S V M E
NES · SORORI

Descripsit Bormann, recognovit Huelsen. Grandi ms.

2688 Tusculi in repositis villae Rufinellae.

C O
P R O · N
L · F · CLV · C
CLV · CATVL

Descripsit de Rossi.

2689 Frascati in villa Taverna, rep. anno 1856 *in un fondo di casa Borghese vicino a Monte Porzio* ROSSI, *proviene dal colle Mattia, territorio di Monte Porzio* ROSA.

ANVS · FESTVS · CLAVDIAE · FESTAE · MATRI · SVAE · FECIT ·
*moni*MENTVM · INTRO · IN · AGRO · P · CCLXXX · IN · FRONTE · P · CCC
S · M · S · L · F · N
TI · CLAVDIVS · FELIX · CLAVDIAE · FE//

Descripserunt de Rossi et Petrus Rosa. Wells *Frasc.* p. 233.
Rossi et Rosa consentiunt; Wellsius menda omisi. — Litterae singulares in v. 3 non intelleguntur.

2690 reperta m. Aprili 1880 extra portam oppidi Frascati ubi a gente Segnia domus construebatur (sed cf. n. 2686), emit Grandi GRANDI; deinde Romae in domo eius *via Bocca di Leone n. 32*.

D I S · M A N I B V S
CLAVDIAE · PRIMIGENIAE
LIB · AVG · BENEMERENTI
M A M I L I A · A L B A N A
FILIAE
SVAE · VIXIT · ANNIS · XV
MENSIB · IIII

Descripsit Bormann, recognovit Huelsen. Grandi ms.
Quae inclinatis dedimus, nunc perierunt. — In labro tabulae scriptum esse P · CVRTI refert Grandi; nunc id vocabulum non extat vel certe non comparet.

2691 lapis Tiburtinus litteris vetustis. Frascati *nella vigna de' signori Pescatori, trovata vicino la villa di Galba* MATT.; Tusculi in villa Piscatori LVP. Postea extabat Romae apud I. Fr. de Rossi ROSSI.

.. co|RNELI · M · F · PVP
MANVLLAI
M · CORNELI · M · F · P
MANVLLAI ·
EPPVLEIAI · A · F · VXORIS

Descripsit de Rossi. Mattei p. 94 (inde Mur. 1662, 15); Lupi Vat. 6143 f. 8' et apud Vulpium Lat. 6 p. 153 (inde Canina p. 172); de Rossi ad Borghesii opp. 8 p. 378 not. 6. Est huius corporis vol. I n. 1146 et in tabula Ritscheliana 76 E.
3. 4 om. Matt.

2692 *da Frascati portata a Roma* BIANCH. In suburbano comitis Galletti GALL. Nunc in bibliotheca Vaticana.

D · N
CORNELIAE · EPITEVXI · CONIVGI · CARISSIMAE
FECIT · C · VALERIVS · CHRYSEROS · BENEMERENTI
CVM · VALERIO · FORTE · ET · VALERIA · ELASTE
FILÌS · SIBI · ET · SVIS · LIBERTÌS · LIBERTABVS
QVE · POSTERISQVE · EORVM · LOCVS
DATVS · EX · INDVLGENTIA · Q · POMPEI
FALCONIS

Descripsit de Rossi. Bianchi misit Lamio d. 26 Apr. 1765 (ep. bibl. Riccard. vol. 12), unde edita est *Novelle Fiorentine* 1765 p. 383 (inde Donati 463, 14). Paul. Galletti in schedis, quas servat Rossius. Oster sylloge 462, CXCVIII.
6. 7 Q. Pompeius Falco is ipse sine dubio est, ad quem dedit Plinius epistulas complures et cuius honores enumerat titulus Tarracinensis huius corporis vol. X n. 6321 (Orell.-Henzen 5451), ubi conf.

2693 Tusculi rep. *nella macchia verso il convento de' Camaldolesi* BIONDI: Tusculi rep. anno 1838 SETTELE. In repositis villae Rufinellae ROSSI (a. 1678).

VS · C · L · EROS
Ↄ · L · AVTVMNA
.. a|ria · C · L · PRIMA
VLEIVS · L · FELIX

Descripsit de Rossi. Amati ms. Vat. 9764 f. 26', Biondi ms. f. 193'; Settele ms. (*libro piccolo* p. 88).
4 dedi ut excepit de Rossi; videtur fuisse Ↄ·L, et exhibet etiam Amati; Ↄ omittunt Biondi et Settele, hic lacuna indicata.

2694 Tusculi in via FABR., *sta murata sopra un tinello in Frascati* MATT., qui repertam facit anno 1661 *in una vigna posta nella tenuta detta S. Croce*.

D · M
EVHEMEO
TRYPHOSAE
CONIVGI
B · M ·
FECIT ·

Fabretti 309, 326; Mattei p. 89 (ex hoc Vulpi Lat. 8 p. 182) laudans Fabrettium eodemque exemplo.

2695 *nella vigna già Vivari ed ora Montani sotto Fontana Candida (territorio di Monte Porzio) esistono grandiosi voltoni, avanzi di nobili fabbriche. Accanto a queste rovine nell' anno 1840 fu rinvenuto il cippo seguente.*

D · M ·
PV · T · ACTO · LIB
A CVRTIVS
patera CRISPINVS urceus
ET AR · RVNTIANVS
B · M ·

Servavit Grandi ms.
2 PV·T·ACTO, 5 A·RVNTIANVS traditur.
Idem A. Curtius Crispinus Arruntianus P. Aelio Pio Curtiano medico titulum posuit editum infra inter Praenestinos, ubi vide.

2696 basis marmorea. Frascati olim *nella chiesa detta communemente di S. Rocco, nella ristorazione di detta chiesa fatta l' anno 1704 trasportata vicino l' Oratorio della compagnia del SS. Sagramento, dove si vede al presente* MATT. Frascati *nel cortile d' uno stallatico in faccia al lavatojo fuori di porta S. Pietro* REGG.

D N
FABIAE
ANTHVSAE
urceus dextr. SEX · ONVSSANIVS patera sinistr.
GER · FIL
NEPOTIANVS
MARITVS FEC

Mattei p. 87 (inde Mur. 1340, 9, item sine dubio Vulpi Lat. 8 p. 158. Canina p. 101). Reggi ms. inter schedas Marinii Vaticanas.
Dedi exemplum Reggii; 3 ANTHVSAE, 4 ONVSSANIVS, 5 FI Matt.

2697 inscriptio eruta hoc anno 1738 sub initium mensis Aprilis in ea declivi versus Tusculi parte, quae ad occidentem vergit rectaque subiacet diruto illi 'superiori gymnasio', quod a Cicerone (de div. 1, 5, 8) Lyceum nuncupatur, nunc vulgo *Scuole di Cicerone* PLAC.; effossa a. 1736 in monte Tusculano versus aedem S. Mariae de Molara GIORG. Nunc pars maior extat in monasterio Grottaferratensi.

D · M
FANIO · FEI
NITIEO ·
QVI · B · A · XII ·
ALVMNO · IN
CONPARABILI
FAVSTVS
CORINTVS
ET · NOPIAS
FECERVNT

Descripsit de Rossi, vidi ipse ea quae dantur litteris rectis. Gregorius Placentinus epitome Graecae palaeographiae (Rom. 1735 p. 121 (inde, ut videtur, Vulpi in Calogera racc. 19 p. 142 n. 49; neque aliunde puto Donati 364, 3, licet pro Placentinio laudet Praccelium nescio quem); Giorgi sched. Casanat. (inde Murat. 1462, 7 missam a praeside Mazzocchio); Cozza *raccolta di Grottaferrata* n. 8.
8 CORINTVS, non CORINTHVS omnes.

2698 in villa Rufinella prope Tusculum.

D N
FL STEFANIO I
COIVGI BONAE
CVM QVA VIX

Settele ms. (*libro piccolo* p. 12).

2699 sarcophagus, *in una casa di una vigna lontana un miglio da Frascati sotto la villa Spada e in faccia alla villa d' Amadei*.

A · POLIVS · FELIX
SIBI · ET
MANLIAE · OPTATAE
COIVGI · SVAE

Giorgi sched. Casanat. descripsit mense Oct. 1732.

2700—2707 urnae repertae in sepulcro detecto anno superiore [1667?], in Tusculano, in sylva quae ad eremum monachorum Camaldulensium pertinet, secus publicam olim viam, cuius vestigia adhuc supersunt FALC., 'depositoria cineraria' rep. in sepulcro detecto mense Aprili 1666 in Tusculano iugo, in Tusculanis Camaldulorum tesquis KIRCH., de n. 2700. 2705. 2706 (i. e. de eis quas Falconierius certe vidit); 'aliae inscriptiones in fragmentis' KIRCH. de n. 2701—2704. 2707 (i. e. de eis quas Falconierius habuit a monacho). — *Inscrittioni ritrovate su l' urne* superscripsit ANONYMVS CHIS., locum non adnotavit. — Urnam, in qua est n. 2706, altam esse palm. 1, latam palm. $1^{1}/_{2}$, adnotat KIRCH.

	in fronte:	*in latere:*						
2700	A · FOV ·	F · F	2701	C · FOVR	2702	C · FOVRI · M · F ·	2703	CN · FOVRIO ·
2704	M · F · C · F		2705	P · FOV · C · F ·	2706	Q · FOVRIO · A · F ·	2707	FOVRIO ·

2700 frontis inscriptionem habet Anonymus cod. Chis. J VI, 205 f. 22 n. 4; et frontis et lateris Falconieri Inscr. athleticae (1668) p. 146 n. IV (inde sine dubio Fabretti 126, 12 auctore non laudato) eodemque exemplo Kircher Latium (1671) p. 67, qui quamquam nonnullas certe ex his inscriptionibus videtur vidisse, verba tamen ex Falconierio repetivit. Huius corporis vol. I n. 68.

2701 Falconieri l. c. p. 146 n. 4 non de visu, sed acceptam a monacho quodam; ab eodem sine dubio Kircher l. c. Corp. vol. I n. 66.

2702 Anonymus Chis. n. 6 sic ut exhibui, nisi quod punctum habet in FOVR·I; Falconieri n. 2 a monacho duabus lineis sic: C·FOVRI·M·F; Kircher l. c., ut duas inscriptiones, sic: C·FOVR M·F et M·F. Corp. vol. I n. 76.

2703 Anonymus Chis. n. 6; Falconieri n. 4 e monacho; Kircher l. c. Corp. vol. I n. 78.

2704 Anonymus Chis. n. 7; Falconieri, qui laudat monachum, et Kircher adnexam ad n. 2707, ubi vide.

2705 Anonymus Chis. n. 3; Falconieri n. III bis, et in operculo et in ipsius arcae fronte (inde Fabretti 246, 644 auctore non laudato); Kircher l. c. Corp. vol. I n. 66.

2706 Anonymus Chis. n. 4; Falconieri n. II (inde Fabretti 160, 16 auctore non laudato); Kircher l. c. Corp. vol. I n. 67.

2707 Anonymus Chis. n. 6; Falconieri n. 6 a monacho et Kircher l. c., hi coniungentes cum n. 2704 sic: FOVRIO (FOVRIO Kirch.) | M·F·C·F (uno versu Kirch.). Corp. vol. I n. 71.

Praeterea omnes titulos ex Kirchero repetiverunt Bartoli *gli antichi sepolcri* (1697) tab. 26 et Vulpi Lat. 6 tab. IX (ad p. 633); eosdem adiunctis duobus ab ipso confictis (M FOVR M F et C FOVR A F | MASCIA | CONIVNX) Petrus Polidorus misit Muratorio (sched. Mur. fasc. XX) repertos esse dicens a. 1673, unde coniunctos et denuo corruptos repetivit Murat. 1678, 8; denique tres nescio quos coniunctos et male corruptos edidit Murat. 1504, 6 (sic: C·FOVRIO A·F | P·FOVRIO C·F | A·FOVRIVS...) laudans Kircherum.

In eodem sepulcro reperta est n. 2766.

Tractavit Ritschl 'de sepulcro Furiorum Tusculano disputatio grammatica' (Berol. 1856) cum tab. (opusc. IV p. 457 seq.), priscae Latin. monum. epigr. enarr. p. 42 cum tab. XLIX fig. A.

Adscripsi quae de ipso sepulcro habent testes oculati Falconierius et Kircherus. 'In sylva igitur, quae ad eremum monachorum Camaldulensium pertinet, secus publicam olim viam, cuius vestigia adhuc supersunt, solo imbrium copia desidente, prodiderunt sese reliquiae veterum murorum a lapidibus quadratis, quos muros vestibuli olim fuisse dignoscitur, per quod ad monumentum ipsum patebat aditus. Nam in conspectu, qua muri quos diximus desinebant, monumenti ostium atque illud quidem non ea forma qua nunc ostia fieri solent, sed parte superiore aliquanto artiore. Eius antae ac superliminare ex lapide Albano (vulgo *peperino*) omnia, sine ullo quidem ornatu, sed egregie compacta. Quod autem observatu dignum, valvarum aut forium loco ostii lumen ita unico lapide ad unguem occlusum, ut nihil fieri possit in eo genere exactius. In eo lapide, ut in foribus bipatentibus etiam nunc fieri solet, tympana utrinque impagibus ac coronis conclusa, ac quo loco manubria apponi solita, binae exsculptae larvae muliebris capitis speciem exhibentes. Conditorium in ipso topho excisum, in cuius medio sarcophagus erat quinque circiter pedum, lapide fastigiato opertus, cuiusmodi et aliae ad duodecim longe minores urnae in loculamentis ad utrumque conditorii latus positae. In earum nonnullis cineres reperti, atque aereus etiam nummus humano capite signatus. Inscriptiones aliae in urnarum fronte, aliae in earum operculis exstabant; — aliquot minio tantum scriptae imbribus deiectae perierunt (significantur fortasse n. 2701—2704, quas non vidit ipse, sed habuit a monacho). Reperta in eodem conditorio vasa nonnulla ex iis, quae vulgo Tuscanica antiqua esse creduntur, ac fragmenta etiam coronae testacei operis variis coloribus eleganter depictae.' Haec Falconierius. Kircher ita: 'Anno 1666 mense Aprili cum in Tusculanis Camaldulorum tesquis rusticus circa tumulum quendam fodiens terram vehementius concuteret, accidit ut terra, iam multorum seculorum decursu cadens, ingens detexerit sepulcrum, de quo mox certiores facti Camaldulenses, quorum territorio locus subiacebat, terra amota primo quidem veluti vestibulum quoddam quadris lapidibus extructum detexerunt; deinde portam ex lapide piperite et ingenti saxo obstructam, arcu superposito, et tandem cryptam, in qua tumbam praegrandem, intra quam vasa, quae paulo post describemus, varia repererunt, una cum variis depositis circumsitis, quorum singula Furiorum nomine insigniebantur'; et post alia (p. 68): 'quae in hoc sepulcro reperta sunt vasa, fuerunt omnia fictilia. . . . Numisma et in hoc sepulcro inventum fuit, cuius antica pars virum dignitate spectabilem nec non armis illustrem, postica triremem exprimit cum nomine *Roma*. . . . Annulos omnis generis, osseos, ferreos, aeneos, argenteos sepulcris imponi solitos . . . quotidiana experientia docemur cum in huius tum in aliorum novorum sepulcrorum detectione.' Addidit Kircher (in tab. ad p. 64) imaginem sepulcri, sed quae sine dubio ex bona parte ingenio vel ipsius vel delineatoris debeatur; similem imaginem edidit Bartoli *sepolcr.* tab. 65.

2708 cippus marmoreus. *Frascati in villa Piccolomini* HENZ. ROSS., *nel giardino privato di villa Lancelotti* LANC. — Vide ne sit originis urbanae, ut certo urbanus est titulus ab Henzeno et Rossio eodem loco descriptus huius corporis vol. VI n. 16662.

D · M ·
urceus Q · FVRI patera
TVRPILIANI

Descripserunt Henzen de Rossi Lanciani. Edidit Wells *Frasc.* p. 160.

2709 Tusculi GAMM. SAB. In agro Tusculano IVC. — In aedibus collapsis Luculli in Tusculano MATT., errore relata ad hanc inscriptionem indicatione quae pertinet ad epigramma *hic tibi surgebant celebres Luculle penates* editum in falsis. — (Romae) in hortis Maecenatis ultra thermas Diocletianas in campo Esquilino MAZ. — Extare Romae in S. Lucia in Orphea perhibetur in GRVT. ed. 2, ubi laudatur Gudius, qui id habuisse dicitur e Celso Cittadinio.

DIS MANIBVS SACRVM
M · GELLIVS MAXIMVS PHOEBO LIB OPTVM
HIC SITVS EST QVONDAM GELLI PARS MAXIMA PHOEBVS
ADFECTVS OMNIS POSSIDET ISTE LAPIS
VIX CONSVMMAVIT SEPTEM QVINQVENNIA LVSTRI
OSCVLA FEXVENTEM NEC TENVERE ANIMAM
QVOD SI MVTARI POTVISSENT FILA SOROXVM
GAVDERET CONDI MAXIMVS HOC TVMVLO

Pomponius Laetus apud Gammarum n. 138 (f. 72'); ab eodem pendet sine dubio Sabinus Marc. f. 238 et ex hoc rursus Mazochi f. 30. Alter Iucundus Ver. f. 44. 73, Magl. f. 184' et ab hoc Anonymus Corvisierii cod. Berol. A 810 p. 24, ubi adnotatur 'non visum x lo. c. [= Iucundo]' iterumque p. 118; Augustinus Tyfernus cod. Vind. 3528 f. 22', cod. 3540 f. 6; codex Olivae f. 40'; Alciatus cod. Feae f. 100; Apianus 182, 5; Pingonius f. 78: Pighius cod. Berol. f. 284 e libro cardinalis S. Crucis; e simili libro Metellus emendavit ad Mazochium suum nunc Vat.; item ex Iucundo Doni 10, 78. Solos versus vv. 3—8 habet Ferrarinus Par. 147' in suppl., Reg. f. 28'; Fabricius antiquitatis mon. (1548) p. 88 (inde Pithoeus epigrammata vet. p. 117); Mattei p. 98 (errore typ. 97) ex libro aliquo ms. anni fere 1408, ut voluit. — Praeterea Grut. 855, 10, 'e schedis Metelli, qui vidit' missam sine dubio a Gutenstenio et interpolatam; Murat. 1538, 8 'e schedis Antonii Scotti canonici Tarvisini et ex Donio'; Burmann anth. Lat. lib. 4 n. 347, qui praeter libros edios praesto habuit codicem Perotti et codicem Buchelianum, item quae ex codice aliquo Caroli Merone enotaverat Heiosius.

Dedi qualem proposuit Iucundus. — 1 om., v. 2 in fine collocant sic mutatum GELLIVS MAXIMVS PHOEBO LIB DVLCISS Gamm. Sab. Mazochi; DIIS·MANIBVS·SACRVM | PHOEBO·LIBERTO·OPTVMO | M·GELLIVS·ABASCANT Grut. — 3 GELLI Iuc. (Magl.), COELI Iuc. (Ver., sed corrigitur in margine) Sab., CAELI Gamm. — 5 CONSVMAVIT traditur. — 7 FILA tam Iuc. quam Gamm. et Sab., FATA Ferrarinus, Anonymus Corv. p. 84 (non p. 118), Augustinus Tyfernus, alii complures.

2710 rep. una cum n. 2688 GRANDI, et postea una cum ea adservata.

corona
D M
MATERIA MATER F
CIT ARCHESTRATO
F · PIENTISSIMO VI
XIT ANIS · VIIII
MINSIBVS II

Descripsit Bormann. Grandi ms.

3 ARCHESIRATO tam Borm. quam Grandi. — 4 litteras inclinatas non vidit Borm. — 6 MINSIBVS Borm., MENSIAVS Grand.

2711 Frascati in villa Borghesia; rep. ad *Col Matteo* [*Mattia*?] sub Monte Porzio MOMMS.

HISTILIO C · Ↄ Ↄ · L ·
DONATO
..ERIAE · Ↄ · L · PRIMAE
..LSBIO · Ↄ · L · PRIM
VINVLSIO
NEXO
VALE

Descripserunt Mommsen et Lanciani.

1 ΟↃ (pro C·ↃↃ) Lanc. — 3 in. L fractam om. Momms. — 3 fin. A fractam om. Lanc.

2712 rep. *presso Prato Porci*, deinde Frascati apud Eugenium Panizza.

DIIS · MANIBVS
HORATIAE · COMMVNI · CONTVBERNALI · SVAE
CARISSIMAE · VIXIT · ANNIS · XXXV
TI · CLAVDIO · GRATO · PETRONIANO · FILIO
VIXIT · ANNIS · XV
FECIT · TI · CLAVDIVS · RHODOCLES · SIBI · ET
LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQVE · EORVM
MONIMENTO · CEDERE · DEBENT · IVG · DVO
TI · CLAVDIO · TERMINALI · F · VIX · A · XXVII

Descripsit Ignatius Guidi a. 1886.

2713 Tusculi OMNES, in amphitheatro BENND. Ibi ego frustra quaesivi.

D M
HYGIAE ANN
XIII M · V · D · XII
DISCAS · ST

Descripserunt de Rossi Mommsen Benndorf. Habet Amati ms. Vat. 9738 f. 8 et apud Biondium ms. f. 33.

2 HYGIAF Momms. Ross. (hic addito 'sic'), HYGIAS Amat., HYCIAE Bennd.

2714 cippus BIONDI. Tusculi.

D · M
IANVARIAE · SORORI
PIAE · ENTISSIMAE
VIXIT · ANNIS · XV
MENSIB · XVI
DIEBVS · XVI
IVVENTVS · FRATER
GEMS · MERENTI · FEC

Descripsit Mommsen. Biondi ms. f. 29 (inde Canina p. 175); Amati ms. Vat. 8738 f. 4 et apud Biondium f. 33.

2 IANVARIAE Momms., IVARIAE reliqui. — 3 ENTISSIMA Momms., AENTISSIMA Am. Biond. — 5 fin. XVI Momms. — 6 om. Am. Biond. habet solus Momms. — 8 GEME Biond., ... Am. Momms.

2715 fragmentum Tusculi in villa Aldobrandini *al casale delle Fornaci* muro insertum.

ITALICVS · ET S
FILIO · INCOMPA*rabili*
B · M · F

Descripsit de Rossi, vidi ipse. Vv. 2. 3 edidit Wells *Frasc.* p. 120.

1 litterae fractae, sed praeter ultimas ... certae.

2716 rep. ibi ubi n. 2765 MATT. Romae apud Basseggium antiquarium MOMMS.

C · IVLIO · EROTI
MYRSINI
AMMIAE MVRI
IVLIAE · HELPINI
ARESCVSA

Descripsit Mommsen. Mattei p. 88 (inde Mur. 1472, 10; Vulpi Lat. 8 p. 182. Canina p. 144).

4 HELPI..., 5 AREC... Matt.

2717 cippus in villa Luculli a Frascati ... Romae in hortis Iulii III extra portam Flaminiam, vel similiter PIGH. BOISS. CIAC. In vinea cardinalis Aldobrandini olim ... Monte, nunc Clementis VIII MAN. In villa Burghesia ZOEG. AM. et adhuc in vestibulo musei.

imago pueri
DIS · MANIB · SACR
C · IVLI · C · F · SAECVLARIS

Recognovit Rossbach. Appendix Mazochii ... nensis (bibliot. univ. XIV. Q. 26 scripta ut videtur, inter annos 1521 et 1540: Pighius cod. Berol. f. 89 imaginem, Boissard ms. ... f. 83', Paris. p. 348, ed. 8, 188 (inde ... 1448, 3); Ciacconius cod. Rafaelli f. 92'. Maximi f. 188, Manutius Vat. 8253 f. 221'; Donius cod. Neap. 522, 8. cod. Barb. ... Zoega ms. p. 480, 23, Amati ms. 8735 f. 9737 f. 54, 8757 f. 20.

Imago pueri describitur *Beschr. der Rom* III, 3 p. 232 n. 28.

2718 litteris evanidis GIORGI. *Sopra il muro di una casa o vigna Spinetta un miglio in circa lontano da Frascati* GIORGI; rep. prope Frascati *nel luogo detto Spinetto, sopra il Cacciano*, deinde in vinea Lugari via Appia ad lapidem VI LVG.

Giorgi:	*Lugari*:
D M	D M
IVLIVS	C IVL V
OFFINIO	Ↄ H I M ω
ωIV	ωIV
5 SABINA	SABINAE
CCIVGI	COIVGISV
BENEMER	BENEMAER
FECIT ANN	FECIT ANNIS
	. . . .

Giorgi sched. Casanat. qui descripsit mense Oct. 1724, sed non sibi satisfecit; Io. B. Lugari *Monumenti al IV miglio della via Appia* (Romae 1882 fol.) p. 62.

2719 cippus marmoreus fractus, in vinea Lionardi [Filonardi?], ibi ubi n. 2616.

ENTISSIMAE · I
VLIA DEXTRIA
NA · MRF·TIR F
ECIT · B · M ·

Descripsi.

2720 Tusculi in villa Aldobrandini *al casale delle fornaci* muro inserta.

IVNIA · M
IVNIA · M · L
M · IVNIVS · IV
SILICIA · Ↄ · L · THEO
5 SILICIA · THEO
M · IVNIVS · M

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Wells *Frasc.* p. 161; Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 191.

2721.2 in villa Tusculana nobilium de Roccis FABR. Extat eodem loco, in villa nunc Muti parieti aedium adfixa.

fasces cum securi et virga rann. | malleus protome | locus | forcipes protome | terebra culter

P · LICINIVS · P · L ·
PHILONICVS

P · LICINIVS · P · L ·
DEMETRIVS · PATRONO sedo

Descripsit de Rossi. Fabretti 477, 143 (inde Mattei p. 66; Vulpi Lat. 8 p. 161; Canina p. 173); Wells *Frasc.* p. 114, de visu memorat Nibby *analisi* 3 p. 354.

Fasces cum securi a sinistra inscriptionis vidit Fabretti (ex hoc pendent in hac re reliqui), non vidit Rossius.

2723 litteris bonis et magnis BIONDI. Tusculi.

IQ · P · F · LVCRETIA
IA · OCTAVIA · SOCERO

Haec omnia exhibent Biondi ms. f. 28 (inde Canina p. 175) et Amati ms. Vat. 9751 f. 31'; sola ea quae dantur litteris rectis Amati ms. Vat. 9726 f. 3 et apud Biondium ms. f. 33.

1 IQ Biondi, IO Amat.; videtur scribendum |IO, deinde supplendum *Lucretia*[*no*].

2724 reperta una cum n. 2686, auctore GRANDI, deinde una cum illa adservata.

ENTISSIMAE · QVAE
VIXIT · ANN · LI ·
MENS · II · BENE
MERENTI · FECIT
5 L · MAIVS · SALVTA^{RIS}
LIS

Descripsit Bormann. Grandi ms.

6 debuit delere quadratarius addito RIS in 5, sed oblitus est.

2725 tabula marmorea cippi formam imitans. Frascati in vico *via Franara* muro aedium rusticarum inserta.

D M
MANLIAE · Ↄ · L
FELICVLAE
VIX · ANN · XXXII
5 T T · MANLI
COSMVS · ET
ONESIMVS
COLLIBERTAE
BENEMERENTI
10 FECER

Descripsimus Henzen Stevenson ego. Reggi in schedis Vaticanis Marinii (a. 1762); Marocco *mon. dello stato pont.* 7, 122.

2726 Tusculi prope domum d. Fanari (?) GIORG. Apud Passioneium PASS. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* off. II).

MOSCHVS · VÍLICVS
MARGARÍTAE
CONSERVAE
FECIT

Descripsit Henzen. Giorgi sched. Casanat.; Passionei 167, 16 (inde Donati 425, 15); Marini Vat. 9124 f. 85.

2727 tabula marmorea. Effossa a. 1735 in monte Tusculano versus aedem S. Mariae de Molara GIORGI, in ea declivi veteris Tusculi parte quae occasum respicit PLAC. Romae in claustro conventus S. Pauli via Ostiensi NIC. Ibi adhuc extat.

D · M
NARCISSO · CAES · N
SER · FECIT · VETVRI
VS · APOLLON · CVR · APOL
5 LONIO · MER ·

Recognovit Zangemeister. Giorgi sched. Casanat.; Placentini comm. Graecae pronunc. p. 46; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 166, 260. — Exemplum novicium Romae apud Piranesium vidit Marinius Vatic. 9122 f. 156.

2728 reperta una cum n. 2666, auctore GRANDI, deinde Romae in domo eius *via Bocca di Leone* n. 32.

D · M
NICE · V · ANN
XX · D · XIX · ITEM
MACARIA · V · AN
5 XIIX · D · XVI · ITem
IDAEA · MATEr
EARVM · V · AN
XXXXIX · MENSES
VII · D · XV · NICER
10 FILIS ET · CONIVG
BENEMERENTIB
FECIT

Descripsit Bormann. Grandi ms.

Vv. 1—5 a manu recenti restitutas esse ait Bormannus, sed sine dubio ad exemplum antiquum. — 6 scr. IDAEA.

2729 Tusculi in villa Aldobrandini *al casale delle fornaci* muro inserta.

TCI
ISC · SE
VS · ONESIM*us*
et MERIA · VA
5 *lenti* NA · FILIO
*p*ISSIMO

Descripsit de Rossi, vidi ipse. Lanciani ms. Edidit Wells *Frasc.* p. 191.

2 ISOSIA Lanc., ISOSEV Wells; in fine potest fuisse *ser*[*iro*].

2730 tabula marmorea rep. *nel versante del colle tusculano che guarda la valle della Molara*, deinde Frascati in villa Aldobrandini.

C · OPPIVS · C · L · PHILARGYRVS
FECIT · SIBÍ · ET · SVÍS
HORTENSIAE · M · L · EROTINI
C · OPPIO · C · L · SALVIO
5 C · OPPIO · C · L · ALBANO
OPPIAE · C · L · ALBANAE

Descripsit Lanciani.

2731 tabula marmorea. Rep. sub Frascati *in una tenuta del principe Borghese detta S. Croce* GIORG. Apud Passioneium cardinalem in eremo Tusculano PASS. Romae in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap. Off.* I).

PANTAGATHO
AVG · LIB ·
PECVLIARI
HERMA · ET · PHYLLIS · COLLIB · H.

Descripsit Henzen. Giorgi sched. Casanat. qui descripsit d. 23 Iun. 1734; Passionei 30, 22 (inde Donati 330, 12), Marini ms. Vat.
4 fin. FE (pro H) Giorgi.

2732 fragmentum marmoreum epistylii fortasse, litteris altis cm. 8, rep. anno 1879, in villa Rufinella *nel piazzale laterale destro a chi guarda il palazzo* ROSSI; extat in vestibulo aedium villae Rufinellae.

PHILVS

Descripsit de Rossi, vidi ipse.
Rossius cogitavit de Furiis Philis fastorum liberae reipublicae.

2733 Frascati in villa Borghesiorum, rep. ad *Col Matteo* [*Mattia?*] sub Monte Porzio.

POMPEIVS C
TRISVITI

Descripsit Mommsen

2734 tabula marmorea. Frascati in villa Aldobrandinia; rep. *nel sepolcreto della via che dalla latina ascen e al Tusculo* LANC.; rep. una cum n. 2694 WELLS.

D M
C · POMPONIO
SECVNDINO
FILIO · FECIT
CAECILIA · SECVN
DA · MATER · INFE
LICISSIMA · QVE
TALE · FILIVM · VIVA
AMISIT · V · A · XXII
M · XI D · XXI

Descripsit Lanciani. Wells *Frasc.* p. 179.

2735 Tusculi in villa Aldobrandini *al casale delle fornaci* muro inserta.

vir
canis tunicatus serpens
DIS · M ·
PRIMA · ATILI
SERRANI ·
EVANGELO ·
CON · BEN
merenti

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. De Rossi ann. inst. arch. 1873 p. 129; Wells *Frasc.* p. 190.

2736 rep. una cum n. 2688 et simul adservata.

D M
QVINTAS QVAE
VIXIT ANN V MEN
SES VI DIES XX
STEPHANIS MATER
FILIAE BENEMERENTI

Descripsit Bormann. Grandi ms., Santovetti canonicus Tusculanus descripsit.
1 in 2 in. singulas litteras vidit Santovettus non invenit Bormann.

2737 apud aediculam D. Francisci Xaverii sub Tusculo FABR. (*vicino alla cappelletta di S. Francesco Saverio a Vermicino, nella vigna d'un cittadino* MATT.).

RHANIDI · SVLPICIAE · L
DELICIO
NATA · BREVI · SPATIO · PARTV · SVBIECTA · NEC · ANTE
TESTATVR · GVSTO · TRISTIA · FATA · RHANOS
NAMQVE · BIS · OCTONOS · NONDVM · COMPLEVERAT · ANNOS
ET · RAPTA · EST · VITAE · RAPTA · PVERPERIO
'sic' FABR. PRAENTIS · TVMVLVS · DVO · FVNERA · CORPORE · IN · VNO
EEQVIAS · GEMINAS · NVNC · CINIS · VNVS · HABET

in latere sinistro:

SVLPICIA · TRIONIS · L
RHANIS

Servavit Fabretti 44, 251. Repetiverunt Mattei p. 81; Vulpi 8 p. 180, Burmann anth. Lat. 4, 130; Canina p. 168.
4 fin. scr. RHANIS. — 7 *praesens hic tumulus* coniecit Burmann; *praegnantis* in mentem venit Bormanno.

2738 sarcophagus marmoreus litteris evanidis fonti suppositus in vinea Filonardi nunc Consoli sub Monte Porzio Romam versus.

D M
ROMANIAE
QVAE VIXIT AN XI M · 0
D · VI · ROMANIVS
CRESCENTILIANVS
ALVMNAE

Descripsit de Rossi.
V. 2 vix legitur.

2739 Tusculi in villa Aldobrandini *al casale delle fornaci* muro insertum.

C · RVSTI
DIOGEN

Descripsimus de Rossi et ego. Edidit Wells *Frasc.* p. 190.

2740 Tusculi apud Sennium, rep. apud locum vulgo Collepizzuto.

D · M ·
RVTILIO PETONI
RVTILIA ELPIS
PATRONO BENE
MERENTI FEC ·

Giorgi sched. Casanat.
2 cognomen corruptum.

2741. 2742 in plinthis statuarum duarum muliebrium effossarum a principe Canino Tusculi (*area già occupata dal foro tusculano* addit CAN., de suo). In museo Vaticano CAN. n. 2741 hodie quoque extat (*Chiaramonti a sinistra*), n. 2742 extabat *Galleria lapidaria* PLATNERO, sed hodie videtur desiderari.

2741
RVTILIA · L · F · MATER · TER · REGIN

2742
RVTILIA · P · F · AVIA

N. 2741 descripsit Henzen. Utramque memorant Nibby *viaggio* 2 p. 80 et Melchiorri *Atti* vol. 21 fasc. 61 (1820) p. 123; delineavit utramque statuam Canina tab. 32, inscriptionem exhibet etiam p. 143 cum epistula Borghesii. Solam n. 2742 Platner *Beschreibung Roms* p. 38 n. 243.
2742 P·F Platner, F·R Canina tam in tabula quam in textu, addit fuisse fortasse P·L.

2743 cippus litteris valde corrosis. Tusculi in villa Aldobrandini in hemicyclo ante portam posticam palatii ROSSI. Ibi ego frustra quaesivi.

L · SALL
urceus PRIMIGENIO patera
BLAST ... · FECIT
(capella ut videtur)
arborem tondens

Descripsit de Rossi
3 *Blastus lib. fecit*

2744 Tusculi in repositis villae Rufinellae.

SEX
ET · L
C O A*elori*
MAP
CO
ST

Descripsit de Rossi.

2745 tabula marmorea Frascati in villa Taverna-Borghese.

D M S
SPENI
VIXIT XXVII MES I D V
COIVGI BENEMEREN
FECIT

Descripsit Lanciani.
3 pro XXVII scr. A XVII.

2746 tabula lapidis Tusculani integra, ut mihi videbatur, et litteris bonis. Extat in vetere Tusculo muro casae rusticae inserta (ibi ubi n. 2811).

C · SVLPICIVS
C · L · FELIX
M A X I M A

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 178.

2747 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. *presso il Tusculum* SARTI. Extat in vetere Tusculo ibi ubi ea quae praecedit.

T A S *ereSedata*
C · L · *PILARo*
C · TAE*mulentius*
)· L · T*E* . . . .

Descripsit Henzen, recognovi ipse ea quae dantur litteris rectis. Paulo pleniorem exhibet Sarti ms. descriptam a Tocco a. 1848.
Taemulentio Sedata reperitur in inscriptione Q. Horatii Tarsi huius corporis vol. VI n. 19518.

2748 Frascati in villa Taverna: repertam esse anno circiter 1848 *al di là di Fontana Candida (sotto Monte Porzio) in un terreno di G. B. Corvaccini* scribit GRANDI.

D · M
TER · SOPHE
MATRI · FEC
T · EVTYCHIS · F

Descripserunt Rosa et dux Caetani. Grandi ms. Edidit Wells *Frasc.* p. 333.
1 om. Rosa. — 2 fortasse *Ter(entiae)* et 3 *T(erentia)*.

2749 fragmentum tabulae marmoreae litteris praegrandibus, rep. una cum n. 2678. 2727.

TORQ. . . . . .

Placentini comm. Graecae pronunciationis (1751) p. 47.

2750 in urna (alta palm. $2^1/_2$, lata palm. 2 KIRCH.) reperta una cum n. 2700—2707.

a ⟨ · TVRPLEIO · ⟨ · F ·
b ∧ TVRPLEIO ⟨ · F

Utramque exhibent Falconieri inscr. athlet. p. 148 n. I et Kircher Lat. p. 87; solam *a* Anonymus Chis. n. 2. Repetiverunt ex Falconerio Fabretti 348, 643 auctore non laudato; ex Kirchero Sante Bartoli *sepolcr.* tab. 88; Vulpi Lat. 8 tab. IX (ad p. 333); Muratori 1304, 2 corruptam; praeterea utramque corruptam addita tertia hac: M·TVRPLIO|Q·F·L·M ab ipso conficta[1]) Petrus Pollidorus misit Muratorio (sched. Mur. fasc. XX) dicens repertas esse aliquot annis ante *in altra villa della stessa territorio di Frascati*, repetivit Mur. 1787, 4. — Est huius corporis vol. I n. 83. — Tractavit Ritschl l. c. ad n. 2707 seq.

Kircherus *a* collocat in ipsa urna, *b* in operculo, Falconieri utramque in ipsa urna, ita ut *b* marginem superiorem occupet, *a* marginem sinistrum deorsum currens.

b primam litteram videri fuisse Q dixit Ritschelius, recte opinor, quamvis aliter senserit Mommsen; potuerunt Gaius et Quintus fratres in eadem arca condi.

1) Hanc suo Marte in antiquitatis aliquam speciem reformatam sic. M·TVRPLEIO·Q·F·S·M ex Muratorio repetivit Garrucci syll. n. 273.

2751 rep. una cum n. 2888 GRANDI, deinde una cum hac adservata.

D · M
T Y C H E
*MESS*ALINAE
VILICO

Descripsit Bormann. Grandi ms.
Quae dedi inclinatis, ea partim non vidit, partim recens incisa esse iudicavit Bormann.

2752 urna Frascati in aedibus marchionis Aluffi Pentini.

T Y C H E
NVTRICI

Armellini *cronichetta mensuale* 1878 p. 141.

2753 in plintho marmoreo, qui statuam videtur sustinuisse Tusculi in villa Rufinella NIBBY et adhuc.

M · VALERIVS · M · F

Descripsi post Henzenum. Nibby *viaggio* 2 p. 38 (inde Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 81 p. 183); Amati ms. Vat. 9738 f. 4 et 9751 f. 38 et apud Biondium ms. f. 83; ipse Biondi ms. f. 35′ et f. 304; Canina p. 118; Wells p. 318, Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 193.

2754 sub statua togata Tusculi in villa Rufinella; effossa a principe Canino prope theatrum Tusculi NIBBY BIOND. (ap. Caninam p. 141 not.). — *Trasportata nel R. Castello di Aglie* CANINA.

GN · VELINEIVS · GN · F · PATRVVS

Nibby *viaggio* 2 p. 38 (inde Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 81 p. 183); Amati ms. Vat. et apud Biondium f. 33; ipse Biondi ms. f. 38; Canina statuam cum inscriptione delineavit tab. 21, inscriptionem exhibet etiam p. 118 et p. 148.

Dedi exemplum Amatii et Biondii, nisi quod Amati apud Biondium (non ms. Vat.) *E* in VELINEIVS evanidam esse significat, ipse Biondi (cum Caninae tabula) eam omittit. — CN·VETINEIVS·CN·F Nibby.

2755 Tusculi *in una vigna poco più sotto* [intellege *sotto la vigna de PP. Camaldolesi in un luogo detto Spinetta*], *la quale confina con la sudetta verso tramontana, feci io estrarre la seguente ara, che dicesi da principio fusse ritrovata dove sono quelle gran macerie di sassi detti Quadrucci dalla figura che formano* MATTEI. Romae penes Basseggium antiquarium MOMMS.

D · M
VERRIVS FROM
TO · VERRIO MAR
CIANO PATRI OVL
CISSIMO ET VERI *sic*
urecia MATT. AE · VI//RE SORORI *yulere* MATT.
DVLCISSIME Q VI
XIT ANNIS XVIII ME
SESVS VIIII PATER VI
XIT ANNIS XCI ME
SES III FECIT

Descripsit Mommsen anno fere 1848. Antea solus descripsit Mattei p. 87 (inde Mur. 1888, 2; Vulpi 8 p. 188; Canina p. 163).

2. 3 VARRI|AE Matt. (tacite correxit Vulpi). — 6 VI//RE Momms., SVRERE Matt.; fortasse *Super(a)e*, ut coniecit Bormann. — 7 DVLCISSIMAE Matt. — 8. 9 ME|SESVS VII/I Momms., ME|NSISVS VIIII Matt. — 10. 11 MEN|SIBVS III Matt.

2756 rep. anno 1871 inter Frascati et Monte Porzio *nel luogo detto la Molara*, postea Romae in aedibus I. B. de Rossi.

· D · M ·
VETTIAE · IVSTAE · P · AELIVS
PROCLVS · CONIVGI · INCOMPA ·
RABILI · SANCTISSIMAE ·
CVM QVEM · VIXIT ·
ANNIS · XXII ·
BENE · MERENTI · FECIT ·

Descripserunt Gatti et Kaibel.

2757 tabula marmorea rep. anno 1879 inter Frascati et Monte Porzio, *al Sud della villa Lucidi*, deinde in monasterio Grottaferratensi.

T · VINICIÓ
CORINTHO
OPTIMO · ET
KÁRISSIMO
LIB · PATRÓNVS

Descripsit Stevenson. Cozza *raccolta di Grottaferrata* n. 15.

2758 Frascati in villa Taverna, repertam una cum n. 2758 facit Grandi.

Q · VITELLIVS · Ɔ · LIB · AGATHOPVS
FECIT · SIBI · ET
VITELLIAE · Q · LIB · BLASTE · ET
Q · VITELLIO · AGATHOPODIS · LIB
5 EVAEISTVS sic

Descripserunt Rosa et dux Caetani. Grandi ms.; Wells *Frasc.* p. 233, Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 180.

2759 rep. anno 1882 *tra Ciampino e Frascati* CAET. Romae in aedibus Caëtani MOMMS.

C · VOLVMNI · C · L
SALVI · VOLVM
POEN . . . A NIA
DE · SV . . . O FECIT

Descripserunt M. A. Caetani et Mommsen.

3 NIA litterae coniungendae sunt cum v. 2 cognomen Volumniae incertum est. — 3. 4 hiatus lapidis videtur antiquior quam inscriptio.

2759a rep. una cum n. 2886.

· AVG · L
SIBI · ET
NDAE
BENE
ET 5
IIONI · F
SVIS

Descripsit Bormann. Grandi ms.

5. 6 litteras inclinatas non vidit Bormann.

2760 rep. anno 1807 a Luciano Bonaparte in villa Rufinella ANON.; inter Tusculanas BIONDI.

D · M
·HIMVS · C · F
EPV · E · CDSE
· · M

Guattani *Diario di Roma* 8 Apr. 1808 idemque, ut videtur, *Memorie enciclopediche romane sulle belle arti, antichità cet.* III p. 133; Biondi ms. f. 37 (inde Canina p. 175).

Dedi exemplum Guattanii (*mem.*). Biondi sic D·M | EVPHINVS · C · M · F | EPVL · FE · COSE | B · M, Guattanii supplementis in textum receptis.

2761 Tusculi

R I
CCEN
T DEL
PEEOS

Biondi ms. f. 38 (inde male Canina p. 175), Amati ms. Vat. 9752 f. 8 descripsit mense Dec. 1825.

1 om., 3 fin., 4 om. Biondi. — 2 L·F·CEN Canina.

2762 fragmentum lapidis Tusculani (sic Biondi f. 213: Tiburtini, id. f. 38) litteris magnis repertum in fossionibus Tusculanis.

LIMEIV
VG

Biondi ms. f. 38 et f. 213 (inde Canina p. 152), memorat praeterea f. 91 (in relatione data d. 9 Oct. 1825). Amati ms. Vat. 9738 f. 2. 9751 f. 38'; Mommsen descripsit.

1 LINEV Momms., LINEIV Biond. Amat. — 2 GV Biond. — 1 [*Ve*]*lineius* supplet Biondi, referens ad eundem cuius est n. 2784.

2763 fragmentum lapidis Tiburtini litteris bonis altis digitos 8, Tusculi prope theatrum BIONDI.

VIMI
VA CONI G

Biondi ms. f. 29 (inde Canina p. 175). Amati ms. Vat.

1 ...IN..., 2 ...IA COM Biondi.

2764 Frascati in hortis Peatini.

LE s
*san*CTISSIMAE
X
*pa*RENTES

Wells *Frascati* p. 76.

2764a Tusculi *nella soglia della porteria del convento de' Capuccini.*

SI
NA

Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 204.

2765 tabula marmorea litteris, ut mihi videbatur, saeculi fortasse quarti, et Rosso (*bull. crist.* 1872 p. 143), quinti vel sexti. Frascati *nel casamento della vigna che una volta fu de' Signori Vespignani, ed oggi è de' PP. di S. Maria in Campitelli in Roma* MATT. Extat muro immissa in aedibus Campitelli prope Frascati.

I T MANIBVS TVMVLI DVLCISSIM
ETIOSA TVOS BVSTA TEGVNT CIN
*D SI SAC*RATVS LACRIMIS ROGVS HAV
QVAM FAMA TAMEN CVM TITVLIS MO
5 . . . ILLAM MORITV

Descripsimus Henzen Mommsen ego. Magis integram edidit Mattei p. 92, ex quo repetiit Vulpi 8 p. 134 (inde Mur. 1770, 4); ex his Burmann anth. Lat. lib. IV n. 212, de Rossi inscr. christ. I p. 484. Ea quae hodie extat Wells *Frascati* p. 82.

3 LACRIMI...|...HAVSIT (om. vocabulo ROGVS) duabus lineis, Matt.

Supplevit Rossius *bull. crist.* 1872 p. 142 sic

pater? ipse suo
composuit manibus tumuli, dulcissime nate
quae pr[*e*]*tiosa tuos busta tegunt cineres.*
Quod si sacratus lacrimis rogus haus[*it*] *et ossa,*
[*num*]*quam fama tamen cum titulis morit*[*ur*].

Pro christiano haberi posse contendit Rossius *bull.* l. c. (aliter senserat inscr. Christ. l. c.).

2766 in parte aversa lapidis in quo est n. 2765 MATT.; quod vide ne fictum sit a Matteio. Hodie certe ea pars latet muro immissa.

QVI VIXIT ANN · LXVII DEP · D KAL
VILISAGI VC

a. 336 vel 337 vel 338 incertum

Servavit Mattei p. 82. Inde Vulpi 8 p. 131 Mur. 423, 3. de Rossi inscr. Christ. I n. 1061.

Supra fractam esse non traditur. — De anno cf. de Rossi l. c. ad n. 1060.

Haec nullo modo est falsa, sed facile a Tusculo aliena.

XVI. LABICI (prope *Monte Compatri*).

Labici[1] — sic, vel Lavici[2]. Latinis. item Diodoro 13, 6, 7, τὸ Λαβικόν Dionysio et Straboni[3]), praeterea Silio 12, 534 — ubi fuerint, diu ignorabatur. Nam cum Strabo enarrans viam Labicanam ita verba faciat (5 p. 237 : πρόσεισιν (via Labicana) ἐπὶ πλείους τῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων, καὶ πλησιάσασα τῷ Λαβικῷ παλαιῷ κτίσματι κατεσπασμένῳ, κειμένῳ δ' ἐφ' ὕψους, τοῦτο μὲν καὶ τὸ Τοῦσκλον ἐν δεξιοῖς ἀπολείπει, unde fuisse Labicos intellegitur loco edito dextra viae Labicanae stadiis aliquanto plus centum viginti sive milibus passuum XV a Roma, Blondus Foroliviensis (Ital. illustr. ed. Bas. 1531 p. 324. 326), referens ut puto — nisi eius error subest — ad Labic...

1. Prima syllaba corripitur a Vergilio 7, 796 et qui eum exscripsit Silio 8, 366, producitur a Martiali 4, 30, 8; secunda constanter producitur.

2. *Lab* — tenetur tituli curatorum viae Labicanae huius corp. vol. VI n. 332 et vol. X n. 5398, quorum hic optimae est aetatis (scriptus sub Tiberio), item Graecus ex Asia minore Ephem. epigr. 4 p. 223; *Lav* — habet titulus prope ipsos Labicos repertus infra n. 2770, praeterea titulus curatoris viae Labicanae Corp. III, 6154. — Ad scriptores quod attinet, codices decadis primae Livianae constanter praebent *Lav*-, sed Vergilii et videtur omnes *Lab*-, itemque Graeci.

3. Αἴγλον (vel Αἰωλας) πόλις, quam Diodorus 14, 102, 4 scribit expugnatam esse a Romanis a. u. c. 362, cum sit Λαβικόν a librariis corruptum, ut constat.

verba quae sequuntur apud Strabonem. τελευτᾷ δὲ (via Labicana) πρὸς τὰς Πικτὰς καὶ τὴν Λατίνην, διέχει δὲ τῆς Ῥώμης τὸ χωρίον τοῦτο (scilicet Pictae) διακοσίους καὶ δέκα σταδίους, Labicos fuisse sibi persuasit ibi ubi est Valmontone [1]), quod oppidum abest a Roma milibus passuum circiter XXIV. Quae opinio diu obtinuit et ita altas egit radices, ut hodie quoque Valmontonenses publice verba Vergilii 'picti scuta Labici' adscripta ad imaginem genii nescio cuius pro insigni gerant. Errorem Blondi agnovit Cluverius, sed non minus quam ille lapsus est, cum Labicos collocavit Zagaroli (Cluver p. 967), nam Zagarolo distat a Roma milibus circiter XXI neque situm est in loco edito neque viae Labicanae a dextra. Verum videbatur reperisse — et certe, ut videbimus, non longe inde aberat — Holstenius, cum Cluverium adnotans (p. 131. 134) Labicos statuit fuisse ibi ubi est *La Colonna*; situs est enim hic vicus, ut requirunt verba Strabonis supra relata, XV circiter milibus passuum a Roma in loco edito a dextra viae quae videbatur respondere veteri viae Labicanae. Holstenii sententiam confirmavit quodammodo titulus ipsi nondum notus, sed primum editus a Fabrettio arcarii Lavicanorum n. 2770 repertus sub vico La Colonna ab ea parte ubi itur ad Monte Compatri. Quamquam etiam post repertum eum titulum Ficoronius, edito libro *le memorie della prima e seconda città di Labico* (Romae 1745), ad veterem Blondi errorem se applicans Labicos posuit passuum fere duobus millibus a Labicis Blondi sive Valmontone, scilicet loco dicto *Colle delli Quadri*, intra territorium oppidi Lugnano, motus potissimum, ut ipse vix dissimulavit, vano amore loci natalis, erat enim oriundus ex Lugnano Ficoronius [2]). Effecit Ficoronius, ut hodie vicus ille publice appelletur *Lugnano Labicano*. Ex Ficoronio totus pendet Bertarelli *intorno l' antico e nuovo Labico* (Romae 1245. 8⁰), nisi quod hic Labicos rursus transtulit aliquanto propius ad oppidum, unde ipse erat, Valmontone in locum dictum *Colle della Lite*. Homines docti et iudicii sani, ut Fabrettius (de aq. ed. 1 p. 121) Marinius (et intellegitur ex loci indicatione ad n. 2787) Nibby (*anal.* 2 p. 157 seq.) in sententia Holstenii adquiescere posse sibi videbantur. Francisci Ant. Vitale 'de oppido Labici dissertatio' (Romae 1778. 4⁰), quo Labicos vel certe Labicos veteres — nam distinguit Vitale veteres Labicos a novis sive Quintanensibus, secutus in hac re Ficoronium (cf. not. 5) — fuisse contenditur non longe a Monte Compatri meridiem versus loco dicto *Monte Salomone*, nemini videtur innotuisse. Nuper demum Petrus Rosa (*bull. dell' Inst.* 1858 p. 154) observavit viam veterem Labicanam vix potuisse anfractus eos sequi quibus hodie iter faciunt Roma, vico *La Colonna* ad dextram relicto, ad bivium S. Caesarei indeque Zagarolo et Praeneste, vel Lugnano et Valmontone versus, sed videri inde ab eo fere loco ubi hodie est 'Torre Nuova deflexisse ad dextram et recto tramite mediam inter colles *La Colonna* et *Monte Compatri* tetendisse ad viam Latinam. Hoc si recte observatum est — nec dubitabit de ea re quicumque vel ipsos locos adierit vel formam locorum non fallacem ante oculos habuerit —, sponte patet Labicos quaerendos esse in eis collibus quorum summitatem hodie occupat Monte Compatri. Titulus autem sepulcralis arcarii Labicanorum n. 2770 positus in via Labicana inter Monte Compatri et La Colonna quod aliquanto minus ab hoc oppido distat quam ab illo, non offendit. Immo secundum sententiam antea receptam offendere poterat, quod ita arcarius Labicanorum non in via Labicana, sed in parte opposita oppidi sepeliri voluisset. Quamquam donec tituli ab ipsis Labicanis publice positi innotuerint, aliqua dubitatio de loco ubi forum et moenia habuerint Labicani remanebit. — Ceterum propter hanc incertitudinem coniunxi hoc capite omnes titulos repertos in tota regione interposita inter oppida Monte-Compatri Monte-Porzio La Colonna, neque exclusi eum, qui ab altera parte oppidi La Colonna iuxta viam quae nunc dicitur Labicana repertus esse dicitur, n. 2778 [3]).

De situ oppidi postquam egimus, restat ut videamus quae de ipso memoriae tradita sint. Inter colonias Albanas recensetur a Diodoro lib. 7 (ap. Eusebium) et in Origine c. 17, ubi traditur *Loeri* (cf. Dionys. 8, 15), inter triginta civitates quas anno 258 Romanis bellum indixerunt a Dionysio 5, 61; sacra fecisse in monte Albano cum reliquis Latii populis Labicanos auctor est etiam Cicero pro Planc. 9, 23. Fuisse, qui narrarent, nomen accepisse Labicos vel conditos esse a Glauco Minois filio, colligitur ex confusa narratione Servii ad Verg. Aen. 7, 796. Captos a Coriolano faciunt Livius 2, 39 et Dionysius 8, 19. Anno u. c. 336 dicuntur, cum iam superiore anno bellum paravissent (Liv. 4, 45, 3), coniunxisse se Aequis et a Romanis capti esse (Liv. 4. 45, 8. 4, 47, 5; neque aliter Diodorus 13, 6, 7: Ῥωμαῖοι πρὸς Αἴκους πόλεμον ἔχοντες Λαβικοὺς ἐξεπολιόρκησαν); addit Livius Romanos deinde coloniam Labicos deduxisse missis eo colonis mille quingentis (Liv. 4, 47, 5 cf. 4, 49, 5). Quae narratio habet sane quibus offendit, ut observavit Mommsen hist. Rom. 1⁵ p. 351. Certe neque apud Velleium neque apud ipsum Livium, ubi hic recenset colonias populi Romani iuris Latini (l. 27 c. 9, 7 et 10, 8; l. 29, 15, 5), adsunt Labici; coloniam autem civium Romanorum quomodo fuerint, obstat quod Cicero (pro Planc. 9, 23) de eis loquens utitur vocabulo municipii. Post illam expugnationem a Livio et Diodoro relatam Labici in rerum historia non memorantur. Caesar dictator villam in agro Labicano habuit, teste Suetonio Caes. 83. Vini Labicani qualitates exponit Athenaeus 1, 48 p. 26 f; uvas Labicanas memorat biographus Clodii Albini c. 11. Ad paucos homines oppidum devenisse indicat Cicero pro Planc. 9, 23, plane dirutum facit Strabo 5 p. 230 (παλαιὸν κτίσμα κατεσπασμένον) cf. p. 237, ubi idem Labicos recenset una cum Collatia Antemnis Fidenis inter antiqua πολίχνια, νῦν δὲ κώμας κτήσεις ἰδιωτῶν [4]). Nihilo minus mansit oppidum et habuit suam rempublicam etiam multo post, ut docet titulus iam saepe citatus n. 2770 arcarii rei publicae Lavicanorum scriptus, ut puto, saeculo p. C. altero vel tertii initio. Dicebantur autem ea aetate Lavicani Quintanenses, agnomine ducto fortasse ab eo praedio privati alicuius primum, deinde facto imperatoris [5]), cuius finibus, teste Strabone, aliquando fuerant comprehensi; et ipsum oppidum fieri potest ut dictum sit *Quintanas* [6]), certe itineraria tam Peutingeranum quam Antoninianum in via Labicana quindecim milibus passuum a Roma, id est sub ipsis Labicis, collocant *ad Quintanas*; praeterea sub Labicis una cum titulo n. 2770 repertum est sigillum figulinum (notum ceteroquin etiam ex urbe Roma) *ex predis Quintanensib. Agathyrsus Aug. lib.* Superfuisse oppidum sub nomine antiquo etiam aetate christiana inde apparet, quod episcopi *Lavicani* vel, ut plerumque appellantur, *Lavicanenses* et memorantur in actis ecclesiae (Ughelli X p. 120) et reperiuntur subscripsisse, una cum aliis episcopis Latii suburbani, diplomatibus pontificum Romanorum etiam saeculo p. C. undecimo [7]); sed noli oblivisci episcopos per multum tempus creari potuisse, quo ipsum oppidum esse iam desierat. Exeunte medio aevo ipse locus quo fuerant Labici adeo in oblivionem abierat, ut nasci potuerint eae quas supra rettulimus controversiae et errores.

---

1) Connexus est hic error Blondi cum altero de situ Gabiorum (cf. infra p. 279 not. 3), utraque res autem pendet ab interpretatione loci Liviani 26, 9, 11, consentanea est cum opinione quam habuit Blondus de Algido (cf. Blondus ed supra cit. p. 327).

2) Pro argumentis lectori affert Ficoronius formam locorum, sed quae tota est perversa et fallax.

3) Exclusi inscriptiones repertas in coemeterio christianorum appellato a Zotico, de quo egerunt olim Boldetti *osservazioni sopra i cimiteri* p. 564 cf. p. 182 et nuper fuse Stevenson *il cimitero di Zotico* (estratto dagli *opuscoli religiosi letterari e morali*, Mutinae 1876), quippe quod vix fuerit comprehensum finibus Labicanorum (cf. Stevenson p. 12. 13—23).

4) Mirum est quod apud Plinium, ubi recensentur civitates regionis Italiae primae, Labici desunt, sed adsunt eorum loco *Alfaterni et qui ex agro Latino item Hernico item Labicano cognominantur* (Plin. 3, 13). Haec si recte se habent, Alfaterni praeter Nucerinos Campaniae fuerunt alii qui *ex agro Latino*, alii qui *ex agro Hernico*, alii denique qui *ex agro Labicano* appellabantur. Sed hoc nemo Plinio credet; immo turbavit ille aliquid confusione nata inter schedulas quas sibi paraverat.

5) Diversos fuisse Labicos Quintanenses a veteribus Labicis, id quod statuit primus Ficoronius *memorie di Labico* p. 39. 51 et repetiverunt alii, non credo, nam non solum apud scriptores nulla mentio extat binarum Labicorum, sed etiam locus, quo Labicos Quintanenses fuisse ex titulo n. 2770 colligitur, idem est cum eo quem Strabonis verba supra relata veteribus Labicis adsignant.

6) Fieri potest, ut *Quin.* litteris, quae leguntur in laterculo Corp. VI, 2375b 1, 12 inter patrias militum praetorianorum ex Italia arcessitorum, significentur Quintanenses Labicani, quod coniecit Mommsen eph. epigr. V p. 236 not. 1.

7) Cf. Jaffé-Loewenfeld Regesta pontif. 1 p. 557. 287. — Novissima quantum scio mentio episcopi Labicani fit anno 1111 (Annales Romani ap. Pertzium Mon. Germ. scr. V p. 471, 17, unde pendet Chron. Cassin. 4 c. 37).

2767 tabula marmorea litteris aevi labentis rep. mense Dec. 1883 prope La Colonna in vinea Eugenii Ciuffa (cf. n. 2770).

AVG · A
ROVINCIA
OTO

Descripsit Helbig. Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 208.

1 Λ Lanc., Ϻ Helbig. — 2 fin. A om. Lanc. — 3 in. ᚹ om. Helb.

2768 tabula marmorea. Rep. prope Monte Compatri sub colle *Monte Doddo*, deinde Monte Compatri apud sacerdotem Vincentium Misori HENZ. Mortuo Misorio quo pervenerit, ignoratur.

R · I · O
p R I S C O
LIO · FESTO
aed · PLEB · CER
a quaESTORI · VRB
p o P P I V S
f quadR A T V S
amicO · OPTVMO

Descripsit Henzen et edidit *bull. dell' Inst.* 1856 p. 157.

Supplementa adscripsit Henzen.

2769 lamina aenea rotunda: a tergo extat clavus quo more vel tabulae infigi debebat FEA. Rep. anno 1815 *in una vigna vicino alla Colonna* FEA, similiter VISC., qui addit, fuisse deinde Romae apud Bonar Anglum. — In vase aereo rep. in ruderibus Veiorum loco dicto la Colonna ORELLI 5827, errore.

NARCISI *sic*
TI CLAVDI
BRITANNIC
·SVPRA
5 INSVLAS

Fea sched. f. 184, delineavit Phil. Aur. Visconti *diss. dell' accad. rom. di archeologia* I, 2 (1823) p. 357 cum commentario lecto d. 18 Iul. 1816 (inde repetita est *memorie romane di antichità* vol. 1 p. 174; Orelli n. 751. 5827).

2 CLAVDI Fea, CLAVD Visc. — 4 prima littera dimidiata, ut erat, et pro I et pro L haberi poterat (cf. Viscontius p. 360 not.).

Diversum hunc esse a Narcisso eo, qui Claudio imperatori fuit ab epistulis et magnam sui memoriam reliquit, non monerem, nisi in eum errorem incidisset Viscontius.

2770 parvus marmoreus cippus ut videtur. Ad oppidum Columnam in muro vineae de Lazarinis FABR., *non già nel muro, ma nella facciata del casino riguardante settentrione* FICOR., recte (*Cavato vicino la Terra della Colonna nella Vigna Lazzarina* MATT. Extat eodem loco quo viderunt priores, in vinea nunc, ut refert Lanciani, Eugenii Ciuffe, a sinistra viae quam nuper fecerunt a Frascati ad La Colonna oppidum paulo ante quam collis in quo est La Colonna ascenditur (duobus chil. a Colonna LANC.).

corona
D M
PARTHENIO · ARCARIO
REI · PVBLICAE ·
LAVICANORVM
5 QVINTANENSIVM

Recognovi. Fabretti de aquis ed. I p. 153, ed. II p. 178 (inde Nibby *viaggio* 1 p. 304), inscr. 540, 388. Mattei *Tuscolo* p. 60 (inde Mur. 1053, 3); Ficoroni *memorie di Labico* (1745) p. 50 cf. p. 58, qui dicit se vidisse; Vulpi Lat. 8 (1742) p. 590; Io. Bapt. Zanobetti misit Lamio epistula data Romae d. 15 Mai. 1780 (inter epistulas Lamianas bibl. Riccard. vol. 64) acceptam ab Ioanne Graziani Ariminensi Io. Bianchi misit Lamio (epist. Lamian. bibl. Riccard. vol. 11), unde edita est *Novelle lett. di Firenze* 1758 p. 335 (inde Donati 339, 3); Chaupy *maison d' Horace* 3 (1769) p. 469. Lanciani *not. degli scavi* 1883 p. 416. Orelli n. 118 et n. 3007.

2771 fragmentum tabulae rep. ibi ubi n. 2767 LANC. (*bull.*). Romae in aedibus Ciuffa *via Giulia, si suppone proveniente dal territorio tuscolano* LANC. (*notizie*).

-ω·
MEMORI/
·R MVLTI FORATAS
5 MVSICIS ARTERI/
I – CAESTATA CAN
COMICA ATELL ·
PAS PAT

Lanciani *notizie degli scavi* 1884 p. 153. *bull. municipale* 1884 p. 208.

2772 tabula marmorea litteris aevi labentis. Rep. in vinea Aloysii Dominicis sita inter La Colonna et novam viam Labicanam nunc (cf. forma locorum apud Rossium *bull. mun.* 1 p. 276 fig. A. rudera antiqua ibi inventa describunt Helbig p. 92 et Lanciani apud Rossium p. 275). Postea Romae in repositis musei Capitolini.

AF SPECV
LV DIANE
VSQ F CLE
MENTIA
5 NO · P · PRO
CLINI PASS
P M ∞

Descripsit Helbig, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1884 p. 93. de Rossi delineavit *bull. arch. municipale* 1 (1873) p. 270, contulit Kaibel. Garrucci syll. n. 1450, qui dicit se descripsisse.

Speculum Dianae nomen fuisse ei lacu cui adiacet nemus Dianae auctor est Servius ad Verg. 7, 516, sed ab eo lacu disiunctus est locus ubi hic cippus repertus est non solum spatio septem vel octo milium passuum, sed etiam summo monte Albano. Rossius *bull. mun.* l. c. p. 271 cogitavit de lacu eo, qui distat a loco ubi cippus repertus est paulo plus mille passibus, a sinistra viae quae nunc dicitur Labicana, quem lacum (hodie nullum nomen ei est nisi *il laghetto*) nonnulli putabant Regillum (Nibby *viaggio* p. 850), donec eum lacum non esse antiquum vel certe non eius aetatis, in cuius historia memoratur Regillus, observavit Nibby *analisi* 3 p. 8. Id ipsum, si verum est, obstat coniecturae Rossianae. Ceterum lacus Nemorensis Speculum Dianae nomen habet sine dubio propter limpitudinem aquae, hunc lacus aqua olim via minus turbida fuit quam hodie est. — Mommsenus *bull. dell' Inst.* 1865 p. 208 legerat *af speco Ludiane*, cogitans de specu Mithriaco; et reperta est una cum hac inscriptione tabula cum anaglypho Mithriaco (Helbig *bull.* 1884 p. 92). — 3-5 *usq(ue) f(undo) Clementiano.* — 5 *p(edatura)* Procla legit Rossius, certe significatur spatium interiectum inter speculum Dianae et fundum Clementianum esse Proclini. [Ad fundi vocabula cum domini addi soleat, mihi creditur solvendum esse *P(ubli) Proclini* et hoc significari: a *speculo Dianae usque ad fundum Clementianum* qui sit P. Proclini, spatium interponi passus *plus minus mille.* TH. M.]

2773/4 cippus MAR. 0102, herma acephalus VISC. Rep. anno 1781 *alla Colonna nella vigna Gromani* [i. e. ibi ubi n. 2770] MAR. 5111 Romae in villa Borghesia VISC.

HORTVLVS HIC VARI
EST OPVS ALCINOI ●

Manus ignota apud Marinium ms. Vat. 9122 f. 50'. E. Q. Visconti apud eundem ms. Vat. 9131 f 30, edidit *Museo Pio-Clementino* 3 (Med. 1819) p. 170 (inde Orell. 4335).

Eodem loco prodiit epigramma Graecum item inscriptum in herma (C. I. Gr. 6186 = Kaibel n. 600) ex quo colligitur fuisse ibi ἄλσος Νυμφαῖς ἱερόν.

2775 fistula plumbea rep. fossionibus institutis a Boccanera in vinea Ciuffa, l. n. ibi ubi n. 8767.

FABIVS PARAMI*nus fec*

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 418, *bull. municipale* 1881 p. 207.

Supplevit Lanciani ex fistula simili edita infra inter Praenestinas.

2776 in eadem fistula in qua n. 8775.

C VETIENIVS ✝

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 418, *bull. municipale* 1881 p. 807. Lege *C. Vettenius*; fistulam inscriptam *C. Vettennius Verecundus fec.* repertam, ut dicitur Praeneste, nunc adservatam Romae in museo Kircheriano infra habes inter Praenestinas.

Mirum foret si verum esset id quod Lanciani dicit has duas plumbariorum inscriptiones extare in eadem fistula. Ceterum notabile est duos plumbarios notos tantum ex fistulis Praenestinis hic denuo comparere coniunctos vel certe eodem loco.

2777 bis repetita in fistula plumbea rep. prope La Colonna in praediis Pallavicinorum *tenuta della Pallavicina*.

///ICISSIMVS FECIT

Stevensonio dedit Alex. Sbardella.

.. (*Fel*)*icissimus fecit*.

2778 in eadem vinea ubi n. 8767, *il sig. Eugenio Ciuffa trovò . . . un frammento di lapide sepolcrale col nome di* ANTHVS.

Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 187, *bull. municipale* 1881 p. 808.

2779 effossa anno 1871 sub oppido La Colonna in ruinis veteris villae in praediis ducis Altemps.

D · M
CHARIS FELICI
CONTVB · B · M · FEC

Descripsit de Rossi.

2780 tabula marmorea, rep. in vinea sub colle in quo est La Colonna septentriones versus sita ad viam antiquam, quae a Labicana Gabios ducebat, in agro, ut videtur, Labicano; deinde Monte Compatri in aedibus Passavantiorum HENZ. Ibi adhuc.

TI · CLÁVDIVS · NERÓNIS
AVG · L · DAPHNVS · FECIT
TI · CLAVDIO · ONESI · AVG · L · L
DOMESTICÓ · ET · MOSCHIDI
5 CONTVBERNALI · EIVS · QVI *sic*
QVONDAM · FVERANT · EIVS
ET · SIBI · GRATIAE · RETTVLERINT *sic*
OB · MERITIS · SVIIS *sic*

Descripsit Henzen. recognovi ipse. Edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1888 p. 187; Garrucci syll. p. 378.

2781 titulus columbarii Monte Compatri in aedibus Passavantiorum, repertus in territorio eius oppidi HENZ.

CLAVDIO
EVTYCHIONI · ET
CLAVDIAE
TNIAGENI *sic*

Descripsit Henzen.

2782 tabula ut videtur marmorea, muro inserta ibidem ubi n. 8770; neque alibi viderunt priores.

D · M ·
Q · FABIVS ·
DASVMIVS ·
QVINTIANVS

Descripsi. Ficoroni *memorie di Labico* (1745) p. 68, Io. Bapt. Zanobetti misit Lamio epistula data Romae d. 18 Mai. 1758 (inter epistulas Lamianas bibl. Riccard. vol. 61); acceptum a Ioanne Graziani Ariminensi Io. Bianchi misit Lamio (epist. bibl. Riccard. vol. 11), unde editus est *Novelle lett. di Firenze* 1758 p. 334 (inde Donati 339, 3); Zaccaria *annali letter. d' Italia* tom. I part. 8 p. 888; Vitale de oppido Labici (1778) p. 38; P. Rosa et Tomassetti descripserunt; Lanciani *notizie degli scavi* 1883 p. 417.

Fracta est a dextra, sed nihil videtur periisse. — 3 MAXSVMVS Vitale, errore vel interpolatione.

2783 tabula parva marmorea. Rep. ibi ubi n. 8788, *nunc affixa parieti domus Gattoni in ipso Montis Compiti ingressu* VITALE. Extat Monte Compatri supra portam domus *Via Langa* n. 1.

C · FLAVOLEIO · C · L ·
PHILARGYRO
LVCVSTA · L · FECIT · SIBI
ET · SVIS

Descripsit de Rossi. Vitale de oppido Labici (1778) p. 38; Kellermann *ms.* Ego vidi anno 1888, sed tectorio illitam.

D·M praemittit, 3 FLAVIA·C· (pro LVCVSTA) Vitale.

2784 rep. passibus fere mille quingentis a Monte Compatri La Colonna versus, *nel fondo vocabolo la Caricara, proprietà di Don Giuseppe Lali di Rocca Priora*.

DÍS · *MANIBVS*
*I*VLIAE
IVS*TAE*
*I*VLIA · SVC*CESSa*
5 *MATER FECIT*

Stevenson dedit descriptam ab homine imperito; idem vidit partis ectypum. Quae in eo ectypo adparebant, dedi litteris rectis, reliqua inclinatis.

3 VLIAE C, 4 SVCCESSO traditur.

2785 tabula marmorea. Rep. in territorio oppidi La Colonna, inde Monte Compatri apud Iosephum Dente, anno 1880 ibidem apud Raph. Villa EGO. Postea Frescati apud Alex. Fausti HELBIG.

POPILLIAE · M · F · ÍSIADI
VIXIT · ANN · XIIII · MENE · VII · DIEB · III
M · POPILLIVS · FELIX · ET · POPILLIA CRISPINA
PARENTES · MISERRIMI · FILIAE PÍISSIMAE
5 ET · C · SERVILIVS · PALLANS · VXORI · KARISSIMAE
FECERVNT

Descripsimus ego et Helbig.

Litterae C D in margine inferiore incisae noviciae sunt venuntque a domino tabulae Ios. Dente.

2786 tabella marmorea litteris malis, rep. in vinea prope collem *della fonte Molara* ad fines fundi S. Caesarei agri Labicani, deinde Monte Compatri ad portam aedium privatarum HENZ.

D M
SEMPRONIO ·
FECERVNT · PARENT
ES · FILIO · BENEMERENTI
5 *v*IXIT · ANIS · VII

Descripsit Henzen.

2787 apud Pasqualonium Romae, effossa a. 1780 in agro Labicano prope Labicum hodie La Colonna MAR

AVE · FELICITAS · ADRIAN....*dene*
MERENT · I DP III IDVS AP*riles*

Marini ms. Vat. (sched. Christ. n. 818) (inde de Rossi *bull. crist.* 1873 p. 113).

XVII. GABII (*Pantano, Castiglione*).

Gabiorum originem nonnulli rettulerunt ad Siculos (Solinus 2, 10 p. 35 M. *notum est . . . Gabios* (constitutos) *a Galato et Bio Siculis fratribus*, quae conditorum nomina ficta sunt, ut arbitror, ex ipso vocabulo *Ga-bi-orum*[1]), plerique ad Albanos (Dionys. 4, 53: Ἀλβανῶν ἀποικίας; Vergil. 6, 773 cum Servio, Diodorus lib. VII ap. Eusebium; Origo c. 17). Urbis vetustum splendorem et potentiam, item certamina quae cum ea habuerunt Romani, multa significant, ut cinctus togae *Gabinus* Romanis in sacris semper retentus[2], ut quod *ager Gabinus* in Romanorum iure augurali agro Romano quondam erat oppositus (Varro de l. L. 5, 33), et alia similia[3]. Non multum tribuerim narrationi veterum scriptorum de Remo et Romulo illic educatis (Dionys. 1, 84, Plutarch. Rom. c. 6, de fortun. Rom. c. 8; Stephanus Byz. s. v. Γάβιοι, nam ita scriptum apud eum est pro Γάβιοι; Origo gentis Rom. c. 21); minus etiam eis quae iidem referunt de bello gesto inter Tarquinium regem et Gabinos et quomodo ille Sextum filium Gabinis tyrannum imposuerit. Sed certa mentio extat foederis a rege aliquo Romano cum Gabinis percussi (Paulus Festi p. 56, Dionys. 4, 58; Horat. epist. 2, 1, 25; nummi citati ad n. 2802). Post reges exactos in rerum gestarum historia Gabii iam non memorantur; ne id quidem constat, quando ad civitatem Romanam pervenerint[4]. Videntur Gabii iam satis antiquis temporibus ad eum devenisse statum, quem describunt Cicero et scriptores aevi Augusti, id est paene nullum. Vix reperiri e municipio Gabino homines, qui carnem Latinis feriis petant, ait Cicero pro Plancio 9, 23[5]; magnam partem urbis esse derelictam neque habitari nisi tractum contiguum viae Praenestinae et eum a tabernariis tantum (νῦν μὲν οὐκέτι συνοικουμένη πᾶσα πλὴν ὅσα μέρη πανδοκεύεται κατὰ τὴν δίοδον), auctor est Dionysius 4, 53; ac paene in proverbii locum abisse solitudinem Gabiorum ostendunt Horatius ep. 1, 11, 7 (*Gabiis desertior atque Fidenis vicus*, et Propertius 5, 1, 34 (*qui nunc nulli . . . Gabi*). Neque aliter auctores posteriores Lucanus (7, 392. *Gabios Veiosque Coramque pulvere vix tectae poterunt monstrare ruinae*) et Iuvenalis 3, 191. 6, 56. 10, 100, hic non sine recordatione Horatii[6]. Attamen extitisse Gabios aetate imperatoria neque sine aliquo splendore inscriptiones ... editae ostendunt, quarum quae aetatis sunt certae ordine paene continuo procedunt ab Augusto (n. 2801) vel certe a Tiberio (n. 2802 — nam n. 2801 postea incisa esse potest — usque ad Elagabalum (n. 2802). Habuerunt Gabii toto hoc tempore rem publicam suam (n. 2721, 6. 2795, 9), fuerunt municipium (n. 2793; *omnes honores municipi* ... n. 2807; *municipes Gabini* n. 2802 cf. n. 2810), habuerunt ordinem decurionum et magistratus et collegia qualia reperiuntur passim in municipiis Italiae, ludi ibi edebantur, opera publica reficiebantur. Decuriones memorantur n. 2783. 2784 v. 5. 2795. 2799. 2802—2807. 2809, decretum eius ordinis scriptum anno 140 refertur n. 2795; curia, ubi convenerunt, appellabatur, ut ex eodem decreto apparet, *Aelia Augusta*. Magistratus fuerunt quattuorviri certe aetate Claudii (n. 2724) et Antonini Pii (n. 2795); sed interdum, fortasse deficientibus candidatis ingenuis, quattuorviris substituebantur *praefecti* duo appellati Augustalis generis libertini (n. 2805. 2811, ubi cum eis coniungitur *q(uaestor)* item libertinus, *praefectura* n. 2802), nam hos praefectos magistratus publicos fuisse vel certe pro magistratibus colligitur ex ratione, qua eorum nomina adscripta leguntur ad titulum publice a Gabinis positum n. 2801, item inde, quod ipsi ex decreto decurionum opera publica Gabinorum curaverunt (n. 2805). *Seviri Augustales* memorantur n. 2783. 2795. 2803, plerumque una cum decurionibus (*ordo decurionum et seviri Augustalium* est n. 2785 v. 7), *sevir Augustalium q(uin)q(uennalis)* eiusdem ordinis est n. 2808. Collegia praeterea adsunt dendrophori cum quinquennale suo (n. 2802) et tabernarii, de quibus cf. ad n. 2793. *Sacerdos Spei et Salutis Augustae*) mulier est n. 2804, propter quod sacerdotium nescio quae impensae vel donationes fieri solebant, ut ex eadem inscriptione colligitur. Opera publica Gabinis fecit vel refecit libertinus complura (*aquaeductum* n. 2727, alterum opus n. 2799), unde ... ille et Sabina uxor in n. 2798 dicuntur *locupletatores municipi*, fecerunt et refecerunt vel certe facturos se et refecturos polliciti sunt privati ut porticus alicuius refectionem sub Antonino Pio promisit Agusia Priscilla (n. 2801), proscaenii extructionem sub Marco et Vero Statius Rufinus (Ulpianus Dig. 50, 12, 8). Ludorum scaenicorum memoria exstat n. 2724, gladiatoriorum ut videtur n. 2801. Non tamen ex his inscriptionum testimoniis colligere falsa esse quae Cicero Dionysius Horatius de solitudine Gabiorum tradunt. Fieri potest ut multi vel plerique eorum qui Gabiis honoribus functi sunt Romae domicilium haberent et certis tantum diebus Gabios adierint, similiter et domicilium Romae habuisse magistratus et decuriones Veiorum, de cuius urbis statu sub imperatoribus similia traduntur atque de Gabiis[8], colligi potest ex inscriptione Orell. 4046, qua eos coiisse etiam Romae et decreta ibi fecisse evincitur. Homines divites Gabiis non abundavisse inde apparet quod tabernarii, despectissimum alioquin genus, locum aliquem ibi in re publica tenuerunt (infra n. 2793 v. 5. 6), quod cum Dionysii testimonio supra relato apprime convenit. Noli autem oblivisci opulentiam quam produnt tituli aetatis imperatoriae interdum magis esse simulatam atque fucatam quam veram et solidam. Statius Rufinus, quem promisisse Gabinis sub Marco et Vero extructionem proscaenii supra vidimus, eo promisso non stetit vel certe moras fecit (Ulpianus l. c.). Ipsis Gabinis rempublicam suam *aeternam* appellare placuit (n. 2795 v. 9), sed ...

1) Sumpsit hanc rem Solinus nisi fallor ex Cassio Hemina, cui similem narrationem quam habet de conditore Ariciae et ipso Siculo nominatim acceptam refert (cf. supra p. 223).

2) Egit de cinctu Gabino O. Mueller Etr. ed. 2, 1 p. 031 seq.

3) Macrob. sat. 3, 9, 13 cum observatione Mommseni hist. Rom. 1[5] p. 184 not. 1.

4) Inde quod Antistius aliquis, idem fortasse qui appellatur Ti. Antistius Ti. f. in inscriptione huius Corp. vol. I p. 165 n. 1, dicitur meruisse in exercitu Romano anno u. c. 301 et in annum insequentem tribunus plebis factus esse (Liv. 4, 42), et quod alter Antistius fuit tribunus militum consulari potestate anno u. c. 379 (Liv. 6, 30; Diod. 15, 51), genti autem Antistiae postea certe originem suam a Gabiis ducere placuit (cf. ad n. 2808), Beloch der ital. Bund p. 47) collegit, iam illo tempore Gabios fuisse municipium Romanum. Quod fieri potest, ut verum sit, quamquam potuit certe Antistia gens Gabina civitatem Romanam nancisci antequam patria facta sit Romana, possunt item Antistii illi annorum 331 et 379 alieni esse a stirpe Antistiorum Gabina. Certe hac in re fallitur Beloch, quod originem municipii Gabinorum repetit a foedere a rege Romanorum cum ipsis percusso.

5) Prodigia Gabiis Romam nuntiata refert Livius sub a. u. c. 540 (24, 10), 578 (41, 13), 591 (Obseq. c. 14). — Liber coloniarum p. 234 haec habet de Gabiis *Gavis, oppidum lege Sullana munitum, ager eius militi ex occupatione censitus est, iter populo non debetur*. Cf. supra p. 238 cap. X not. 4.

6) Inde quod Galenus ὑγιεινῶν 5, 5 (6 p. 334 K.) inter reliqua vina Italica enumerat τὸν οἶνον τὸν Γαβιανόν, vel quod saxum Gabinum memoratur a Strabone 5 p. 238 et Tacito ann. 15, 43, vel quod Horatius (ep. 1, 15, 9) significat aetate Augusti secessum Gabinum interdum ab aegrotis petitum esse, de statu oppidi nihil discimus. Idem cadit in id quod Plinius 3, 94, qui narrat de agro Gabiensi, si quidem is non diversus est a Gabino, quod aliter puto. — Ceterum propter fontes vel aquas petitum esse agrum Gabinum ex verbis Horatii supra citatis (sunt autem *aegri qui caput et stomachum supponere fontibus audent Clusinis Gabiosque petunt et frigida rura*, non potest colligi (licet id collegerit scholiasta nullius pretii qui dicitur Acro, et eum secuti sint E. Q. Visconti *monumenti Gabini* p. 11 et Nibby analisi 2 p. 78), neque extant fontes vel calidi vel frigidi in agro Gabino. Lacu Gabino, quem scriptorum antiquorum nemo umquam memoravit (cf. p. 279 not. 3), lavari quemquam voluisse non credo; quamquam aliter sensit Fea *Discussione sulla città di Gabio a suo luogo* p. 20 (*sarei perciò d' opinione, che le stesse acque del lago, ben pulito* e custodito, allora fossero freschissime). Traiano imperante cur celebres ... poetae inopia pressi, ut furnos Romae, ita *balneolum Gabiis* potissimum ... cere voluerint (Iuven. 7, 3), ego ignoro.

7) Inter annos 51 et 54 p. C. scripta est n. 2791, anno p. C. 61 n. ... sub Hadriano n. 2790—2783, sub Antonino Pio n. 2795. 2844 ... n. 2798, sub Severo n. 2880, sub Caracalla n. 2803. Addi potest, ... esse Gabiis imaginem quae vultum Gordiani tertii referre ... Visconti mon. Gab. tab. 14.

8) Florus 1, 6 (12, 11). *hoc tunc Veii fuere; nunc fuisse quis meminit? quae reliquiae? quod vestigium?* laborat annalium fides, ut Veios fuisse credamus. ... sane accidere homini umbratili ut Gabios et Veios oppida, de quibus in ... libus legerat, extare etiam tunc paucis incolis passuum sole ... Romae ut habitari (quamvis non a conditorum posteris et eodem nomine ... pellari plane nesciret.

sub certis condicionibus ei rei publicae donationes fecerunt Domitius Polycarpus anno p. C. 140 (n. 2795) et Plutius Epaphroditus anno 169 (n. 2793), statui et aeternitati eius non nimis videntur esse confisi: cavit enim uterque, ut, si res publica condicionibus illis non stetisset, tunc pecunia donata confestim ad vicinum municipium Tusculanorum transferretur; quales cautiones vix alibi reperiuntur adscriptae ad donationes factas rei publicae municipii alicuius. — Denique non nihil tribuendum casui. Casus aliquis dedit nobis anno 1792 (cf. infra) fori Gabini thesaurum epigraphicum (et statuarium) paene integrum, qui quantum appareret exiguus, si simili modo plene extarent inscriptiones fori Tusculani vel saltem Lanuvini. — Modicus ille splendor Gabiorum quousque duraverit, ego non definio. Quod inscriptiones aetatis certae non procedunt ultra Elagabalum (n. 2809), non magni est momenti (n. 2824 prolata ex agro ubi steterunt Gabii et ideo a nobis in hoc caput recepta ad ipsos Gabios vix pertinet). Sed extitisse Gabios etiam ea aetate qua Christiana religio dominari coepit, inde colligitur quod episcoporum Gabinorum aliqua, licet tenuis et non semper certa, extat memoria [1].

Gabios [2] fuisse in via Praenestina, quae via interdum etiam appellatur Gabina (Liv. 2, 11, 7. 3, 6, 7. 5, 49, 6) et fortasse antiquiore tempore semper ita appellabatur, pari fere intervallo inter Romam et Praeneste, ex multis scriptorum antiquorum testimoniis constat. Appian. b. c. 5, 23: Γάβιοι πόλις ἐν μέσῳ Ῥώμης τε καὶ Πραινέστου. Strabo 5 p. 238. Γάβιοι ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ κείμενοι. . . . διέχουσα τὸ ἴσον τῆς Ῥώμης τε καὶ Πραινέστου, περὶ ἑκατὸν σταδίους. Dionys. 4, 53: ἀπέχουσα τῆς Ῥώμης σταδίους ἑκατὸν ἐπὶ τῆς εἰς Πραίνεστον φερούσης ὁδὸν κειμένη. Tabula Peuting.: *Roma via Praenest.* — *XII* (unde corrigendum itinerarium Ant., quod habet *XV*) — *Gabios* — *XI* — *Praeneste.* Nihilominus in definiendo Gabiorum situ recentiores scriptores varios errores commiserunt, quos singulos memorare hodie iam non attinet, excepta tantum ea opinione quae Gabios collocabat ibi ubi est Zagarolo [3], propterea quod eius firmandae causa Ligorius bonum numerum inscriptionum a se ipso confictarum Zagarolo oppido tribuit [4]. Hodie, postquam effossiones institutae ab Hamiltono ineunte anno 1792 dederunt inscriptiones Gabinas infra editas paene omnes, extra dubium est Gabios fuisse ad eam viam quae hodie quoque dicitur Praenestina — quamquam iter Roma Praeneste plerumque via Labicana sive ut nunc dicitur Casilina faciunt — intra fines praedii Borghesiorum quod dicitur Pantano [5]. Inscriptiones illo tempore repertas antequam Romam in villam Borghesiam afferrentur descripserunt Fea qui edidit eas *Antologia Romana* tom. XVIII n. XL. XLI. XLIII (Mart. Apr. 1792); Anonymus is e quo venient exempla edita ab Heereno in ephemeride Gottingensi *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X (1794) [6]; Marinius in schedis Vaticanis; Ennius Quirinus Visconti; hi duo exempla sua inter se communicaverunt. Omnes edidit Viscontius libro inscripto *Monumenti Gabini della villa Pinciana* (Romae 1797. 8°) [7], quo libro etiam statuas eadem occasione repertas fuse descripsit. — Ipsae inscriptiones ex parte extant adhuc in villa Borghesiorum Pinciana, ex parte cum vetere museo Borghesio venerunt Parisios; aliae non paucae latent vel perierunt. — Contribui cum inscriptionibus vere Gabinis etiam eas quae repertae sunt vel esse dicuntur in via Praenestina non ita longe a Gabiis, n. 2789. 2792. 2834.

1) Recensentur quidem a Coleto (apud Ughellium tom. X p. 109, sub 'Gabino episcopatu' episcopi non minus novem, antiquissimus ad annum 465, novissimus ad a. 970 pertinens (unum ex anno 338 addidit Nicolai *atti dell' accad. pont. di arch.* V p. 40), sed ex his plerique incerti sunt. Notabile est imprimis antiquiores ex eis omnes non *Gabinos* vel *a Gabiis* vel *Gabenenses* appellari, sed *Gabinates* (cf. Mansi act. concil. 7 p. 960. 967. 1174), ita ut iure dubitari possit, num pertineant ad Gabios Latii. Sed qui diplomatibus pontificum Romanorum medio saeculo p. C. undecimo interdum subscripserunt episcopi Gabinenses (cf. Jaffé-Loewenfeld Reg. pontif. I p. 557), ad Gabios Latii debent referri ideo quod nulli alii episcopi in illis subscriptionibus reperiuntur nisi Latii suburbani. — Omnes episcopos tam Gabinates quam Gabinenses a Gallettio (*Gabio antica* p. 46—50) ad Gabios eos, quos sibi persuasit fuisse in Sabinis (cf. not. 2), esse relatos, memorare satis est.

2) Eodem vel simili nomine medio aevo appellabatur locus aliquis in Sabinis, ut apparet ex actis S. Gaetulii (act. SS. mens. iun. II p. 691), de quibus egit Stevensonus *il cimitero di Zotico* p. 13 seq., ubi sanctus ille dicitur degisse temporibus Hadriani 'territorio Savinensium in Gabiis civitate' et mortem passus esse extra eam civitatem 'in fundo Capreolis in Salaria ab urbe Roma plus minus milliario trecesimo supra fluvium Tiberim' (l. c. p. 696), et ex compluribus actis spectantibus ad monasterium Farfense, ut ex cessione scripta a. 1017, ubi praedium aliquod dicitur situm esse 'infra civitatem Gabis quae nunc Turris vocatur' (Galletti *Gabio* p. 126, *Il Regesto di Farfa* edd. Giorgi et Balzani III p. 230), et ex 'Florigero' citato a Gallettio p. 11, ubi memoratur 'Turris quae vocatur Gabis'. Sed hos Gabios extitisse aetate Romana et floruisse et suam rem publicam habuisse, id quod defendit Gallettius edito libro *Gabio antica città di Sabina* (Romae 1757), plane improbabile est.

3) Memorat eam primus quantum scio Raphael Volaterranus commentariorum urbanor. lib. VI (f. 77' ed. 1506). — Blondus Ital. illustr. (ed. Bas. 1559 p. 328 356) Gabios collocaverat ibi ubi est Gallicano.

4) Etiam in duabus inscriptionibus recentibus anni 1500, quae Zagaroli extabant 'ad aedem principis' vel fortasse hodie quoque extant — novi eas ex codice Vat. 9140 f. 999 —, id oppidum appellatur *Gabii*. Harum inscriptionum altera vel aliqua similis earum ipsum Fabrettium turbavit et quodammodo decepit, ut videbimus in falsis.

5) Situm est hoc praedium a dextra viae Praenestinae, ubi hodie supra solum nulla rudera supersunt, supersunt a sinistra viae inter viam et lacum (hodie exsiccatum), qui dicitur di *Castiglione*, olim dicebatur lacus S. Praxedis, medio aevo etiam lacus Burranus, parietes templi quod volunt fuisse Iunonis propter Vergilii verba 7, 682 *arva Gabinae Iunonis* (unde pendet Silius 12, 537 *Iunonis tecta Gabinae*), et aedicula veterum Christianorum, de qua egit Stevenson *cimitero di Zotico* p. 35. 37. Lacus ille apud antiquos non memoratur, quando primum medio aevo memorari coeptus sit, exponit Fea *discussione fisica, idraulica, storico-antiquaria e legale sulla città di Gabii e suo lago* (Romae 1824) p. 13 seq., cf. praeterea Nibby *analisi* II p. 20.

6) Cogitavi de Uhdeno qui illo ipso tempore Gabios adierat atque etiam inscriptionem n. 2791 solus servavit, sed obstat quod Uhdenus in schedis reliquas inscriptiones Gabinas non solum non exhibet, sed ne memorat quidem, praeterea quod ea ipsa, quam Uhdenus solus servavit, non adest inter editas in ephemeride Gottingensi.

7) Huius libri duae extant editiones eodem tempore emissae neque ulla re diversae nisi magnitudine typorum et numeris paginarum, citavi paginas utriusque.

2788 Gabiis rep. anno 1792.

HERC
SAC

Servavit Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 323. Inde Marini ms. Vat. 9126 f. 63. E. Q. Visconti mon. Gab. p. 156 (207).

2789 *ara quadrata piuttosto piccola*. litteris malis. Rep. *tra il Ponte di Nona e l' Osteria dell' Osa* ZOEGA. Haec paucis passibus distat a Gabiis, pons ille passuum fere duobus millibus, in via Praenestina ambo.

HERCVLI · SANCTO
SACRVM
TVLLIVS · ROMVLVS · V · ET · L
VENILIA · EVTYCHIA · EIVS
5 CVM TVLLIO · ROMVLO · FILIO
E · Q · R · V · S

Servavit Zoega inter schedas Marinii cod. Vat. 9127 f. 275 (inde huius corporis vol. VI n. 341).

3 fin. fortasse, ut coniecit Mommsen, *vet(eranus) l(egionis)*, vel etiam scribendum VET · E. — 6 *eq(uiti) R(omano)*.

2790 *ara rep. nelle vicinanze di Gabj* VISC.

MATRI DEVM
MAGNAE · I · DEAE
POMPEIVS · RVSONIANVS
COS · XV · VIR · SACRIS
5 FACIVND · IS
TAVROBOLIVM · MOVIT

Servavit E. Q. Visconti mon. Gab. p. 136 (121) nescio num de visu.

2. 5 puncta alienis locis posita esse diserte testatur Viscontius.

2791 sub signo Silvani acephalo (alto palm. circiter 3) rep. Gabiis vel prope Gabios, extabat, cum UHDEN vidit, in borreo quodam fundi Castiglione.

Q. VERANIVS MYSTIS
SILVANO VOTVM ·

Uhden, qui vidit anno fere 1788, in schedis musei Berolinensis. — Aliunde non novi.

2792 fragmentum tabulae litteris bonis, rep. una cum n. 2788.

VERVS
L · CAECILI
ACTOR ARAM
POS/uit

Zoega inter schedas Marinii cod. Vat. 9127 f. 275.

2793 tabula magna marmorea Gabiis rep. a. 1792. Nunc Parisiis in museo Louvre.

VENERI · VERAE · FELICI · GABINAE
A · PLVTIVS · EPAPHRODITVS ACCENS · VELAT NEGOTIATOR · SERICARIVS · TEMPLVM · CVM
SIGNO · AEREO · EFFIGIE · VENERIS · ITEM · SIGNIS · AEREIS · N · IIII · DISPOSITIS · IN ZOTHECIS · ET
BALBIS · AEREIS · ET · ARAM · AEREAM · ET · OMNI · CVLTV · A SOLO · SVA PECVNIA · FECIT · CVIVS · OB
DEDICATIONEM DIVISIT · DECVRIONIBVS SING · X V · ITEM · VI · VIR · AVG · SING · X III · ITEM · TABER
NARIS · INTRA · MVRVM · NEGOTIANTIBVS · X I · ET · HS · X · M N · REI · PVBL · GABINOR · INTVLIT · ITA VT · EX
VSVRIS · EIVSDEM · SVMMAE QVOD · ANNIS · IIII · K · OCTOBR · DIE · NATALIS · PLVTIAE · VERAE
FILIAE · SVAE DECVR ET · VI · VIR · AVG · PVBLICE · IN TRICLINIS · SVIS · EPVLENTVR QVOD SI
FACERE · NEGLEXSERINT · TVNC · AD MVNICIPIVM · TVSCVLANOR · HS · X · M N PERTINEANT
QVAE · CONFESTIM · EXIGANTVR · LOC · DATO · DECRETO · DECVR
15 Mai. 168 DEDICATA · IDIBVS · MAIS L · VENVLEIO · APRONIANO · II L · SERGIO · PAVLLO · II COS

Descripsit Henzen, ipse recognovi ad ectypum. Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 321; Marini ms. Vat. 9123 f. 85, qui vidit partem; Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X (Götting. 1794), 3 p. 3 (inde Orelli n. 1368); E. Q. Visconti mon. Gab. p. 188 (183) seq cum tab.; Clarac *musée de sculpture, inscriptions* tab. IV cf. text. vol. II, 2 p. 981 n. 808; Bouillon tom. III *cippes sépulcrales* tab. 5; Froehner *notice de la sculpture du Louvre* (ed. 3) p. 308 n. 171.

Veneri Verae felici Gabinae | A. Plutius Epaphroditus accens(us) velat(us) negotiator sericarius templum cum | signo aereo effigie Veneris, item signis aereis n(umero quattuor) dispositis in zothecis, et | balbis [= *valvis*] *aereis et aram aeream et omni cultu a solo sua pecunia fecit. Cuius ob | dedicationem divisit decurionibus sing(ulis) (denarios quinos), item (se)vir(is) Aug(ustalibus) sing(ulis) (denarios ternos), item taber|naris intra murum negotiantibus (denarios singulos), et (sestertium decem) m(ilia) n(ummum) reipubl(icae) Gabinor(um) intulit, ita ut ex | usuris eiusdem summae quodannis (quartum) k(alendas) Octobr(es) die natalis Plutiae Verae | filiae suae decur(iones) et (se)vir(i) Aug(ustales) publice in tricliniis suis epulentur; quod si | facere neglexserint, tunc ad municipium Tusculanor(um) (sestertium decem) m(ilia) n(ummum) pertineant, | quae confestim exigantur. Loc(o) dato decreto decur(ionum). | Dedicata idibus Mais L. Venuleio Aproniano ii L. Sergio Paullo ii co(n)s(ulibus).*

Filiam nomine Veram A. Plutius Epaphroditus, is ipse cui dedicatus est titulus infra n. 2818, dedicavit sub imagine Veneris appellans eam Venerem Veram felicem Gabinam. Quod die dedicationis non solum decurionibus et Augustalibus, sed etiam tabernariis sportulas obtulit Plutius Epaphroditus, inde colligi potest corpus tabernariorum locum non ultimum in re publica Gabinorum obtinuisse. Conferendus est Dionysius 4, 53, qui sua aetate Gabios magna ex parte esse vacuos πλὴν ὅσα μέρη πανδοχεύεται κατὰ τὴν ὁδὸν scribit. Fuerunt sine dubio etiam extra Gabios passim in via Praenestina tabernae et tabernarii; sed eos tantum qui intra murum Gabiorum negotiabantur a Plutio Epaphrodito esse honoratos non est mirum. Similiter alibi in donationibus una cum ordine decurionum et Augustalibus sportulas accipit non universus populus, sed tantum *populus intra murum morantes* (Corp. IX, 382) sive, quod idem est, *plebs urbana* (Corp. IX, 3842. 4697).

2794 in parietinis ecclesiae S. Primi olim episcopalis Gabiorum FABR. Significatur, ut videtur, aedicula veterum Christianorum, de qua cf. supra p. 276 not. 3 et praeterea Nibby *analisi* 2 p. 88; nam Fabrettium de situ Gabiorum recte fere iudicavisse colligitur ex eis, quae contra Holstenium scripsit (de aquis ed. 1680 p. 168).

/////////////////////////
VSTIAN QVI ///////////////////
flamen perp ETVVS ADE ///////////////////
IR AVG IIII VIRI //////////////////
ludos sca ENICOS ET ///////////////////
5 eT DECVRIOs //////////////////
CVM PRIN ///////////////////
7 MI CVM ////////////////////
'sequuntur tres lineae desperatae lectionis' FABR.
11 AVG DRVSI PATRIS GERMANICI CAESARIS DRVSI CAEs
agRIPPINAE AVIAE NERONIS CAESARIS GERMANICI ///
ANTONIAE AVG F ET CLVPEA INAVRATA VI ET ////
TILE VNA CANCELLOS ACERNEOS POD ////////

Servavit Fabretti 743, 513. Inde repetiverunt Vulpi Lat. 8 p. 183. E. Q. Visconti mon. Gab. p. 18 (18).

11—14 homines domus imperatoriae, quorum imagines (cf. *clupea inaurata* v. 13) hoc titulo videntur esse dedicatae, agnoscuntur hi: 1) *Drusus pater*, intellege Claudii Augusti, sub quo titulus scriptus est et cuius nomen fortasse praecedebat; 2) *Germanicus Caesar*; 3) *Drusus Cae[sar]* Tiberii filius potius quam Germanici; 4) [*Agrippina* Germanici uxor, *avia Neronis Caesaris Germanici*; 5) *Antonia* (Ti. Claudii) *Aug(usti) f(ilia).*] Titulus scriptus est post adoptionem Neronis et ante mortem Claudii, id est inter annos 51 et 54. Quot nomina perierint non constat (vix enim v. 13 legendum est *clupea inaurata sex*), nec magis liquet qua ratione vivos et mortuos coniunxerit is qui titulum dedicavit.

2795 tabula marmorea Gabiis reperta anno 1792. Nunc Parisiis in museo Louvre.

IN HONOREM · MEMORIAE · DOMVS · DOMITIAE · AVGVSTAE · CN · DOMITI · CORBVLONIS
FIL · DOMITIĪ · POLYCARPVS · ET · EVROPE · LOC · DAT · DECRETO · ORDINIS · DECVR · AEDEM
FECERVNT · ET · EX·ORNAVERVNT · STATVIS · ET · RELIQVIS · REBVS · PECVNIA · SVA · EIVSDEM
QVE TVTELAM · IN PERPETVVM REIPVBLICAE · DEDERVNT · SVB INSCRIPTIONE INFRA SCRIPTA

IMP · CAES · T · AELIO · HADRIANO · ANTONINO · AVG · PIO · III · M · AELIO AVRELIO · CAES · COS · VIIII · K · MAIAS · GABIS IN MVNICIPIO · IN CVRIA AELIA AVGVSTA · SCRIBENDO · ATFVIT · VNI·VERSVS · ORDO
DECVRIONVM REFERENTIBVS · L · VIPSTANO · L · F · CL · PVBLICOLA MESSALLA L SETRIO · L · P · PAL · PRISCO · IIII · VIR · Q·Q · CN·DOMITIVM·POLYCARPVM NOMINE SVO·ET DOMITIAE·EVROPES CONIVGIS SVAE
OFFERRE ORDINI DECVRIONVM · ET · SEVIRVM · AVGVST·ALIVM HS · X̄ · M N̄ QVIAM PRIDEM · EXTRVXISSET · TEMPLVM · IN HONOREM · AC MEMORIAM · DOMITIAE CORBVLONIS · FIL · ET · HOC · PIETATIS · SVAE ADFECTV
EXORNET · ET MELIOREM · FACIAT ORDINEM · N̄ · SINGVLIS · ET·IAM VNIVERSISQVE PRODESSE FESTINET · AT · QVOS EX REDITV · EIVS PECVNIAE · FRVCTVM SEMPER DESIDERET · PERVENIRE CONFVGIENDO AT
AETERNAM REM · PVBL · N̄ · PETENDO · VT SECVNDVM · EX·EMPLVM CODICILLORVM · CL · VITALIS · STIPVLATIONE INTERPOSITA DESIDERIO SVO TALIS·CONDICIO DECERNERETVR · VT · EX REDITV EIVS · PECVNIAE
III · IDVS · FEBRAR · NATALE DOMITIAE PRAESENTIBVS DECVRIONIB · ET · SEVIR DISCVMBENTIBVS IN PVBLICO AEQVIS PORTIONIBVS · FIERET DIVISIO ITEM HOC AMPLIVS IN TVTELA · ET ORNATIONIBVS
TEMPLI · HS V̄ · M · N̄ SVB EADEM CONDICIONE INFERRET · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · T · C
sic PLACERE VNIVERSIS · SECVNDVM RELATIONEM · S S · PECVNIAM ACCIPI PRAESTARIQVE IN PERTVVM · VT CELEBRARETVR NATALIS DIES · AC · MEMORIA DOMITIAE CORBVLONIS · FIL · ET EX REDITV HS M · N̄
DIVISIONIBVS FACTIS DISCVMBERETVR · IN PVBL · ET SI VLLO TEMPORE INTERMISSVM ESSET QVOMINVS PRAESTARETVR · IT QVOT · ORDO DECREVISSET AVT SI ORDO RESCIDISSET DECRETVM
SVVM MVTASSETVE CONDICIONEM TVM OMNIS SVMMA QVAE IN HANC REM ACCEPTA ESSET EADEM CONDICIONE MVNICIPIBVS TVSCVLANIS CONFESTIM · RENVMERARETVR
HOC DECRETVM POST TRES RELATIONES · PLACVIT IN TABVLA AEREA SCRIBI ET PROPONI IN PVBLICO VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSIT

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti mon. Gab. p. 91 (107) seq. cum commentario, mus. P. C. VI tab. 62 cf. p. 258 seq. (inde Orelli n. 775); Marini Vat. 9126 f. 70 manu aliena; Clarac *musée de sculpture* tab. XV cf. text. II, 2 p. 936 n. 552. Bouillon *musée des antiques* tom. III *cippes et inscriptions sepulcrales* tab. 5 delineavit.

5 SCRIBVNDO Orell., errore. — 6 MESSALIA, 11 HS Henzen, errore sine dubio.

1. 2 *In honorem memoriae domus Domitiae Augustae, Cn. Domiti Corbulonis* | *fil(iae), Do-*
3 *mitii Polycarpus et Europe, loc(o) dat(o) decreto ordinis decur(ionum), aedem* | *fecerunt*
4 *et exornaverunt statuis et reliquis rebus pecunia sua eiusdemque tutelam in perpetuum rei publicae dederunt sub inscriptione infra scripta:* |
5 *Imp. Caes(are) T. Aelio Hadriano Antonino Aug(usto) Pio (tertium), M. Aelio Aurelio*
23 Apr 140 *Caes(are) co(n)s(ulibus), (nonum) k(alendas) Maias, Gabi(i)s in municipio in curia Aelia*
6 *Augusta; scribendo adfuit universus ordo* | *decurionum. Referentibus L. Vipstano L. f. Cl. Publicola Messalla L. Setrio L. f. Pal. Prisco (quattuor)viris q(uin)q(uennalibus):*
7 *Cn. Domitium Polycarpum nomine suo et Domitiae Europes coniugis suae* | *offerre ordini decurionum et sevirum Augustalium (sestertium decem) m(ilia) n(ummum), — qui] iam pridem extruxisset templum in honorem ac memoriam Domitiae Corbulonis fil(iae)*
8 *et hoc pietatis suae adfectu* | *exornet, et meliorem faciat ordinem n(ostrum), singulis etiam universisque prodesse festinet, at quos ex reditu eius pecuniae fructum*
9 *semper desideret pervenire, — confugiendo at* | *aeternam rem publ(icam) n(ostram) petendo, ut secundum exemplum codicillorum Cl(audii) Vitalis stipulatione interposita*
10 *desiderio suo talis condicio decerneretur, ut ex reditu eius pecuniae* | *(tertium) idus Febrar(ias) natale Domitiae praesentibus decurionib(us) et sevir(is) discumbentibus in publico aequis portionibus fieret divisio; item hoc amplius in tutela et ornationi-*
11 *bus* [scr. *in tutelam et ornationes*] | *templi (sestertium quinque) m(ilia) n(ummum) sub eadem condicione inferret* [scr. *inferre*],
q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) it(a) c(ensuerunt): |
12 *placere universis secundum relationem s(upra) s(criptam) pecuniam accipi praestarique in per[pe]tuum, ut celebraretur natalis dies ac memoria Domitiae Corbulonis fil(iae),*
13 *et ex reditu (sestertium decem) m(ilium) n(ummum)* | *divisionibus factis discumberetur in publ(ico), et si ullo tempore intermissum esset quominus praestaretur it quod ordo*
14 *decrevisset, aut si ordo rescidisset decretum* | *suum mutassetve condicionem, tum omnis summa, quae in hanc rem accepta esset, eadem condicione municipibus Tusculanis confestim renumeraretur* | .
15 *Hoc decretum post tres relationes placuit in tabula aerea scribi et proponi in publico, unde de plano recte legi possit.*

De Domitia Cn. Corbulonis filia, Aelii Lamiae primum, deinde Domitiani uxore, quae scimus, adhibita hac ipsa inscriptione composuit Eckhel d. n. VI p. 322 seq. Quando vita functa sit, ignoratur: nisi quod constat Domitiano eam supervixisse. In huius ipsius et domus eius memoriam Polycarpus et Europe, ex libertis eius sine dubio, aliquot annis (*iam pridem* v. 7) ante annum 140 templum extruxerant in municipio Gabino, loco publice dato. Deinde ipso anno 140 Polycarpus suo et Europes nomine ordini Gabino obtulit ad illius templi tutelam perpetuam sestertium millia quinque, praeterea, ut inde quotannis natalis Domitiae celebraretur, sestertium millia decem. De hac duplici oblatione factum est decretum perscriptum in hac tabula inde a v. 5. — Quid sit causae, cur Gabiis potissimum memoriam Domitiae coli voluerint Polycarpus et Europe, latet. Claudius Vitalis, cuius codicilli memorantur v. 9, similem donationem Gabinis fecisse putandus est.

2796 Gabiis rep. anno 1792.

imp. caESARI · DIVI *traia*
ni pARTHIC · FIL · *divi*
neRVAE · N · TRAIANo
hadRIANO · AVG
. . . .

Fea *Antologia Romana* 1791 92 p. 323 (inde Marini ms. Vat. 9126 f. 63). Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur u. Kunst* fasc. X, 3 p. 2.
1 m. ..ESAI, 3 TROIAN, 4 NIANO Fea vel potius typographus.

2797 Gabiis rep. anno 1792.

IMP · CAESAR · DIVI · TRA*iani parthici filius divi nervae nepos traianus hadrianus*
AVG · PONTIF*ex maximus trib. pot. .. imp. . . . cos. . . p. p.*
AQVAE · DVCTVM · GABINIS . . .
. . .
QVAM

E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 247, mon. Gab. p. 14 (17).

2798 Gabiis rep., nunc adservatur una cum n. 2802 VISC. mon. — Apud Hannibalem nescio quem ('da Annibale') VISC. ms.

imp. caesari
divi TRAIANI *parthici fil*
divi NERVAE · NEPOT
traiano HADRIANO · AVG
pont. max. trib. POT · VII · COS · III *a. 123*
imp. et P · P · SVA · PEC · FECIT

E. Q. Visconti ms. Paris. f. 168, mon. Gab. p. 14 (17).
Requiritur primus casus in nomina imperatoris.

2799 basis marmorea, rep. a. 1767 *nella tenuta della casa Borghesi* (scr. *Borghese*) *chiamata Pantano*, deinde facta pontificis et destinata museo Vaticano AMADVZZI. Romae MORC., Romae in museo Vaticano MAR. Ibi extat (*Gall. lap.* Aug. II).

HADRIANO · . . . · SABINAE · a
AVGVSTO COS III P P AVGVSTAE
LOCVPLETATORIBVS · MVNICIPII
EX · D · D · PVBLICE

Descripsit Henzen, recognovi ad ectypum. Amaduzzi *novelle fiorentine* 1773 p. 5. Morcelli de stilo inscr. Lat. p. 320 (inde Orelli n. 816); Marini ms. Vat. 9124 f. 195.
Falsum exemplum bipertitum et mutilum extat in museo Vaticano eodem pariete quo archetypum.

2800 Gabiis rep. anno 1792

imp. caes. ai
l. septimio SEVERo
*pertina*CI · AVG · PIO
parthico ARABICO
*parthi*CO · ADIABENIC
*pont. max*MO · TRIB · *pot.*
imp. . . COS

Marini ms. Vat. 9126 f. 63; E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 156 (267). Idem exemplum est.
5 ADIABENICO Visc. (mon.).
Titulus antiquior est anno 199, quo Severus Parthicus maximus appellari coeptus est.

2801 *lastra sottile a lettere piuttosto piccole e trascurate* MAR. Gabiis rep. a. 1792; *smarrita nel trasporto delle Gabine antichità*, addit VISC. mon.

p. vinucius		L · ALFENIVS	a. p. C. 2
suf.	*k.* IVL	P · LENTVLVS · P QVI*nctius*	
l. caesar	DECESSIT	XIII · K · OCT	
M SERVILIVS		L · LAMIA	a. p. C. 3
SVF	K IVL	P · SILIVS · L · VOLV*sius*	
SEX · AELIVS		C · SENTIVS	a. p. C. 4
SVF	K IVL	C · CLODIVS · CN SE*ntius*	
C · CAESAR	DECESSIT	VIIII K M*artias*	
CN · CINNA		*l. valerius*	a. p. C. 5
SVF	K IVL	*c. ateius c. vibius*	
M LEPIDVS		*l. arruntius*	a. p. C. 6
suf.	*k. iul.*	*l. nonius*	

Marini ms. Vat. 9126 f. 63', Arv. p. 24; E. Q. Visconti ms. Par. 7 f. 122, mon. Gab. p. 11 (14). Idem exemplum est. Repetivit et explevit C. Cardinali *memorie romane di antichità* 1 (1824) p. 179 seq. (*diss. dell' accad. pont. di archeol.* 2 p. 257); deinde Orelli 641, Henzen huius Corp. vol. I p. 473 n. XII.
7 lin. CN SE traditur.

2802 tabula marmorea rep. Gabiis vel prope Gabios (*in que' dintorni*) paullo ante annum 1797 VISC., qui addit dono datam esse pontifi (unde fortasse in museo Vaticano extare ait Nibby *analisi* 2 p. 76). Nunc extat in insula maiore Balearium in museo Despuig.

L · ANTISTIO · C · F
VETERI · PONT · PR
X · VIR · STL · IVD · Q
TI · CAESARIS · AVGVSTI
DECVRIONES · ET · POPVLVS
MVNICIPES · GABINI
PRAEFECTVRA
SEX · MARCI · TERIS · ET · C · VABINI · CANACIS

Descripsit Hübner. E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 188. 217, mon. Gab. p. 12 (15). Marini *papiri diplomatici* p. 336; Fea sched. f. 350, qui vidit; Bover *noticia de los Museos Despuig* n. 36. Henzen syll. n. 7066.
Antistios Veteres originem suam a Gabiis deduxisse scimus ex denariis cusis a C. Antistio Vetere triumviro anno a. u. c. 738, in quarum parte aversa inscriptum est *foedus p. R. quo* (vel *cum*) *Gabinis*. Praeterea Antistium aliquem Petronem Gabinorum principem a Sex. Tarquinio dolo oppressum facit Dionysius 4, 57. — 3 attendit decemviratus stlitibus iudicandis collocatus inter praeturam et quaesturam, qua re motus Nipperdey ad. Taciti ann. 13, 11 *pont. pr.* v. 2 solvit *pont(ifici) p(opuli) R(omani)*; sed id multo magis consuetudini repugnat. — Duoviros, a quorum praefectura a populo Gabino hic lapis statutus est, fuisse ex genere libertino indicant nomina. Praefectos libertinos habemus praeter n. 2806 et 2811, ubi appellantur Augustales.

2803 fragmenta tabulae magnae marmoreae. Gabiis rep. anno 1792, nunc Romae in repositis villae Borghesiae.

Q · POMPEIO Q
FALCONI · SOSIO · Prisco
PONTIF · SALIO
QVAEST · Kand
IMP · M · AVRELI antonini
PII · FELIC ·
DEC · SEVIR · AVgustalis MVNICIPS
l. d. d. D

Descripsit Huelsen a. 1884. Habet E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 156, mon. Gab. p. 188 (208), praeterea solam partem intuenti sinistram E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 122' eodemque exemplo Marini ms. Vat. 8126 f. 83'. Fragmenta partis dextrae v. 2. 3. 7 descripsit etiam de Rossi huius corporis vol. VI n. 1481.

2 fin. 3 fin. dedi ad apographum Rossii; Huelsen non vidit v. 2 fin.), quae superesse videtur ex P, non vidit v. 3 fin. IO. — 4 QVAEST·K Visc. f. 186, QVAEST·A Visc. f. 122' Mar., QVAESTI Huels. — 7 fin. fuit puto MVNICIPES.

Fortasse is qui posuit titulum urbanum huius corporis vol. VI n. 1486, pronepos Q. Pompei Sosii Prisci consulis a. 166.

2804 basis marmorea. Rep. Gabiis anno 1792, nunc Romae in hortis Borghesiis (casa dell' orologio).

AGVSIAE · T · F · PRISCILLAE
SACERDOTI · SPEI · ET · SALVTIS · AVG ·
EX · D · D · GABINI · STATVAM · PVBLICE · PO
NENDAM · CVRAVERVNT · QVOD · POST
INPENSAS · EXEMPLO · INLVSTRIVM · FEMINAR
urceus FACTAS · OB SACERDOTIVM · ETIAM OPVS · PORTIC patera
SPEI · VETVSTATE · VEXATVM · PECVNIA · SVA REFECTV
RAM · SE · PROMISERIT · POPVLO · CVM PRO
SALVTE · PRINCIPIS · ANTONINI · AVG · PII
PATRIS · PATRIAE · LIBERORVMQVE · EIVS
EXIMIO LVDORVM · SPECTACVLO EDITO
RELIGIONI · VESTE · DONATA ·
· VNIVERSIS · SATIS · FECERIT ·
CVIVS · STATVAE HONORE CONTENTA
INPENSAM · POPVLO · REMISERIT ·
L · D · D · D ·

Descripsit Henzen, contuli ipse. Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 322. Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur u. Kunst* fasc. X, 3 p. 7 (inde Orelli n. 2163); Marini ms. Vat. 8126 f. 88; E. Q. Visconti mon. Gab. p. 110 (148).

Agusiae T. f. Priscillae, sacerdoti Spei et Salutis Aug(ustae), ex d(ecreto) d(ecurionum) Gabini statuam publice ponendam curaverunt, quod, post inpensas exemplo inlustrium feminar(um) factas ob sacerdotium, etiam opus portic(us) Spei vetustate vexatum pecunia sua refecturam se promiserit populo; cum, pro salute principis Antonini Aug(usti) Pii patris patriae liberorumque eius eximio ludorum spectaculo edito, religioni, veste donata universis, satis fecerit. Cuius statuae honore contenta inpensam populo remiserit [debuit esse remisit]. *L(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum).*

2805 Gabiis rep.

P · CLODIVS · HELIX
L · ATILIVS · THAMYRVS
PRAEFECTI · AVGVSTAL
BASIM · POSVERVNT · ET
STATVAM · REFECERVNT
D · S · P · EX · D · D ·

Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 323. Inde Marini ms. Vat. 8126 f. 88, neque aliunde E. Q. Visconti mon. Gab. p. 14 (16). Ex lapide puto Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X, 3 p. 8, unde Orelli n. 3678.

1 HELIX uterque auctor. — 2 THAMYRIS Anon. — 4 POSIERVNT Mar Visc. — *Praefecti* hi duo *Augustales* cum ambo cognomina habeant Graecanica, videntur fuisse libertini, cf. n. 2862. 2811.

2806 basis marmorea a. 1792 rep. Gabiis, nunc Romae in villa Borghesiorum (casa dell' orologio).

T · FLAVIO
T · FIL · QVIR
AELIANO
ORDO · ET · POPVLVS
GABINVS
PATRONO et curat rei
PVBL FIDELISSIMO

Descripsi post Henzenum. Marini ms. Vat. 8126 f. 63' qui vidit. E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 122', mon. Gab. p. 147 (166) (inde Nibby *viaggio* 1 p. 238; ex hoc Orelli n. 117); Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X, 3 p. 5.

4 fin. 5 nunc deest.

2807 basis marmorea. Gabiis rep. anno 1792, nunc Romae in hortis Borghesiis in vestibulo musei.

FL · T · FIL · VARIANE sic
OB MERITA
urceus CRESCENTIS patera
AVGVSTOR · LIB · PATRIS · EIVS
QVI · OMNES · HONORES
MVNICIPI · N · DELATOS · SIBI
SINCERA · FIDE · GESSIT
DEC · POPVLVSQ ·

Descripsit Henzen. Fea *Antologia Romana* 1791/2 p. 322; E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 141 (186); Marini ms. Vat. 8126 f. 63; Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X, 3 p. 6 (inde Orelli n. 3761).

2808 tabula marmorea. Gabiis rep. a. 1792, nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap suppl. parent.*).

OCTAVIAE · C · F
STRATONICEE
MATRI
FL · VARIANE

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 156, mon. Gab. p. 146 (168).

V. 4 nunc periit.

2809 basis magna marmorea. Gabiis rep. anno 1792, nunc Romae in villa Borghesiorum (*alla casa dell' orologio*).

M · IVLIO · ZOTICO ·
DECVRIONI
PATRI · DECVRIONVM
ET · SEVIRO · AVGVSTALIVM ·
Q · Q · EIVSDEM · ORDINIS ·
DENDROPHORI · Q · Q · SVO ·
PERPETVO · ET · PATRONO ·
DIGNISSIMO · OB ME
RITA · EIVS L · D · D · D ·

in latere intuenti a sinistra

DEDIC · VIII · KAL · IVL
IMP · M · AVRELLIO · AnTOni
no · PIO · FELIC · AVG iii
P · VALERIO · COMAZONTE a. 220
II COS ·
CVR · AEBVTIO · PRISCO · CASSIDARIO
DEMETRIO · ET · CELERINO · STATIENO
CLEMENTIANO ·

Descripsi. E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 122', mon. Gab. p. 150/151 (200/201), mus. Pio-Clem. tom. 6 (1821) p. 239; Marini ms. Vat. 8126 f. 63'; Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur u. Kunst* fasc. X, 3 p. 6 (inde Orelli n. 3741 cum additamentis Henzeni).

8. 9 verba OB MERITA·EIVS postea addita esse videntur. — In inscriptione lateris v. 2. 3 et Antonini nomen et numerus consulatus erasa sunt. — 5 in titulo urbano Corp. VI, 886 Comazonti praenomen est Marcus, corruptum est praenomen in argumento libri undeoctogesimi historiarum Dionis Cassii, cf. Boissevain Mnemosynes nov. ser. vol. 13 (1885) p. 320.

2810 *frammento d'architrave* VISC. Rep. Gabiis anno 1792.

IVN | *g*ABINIS
*m*ETILIVS | PONTIFE*x*

Marini ms. Vat. 9126 f. 63. E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 165 (206). Idem exemplum est.

1 m. fuit fortasse [m]*unicipibus*].

2811 Gabiis rep. a. 1792.

L · PI*nnius*
L · PIN*nius* NEOYMVS
PRAEFECTI · AVGVSTALES
L · PINNIVS · PORPHYRIO · Q

Marini ms. Vat. 9126 f. 63, Arv. p. 251 (inde Orelli n. 3878). E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 165 (207).

Hi quoque praefecti Augustales vel certe alter ex eis, ut si qui sunt supra n. 2665, item qui cum iis coniungitur quaestor, fuerunt generis libertini.

2812 cippus marmoreus. Rep. Gabiis anno 1792, inde Romae in villa Borghesiorum (*casa dell' orologio*).

A · PLVTIO · EPAPHRODITO
ACCENSO VELATO
negotiatori NEGOTIATORI · SERICARIO *patrono*
LIBERTI · PATRONO
OB · MERITA ·
EIVS

Descripsit Henzen, contuli ipse. Fea *Antologia Romana* 1791 2 p. 322, Marini ms. Vat 9126 f. 63; Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X, 3 p. 5 (inde Orelli 4252). E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 139 (185).

Idem A. Plutius Epaphroditus est supra n. 2793.

2813 Gabiis rep.

*ave*ALLINAE L SCYLLVS
...EDIMVS
D P

Servavit E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 156, mon. Gab. p. 166 (207).

1 supplevit Viscontius.

2814 Gabiis rep. anno 1792

*e*S QVOD · ANNIS · DEDICA
VERVNT · DEDICATVM
*mu*SEO · FRVGI · C · LARC*…*

Marini, qui videtur vidisse, ms. Vat. 9126 f. 63, Arv. p. 61; E. Q. Visconti ms Paris 7 f. 123, mon. Gab. p. 135 (185). Idem exemplum est.

2815 fistulae plumbeae rep. Gabiis a. 1792.

AVRELIVS · ALEXANDER PROX AB
EPISTVL LAT DIGITIVS FECIT

Marini ms. Vat. 9126 f. 63 qui vidit; ab hoc ut videtur E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 126 (169).

2816 fistula plumbea Gabiis rep. a. 1792. Nunc Romae in museo Kircheriano.

L · CLODIVS LONGINVS FEC

Henzeno descripsit Herzog. Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 325 (inde E. Q. Visconti mon. Gab. p. 126 (169)); Brunati mus. Kirch. inscr. p. 87 n. 7; Ruggiero catal. mus. Kirch. p. 144 n. 367; Lanciani syll. epigr. aq. n. 221. (*e* pro L) Lanc., om. Fea.

2817 fistula plumbea rep. Gabiis a. 1792.

FLAVIA FORTVNATA FEC

Marini ms. Vat. 9126 f. 63 qui vidit; E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 126 (169).

2818 fistula plumbea rep. Gabiis a. 1792

Q · LICINIVS CHRYSIPPVS FEC

Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 325 (inde E. Q. Visconti mon. Gab. p. 126 (169)).

2819 fistula plumbea rep. Gabiis a. 1792

T · STATILIVS · FELICIO · FECIT

Marini ms. Vat. 9126 f. 63, Arv. p. 251 de visu E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 126 (169).

Lineolam in fine habet solus Mar. (ed. non ms.).

2820 in agro Gabino AM., *nella tenuta di Castiglione* SARTI.

A · CLOVLIVS · P · F ·
FAL · V · A · LXXXXV
CLVIA CLOVLI · V · A

Amati ms. Vat. 9772 f. 6' cui dedit Burgess; Sarti ms., qui habuit anno 1830 a Vincentio Mencacci.

3 CLVIA Am., LVIA Sart. — 3 fin. deest numerus.

2821 Gabiis in muro domus rusticae.

*mu*NIFIC
*co*RNIFICI · S
*m*ARCIANO

Stevenson descripsit anno 1874.

2822 ara sepulchralis MET. In via Praenestina in templo quodam deserto ad rivum nono ab urbe miliari MET. SANL., similiter SMET. (Significatur puto aedes quae hodie quoque parietes superstites habet vulgo dicta Iunonis Gabinae, cf. supra p. 279 not. 5). *In via Prenestina in incerte* (scr. *certe*) *ruine d'un sepolcro a molte miglia da Roma* LIG.

O · M
TYCNE
P · VOCONI · SER
VIX · ANN · XXX
HEBLONVS
CONTVBERNAL
OPTIMAE · FEC
O · P · D · S · T · T · L

Metellus Vatic. 6038 f. 31; Smetius apud Waelscapplium f. 176', ed. 110, 13 (inde Grut. 996, 9, ex quo Orelli 4653); Sanlontius f. 229; Ligorius Neap. l. 39 p. 290 (inde Pantin… Vatic. 6036 f. 92', ex quo Donius Neap. 605, 7, Barb. p. 176 (ex schedis Manutii bibl. Vat.), ex hoc Fabretti 317, 442).

2 TYXE Sanl. — 5 HEBLONVS Met. Smet. Sanl., HELVIANVS Lig. — 7 om. Met. Lig. — 8 O·P·O litterae non intelleguntur.

2823 fragmentum marmoreum Gabiis rep. a. 1792.

OSA·

Marini ms. Vat. 9126 f. 63; E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 156 (208).

Vide ne recens sit vel falsa. Rivulus Osae Gabios non magno intervallo praeterfluit; non longe inde abest taberna dicta *osteria dell' Osa.*

2823a fragmentum fortasse epistylii, Gabiis in maceria quadam.

·VLL·

Descripsit Stevenson.

2824 cippus rep. anno 1784 *presso la via prenestina vicino a Pantano nel fondo Cesi nello scavo del principe Augusto* VISC. Rep. prope urbem anno 1783, deinde apud quadratarium quendam in Quirinali MAR. Nunc in museo Lateranensi.

crux sculpta
FELIX · VI
EX CONSVLE ORD
SERVVS · VEST · PRO
CONTINVIS BENE
5 FICIIS VESTRIS
OPTVLIT

Descripsit de Rossi. E. Q. Visconti ms. Paris. 8 f. 320; Marini cod. Vat. 9071 p. 84 (inde Mai script. vet. vol. V p. 195, 3), idem edidit Arv. p. 642; de Rossi *museo epigr. Lat.* tab. 2 cf. *bull. crist.* 1873 p. 115 not. 3, 1877 p. 11.

1 *Felix v(ir) i(nlustris).* — 2 Felices consules ordinarios fasti aetatis labentis cum habeant duos, a. p. C. 428 et a. 511, huic hanc inscriptionem tribuit Rossius propter litteraturam et ornamenta cippi.

XVIII. Inter Labicos Praeneste Gabios. *S. Cesareo. Zagarolo. Gallicano. S. Pastore.*

2825 basis marmorea. Nuper effossa in agro Zagaroli VIGN. (Romae) in viridario domus Rospigliosae, reperta in praediis domus Rospigliosae ad columnam mill. 14 extra urbem via Lavicana seu Praenestina BIANCH., ubi in numero milliarii videtur error subesse. Rep. *fra il colle di S. Cesario ed il secondo Labico* (quod collocatur a Ficoronio *presso le rovine del Castel Torrito nella contrada detta 'la Torre delle Marmore'*), *trasportata in Roma nel giardinetto del palazzo Rospigliosi* FIC.

DOMINO PATRI
M · VAL MAXENTIO
VIRO CLARIS ·
VAL · ROMVLVS · C · P
5 PRO AMORE
CARITATIS EIVS
PATRI BENIGNISSIMO

Vignoli, qui vidit, col. Ant. (1705) p. 315 (inde Mur. 753, 8, ex hoc Henzen n. 5570); Bianchini cod. Ver. 347 f. 14 qui descripsit d. 20 Febr. 1706; Ficoroni *le memorie della prima e seconda città di Labico* (1745) p. 44, auctore non laudato.

2 MAXENTIO Vign. Fic., item Bianch., sed litteras plerasque evanidas esse significans sic: (MAXENTIO). — 4 ID. ..AL Vign., VAL Bianch., M·VAL Fic. (cum Mur.) — 7 PIENTISSIMO Fic.

2826 basis marmorea, rep. una cum n. 2825 BIANCH.

DOMINAE MATRI
VAL · MAXIMILLAE
NOB · FEM ·
VAL · ROMVLVS C · P
5 PRO AMORE
ADFECTIONIS EIVS
MATRI CARISSIMAE

Bianchini cod. Ver. 347 f. 15 qui descripsit die 20 Febr. 1706 (ex huius schedis Maffeius, Ver. 312, 6; ex hoc Henzen n. 5571).

Tractavit Borghesius *Antologia di Firenze* vol. 18. 1808 p. 67 sq. = opp. 3 p. 146 sq. Maxentius est is qui inde a mense Oct. 306 usque ad a. 312 Romae imperavit, adhuc privatus, Valeria Maximilla uxor eius, filia Galerii Valerii Maximiani Caesaris postea Augusti (unde in excerptis Valesianis 3, 7 et a Lactantio de mort. persec. c. 18 cf. c. 26 Maxentius dicitur Galerii gener) et propterea dicta *nob(ilissima) fem(ina).* Ipse Maxentius quod *vir claris(simus)* tantum appellatur, non *nobilissimus*, licet et ipse filius Augusti Maximiani Herculei, id, iudice Borghesio, inde explicandum est, quod hi tituli videntur positi esse postquam Maximianus imperio se abdicaverat et privatus factus erat. Teste Victore (epit. 40) Maxentius tunc cum imperator dictus est, degebat *in villa sex millibus ab urbe discreta itinere Lavicano*, ubi significatur fortasse is ipse locus, quo hi tituli reperti sunt, numero tantum milium apud Victorem corrupto. — Qui titulos posuit, Valerius Romulus *c(larissimus) p(uer)* est is qui postea a patre divus dictus est.

2827 lapis marmoreus formae rotundae altus m. 0,70, latus m. 1,38. Rep. *a S. Cesareo fra La Colonna, Monte Compatri e Zagarolo, e precisamente nel quarto chiamato Campo gigliaro* (significatur sine dubio *Campo Gillaro* formae publicae nuper editae, qui est a S. Caesareo Monte Compatri versus) *già tenuta del principe Rospigliosi, che ora viene ridotta a vigna da Domenico Massori di Monte Compatri* SARTI. Extat in praedio S. Caesarei in cavaedio praetorii Rospiliosorum.

CORELLIAE · C · F · GALLAE · PAPIANAE
VXORI · C · CORELLI N · P · FAB
QVAE · TESTAMENTO · DEDIT · COLONIAE
MENTVRNENSI · HS · C̄ · ET · MVNICIPIO · CASINI · HS · C̄
5 ITA · VTI · VII · IDVS · MART · NATALI · SVO
QVODANNIS · CRVSTVLVM · ET · MVLSVM · DETVR
ET · TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT · HS · C̄

Descripsimus Petrus Rosa, de Rossi, ego. Exhibet Sarti ms. acceptam a Leandro Ciuffa Montecompatrensi die 14 Mart. 1837; Borghesi in epistula data ad Gazzeram a. d. XII. kal. Mai. 1837. Edita est huius corporis vol. X p. 878.

2828 parvus cippus litteris lectu difficilibus. In praedio S. Caesarei in cavaedio praetorii Rospiliosorum ROSSI. Nuper eum frustra quaesivi.

D · M
C · IVLI · ESRONICIAN
I DVLCISSIME NAVS
QVI · DOLOREM · RELIQ
5 VISTI NVTRITORIB
VS · TVIS · VIXIT · AN · V ·
M · VI · D · XV · CN · POMP
IANVARIVS · ET POM
PEIA · B · M · FECERVNT

Descripsit de Rossi.

2829 cippus marmoreus rep. anno 1830 a *S. Cesareo presso Palestrina* CARD. Extat in praedio S. Caesarei in praetorio Rospiliosorum.

D M
OCTAVIAE
APHRODISIAE
urceus FILIAE · DVLCISSIMAE patera
5 QVAE · VIXIT · ANNIS
XXVI · MENS · III ·
OCTAVIA · PYRSICHE
MATER · FECIT

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Habet Cardinali *dipl.* n. 142.

1 D M S Card.

2830 cippus m(agnus? p(alm 6 lat 3 charact(eribus) gr(andibus) et antiq(uis . *in Zagarolo* ANON., Saguerollae ad palatium Principis SVAR. f. 656

FLAVIAS · T · *f*
SABINAE
CAESENNI PAETI

Anonymus cod. Vat. 9140 f. 247' unde Suaresius Praen p. 278; ex hoc Mur 1675, 15, Vulpi Lat 6 p. 196; Cecconi p. 157: Petrini p 367, 10; aliter manus ignota [sed locum adscripsit Suaresius] cod. Vat 9140 f. 656, unde fortasse repetivit alia manus in eodem codice f. 636.

1 FLAVIAS f. 247', FLAVIAE·T· f. 266, item sed sine punctis f. 636. — 3 CAESENNI · P f. 247', CAESENNI PAE–TI– f. 656, CAESENNII PAETI f. 236.

Caesennius Paetus fortasse is est qui fuit consul ordinarius anno p. C. 61 (Tac. ann. 14. 69 cf. Corp. VI, 597, ex quo titulo colligitur fasces illum gessisse per plus duos menses) et mox Armeniae praepositus, deinde legatus Syriae sub Vespasiano (Ioseph. b. Iud. 7, 3, 4. 7, 7. 1), postremo proconsul Asiae sub Domitiano (Lebas-Waddington 3, 358, Eckhel 2, 549. 557 cf. Waddington fast. prov. Asiae n. 107, ap Lebas-Wadd. 710), nam hunc proconsulem diversum fuisse a consule anni 61 non est verisimile

2831 in sarcophago Palestrinae effosso anno 1661 BIANCH. *Tra Palestrina e Zagarolo in un sepolcro* MARVC. Zagaroli FABR. Romae in aedibus Massimi *alle colonne* SEGVIER, ibique extat. — *Ritrovato presso la via Latina nel 1629* (1692?) GIORG.

D I S · M A N I B V S
C · S E I O · M · F · Q V I R
C A L P V R N I O · Q V A D R A T O · S I T T I A N O
P R O C O S · P R O V I N C · N A R B O N E N S I S · P R A E T
P E R E G R I N O · T R I B · P L E B I · Q V A E S T O R I · P R O V I N C · A F R I C · I I I V I R O
C A P I T A L I
C V I V S · C O R P V S · H I C · C R E M A T V M · E S T

Descripsit Gatti, recognovit Dressel. Exhibent cod. Marucell. A 465, Fabretti 704, 256 inde Vulpi Lat. 9 p. 282. Bianchini cod. Ver 366 fasc. 10, Gregorius Piacentini in epistula data Grottaferratae d. 27 Sept 1735, apud Giorgium sched. Casanat., Seguier Paris f. 23, de Ceuleneer, qui ineditam putavit, *bulletin de l'academie de Belgique* ser. II vol. 46 (1878) p. 541 cum tabula. De viro memorat Borghesius Burb. p. 9 = opp. 4 p. 110.

Seius Quadratus est apud Tacitum ann 6, 7.

2832 in sepulcro *tra Palestrina e Zagarolo* MARVC. In agro Praenestino FABR.

A L C I M V S
NERONIS · CAESARIS
AVG · SERVOS · A
VESTE · CASTRENSI
VIX · ANN · XXX

C L A V D I A
O O C I L I
FECIT · SIBI · ET
CONTVBERNALI
S V O

Codex Marucellianus A, 196. Fabretti 317. 409 inde Vulpi Lat. 9 p. 165. Cecconi p. 91 Petrini p. 366, 4 Orelli n. 2837.

4 VESTA Maruc

2833 tabula marmorea Romae apud Ficoronium FIC., qui Cecconio narravit repertam esse *nella via consolare proveniente dalla Labicana in quella parte che dicesi li Prati*, i. e. inter Zagarolo et Praeneste Veronae in museo MAFF., ubi extat. — Ficoronii testimonium cur fictum vel falsum putem, nulla causa est.

D I S · M Á N I B V S
M · ANTONI · PALLANTIS · L
NOBILIS
ABASCANTVS · AVG · DISP
A FRVMENT · DÉ · SVO · FECIT

Descripsit Mommsen. Ficoronii misit Muratorio d. 15 Aug. 1739 (sched Mur), unde edidit Muratori 886, 2; ab eodem Ficoronio accepit Cecconi p. 153 (inde Petrini p. 372, 55), Maffei mus. Ver. 130, 7; cod Paris. suppl. Gr. 382 f. 300.

2834 cippus marmoreus, ab utroque latere est genius alatus nescio quid sustinens. Zagarolae ad palatium principis SVAR., similiter POSTERIORES. Extat Zagarolo ante palatium ducis Rospigliosi. — S 1. CAST.; ibidem, praec. 'in aedib. card. Florentiae' WINGH. CIACC., Romae DON., errore ut puto, stetit enim antiquitus hic cippus sine dubio eodem loco quo tabula n. 2833 ab eodem Abascanto (cf. infra) posita; eam autem cum repertam esse inter Praeneste et Zagarolo constet testimonio Ficoronii, hic quoque non ex urbe Roma videtur venisse Zagarolo, sed ex loco aliquo vicino.

D · M
L A V R I
ABASCANTVS · CAES · N ·
SER · VERN · DISP · ANNON ·
PATER · ET ·
C A R P I M E · M A T E R ·
F I L · D V L C I S S I M O ·

Descripsimus de Rossi Detlefsen ego. Winghe Brux. 2, 23 = Giacconius Raff. f. 167. A. Castellini cod. Vallicell. R 66 f. 258'; Donius 7, 200 ex schedis Vatic. Ex lapide Suaresius Vat. 9140 f. 236; manus ignota ibid. f. 256; Fabretti 295, 649, Bianchini cod. Veron 361 fasc. 10; Giorgi sched. Casanat.; Marini ms. Vat. 9167 f. 679, Nibby *analisi* 3 p. 741 (inde Henzen n 6544), Marocco *stato pontificio* 8 p 183. Huius corporis vol. VI n. 8472.

Abascantum Aug(usti) disp(ensatorem) a frument(o), qui posuit n. 2833, et *Abascantum Caes(aris) n(ostri) ser(vum) vern(am), disp(ensatorem) annon(ae)*, qui posuit n. 2834, unum eundemque esse observavit Hirschfeld Philologi vol. 29 (1870) p. 72.

2835 cippus marmoreus litteris optimis ROSSI. Zagarolae GIORG Zagaroli in angulo plateae ante palatium ducis vidit etiamtum ROSSI, sed pars inferior terra latebat, ego frustra quaesivi

T I · C L A V D I O
A V G · L · P H O E B O
A N T O N I A N O
SIBI · ET · LIBERTIS
L I B E R T A B V S Q V E

Descripsit de Rossi v. 1—3. Pleniorem exhibent Giorgi sched. Casanat.; Nibby *analisi* 3 p. 741; Marocco *monum. dello stato pontif.* 8 p. 163.

Antonianus nomen habuit Claudii libertus sine dubio a Pallante (cf. n. 2833).

2836 Zagaroli in S. Laurentio.

DIS MANIBVS
M · STATIO AMERIMNO
STATIA CLEOPATRA
PATRONO IDEM CONIVGI
PIENTISSIMO ET
BENEMERENTI POSVIT

Servavit Iucundus Ver f. 221, Magl f. 176 (inde Mur. 1661, 4 missa a Gorio). Ex eo pendet Donius Barb. p. 60, Vat. 7113 f. 51' Donianis Fabretti 291, 226 laudans schedas Barberinas.

Versuum divisio non traditur. — 2 M SENTIO, 3 SENTIA Fabr

2836a *tra Palestrina e Zagarolo* MARVC. In agro Praenestino, [deinde in] museo Ciampine FABR. Apud Ciampinum SVON.

D · M
C · VALERI · HERMETIS
VALERIA · HERMIONE
PATRI · DVLCISSIMO

Codex Marucellianus A. 196; Fabretti 62, 366 (inde Vulpi Lat. 9 p. 194; Cecconi p. 188; Petrini p. 316 n. 26); Buonarroti cod. Marucell. A, 13.

2 HERMAETIS Maruc.

2837 rep. *in una vigna del territorio di Zagarolo, fra le rovine di un antico edifizio.*

VNIVERSA · SEPVLTVRA
CVM · EVO · AEDIFICIO
QVOD · CEDIT · HVIC
MONVMENTO · CONTINET
LONGVM · PER · FRONTEE
INTERIORIS · ET · EXTERIORIS
PER · AEQVE · P · LXXX . . .
IN · AGRO · P . . . .

Ignatius Maria Raponi descripsit et misit Cajetano Carcano epistula data Romae d. 11 Iul. 1786 (cod. Neap. X, C, 79 n. 7).

2838 fistula plumbea. Zagaroli apud Maximilianum Bertim pharmacopolam. rep. loco nuncupato *Torre dei marmi*.

NICEPHOR FL · SVLPICIANI SER FEC

Descripsit Stevenson.

Flavius Sulpicianus socer Pertinacis imperatoris et sub eo praefectus urbis notus est ex Dione 73, 7. 75, 8, Herodiano 2, 6, 8, vitis Pertinacis c. 13 et Didii Iuliani c. 2.

2839 *esistente in campagna sul colle Acquatraversa* [*colle di Quadraversa* formae publicae nuper editae] *avanti il Linaro, territorio di Gallicano*, ad milliarium decimum sextum antiquae viae Praenestinae ROSA.

sex(t). p|OMPEIO · *ser. f*
p|AL · BAEB|*iano*
scrib|AE QVAE|*storio*
scrib|AE AEDIL|*ecto*
sex. p|O M P|*eius sp. f*
col. |MVESIANVS
quinque|NNALIS DECVRIAE
sacerdo|TIVM VIDENTALIVM *sic*
et baeb|A FLORA · MATER
filio |PISSIMO

Petrus Rosa descripsit, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst. arch.* 1856 p. 143.

Supplevit Henzen ex titulo urbano Corp. vol. VI n. 567, ubi nominatur idem *Sex. Pompeius Sp. f. Col(lina tribu) Mussianus quinquennalis decur(iae) bidentalis.* — 6 [MVESIANVS], 9 [A]FLORA traditur.

2840 tabula marmorea litteris magnis et bonis. In via Praenestina loco dicto Cavamonte, mille fere pass. a Gallicano [sive quinque mill. a Praeneste] GIORG. et similiter CECC. In museo Tusculano Passionei PASS. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap. Offic.* I).

T · FLAV|IVS · AVG · L
EPICTET|VS · AB · EPISTVLIS
A|*C*|OFIE · MIL · LICTOR
CVRIATIVE · HIC · SITVS · EST
*H*VNC · TITVLVM · FLAVIA · TYCHE · VXOR · CONIVGI · OPTIMO

Descripsit Henzen. Giorgi sched. Casanat., qui vidit anno 1732, Cecconi *storia di Palestrina* p. 18; Passionei 28, 17 (inde Donati 285, 4 et 310, 9 ex eoque Orelli 2922). Marini ms. Vat., Osann syll. 453, 167.

Litterae quas dedi inclinatas perierunt ex quo inscriptio venit in museum Vaticanum; supplevi eas ex prioribus.

2841 *trovata diversi anno sono vicino a Gallicano* CIC.

D · M · SABIOIO MAXIMIANO
COIVGI · BENEMERENTI VIR
GINIO MEO · QVI VIXIT AN
NOS XXXX · ET · M · V · ET · D VIIII
DIGNISSIMO · COIVX DA
FINE · FECIT · EGO · TIBI
QVOD TV MI FACERE
sic DIRVISTI MI QVI FACI
AT NESCIO

Cicerchia misit mense Aprili 1862, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1862 p. 62.

2842 columna marmorea, in villa collegii Germanici S. Pastore prope Gallicano.

FORTVNAE
EX IMPERIO

Descripsi.

2843 ad S. Pastoris in villa Dominicanorum prope Gallicanum.

|AVG
|I
FESTA

Bianchini cod. Ver. 353 f. 16 descripsit mense Nov. 1704.

2844 ad aediculam divi Pastoris via Praenestina lap. XVIII FABR.; ad S. Pastoris prope Gallicanum in villa Dominicanorum BIANCH., similiter PENNAZZ. GIORG. In museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. I). Fortasse originis urbanae, ut certe ex urbe venerunt titulus aliquando in eadem villa ad S. Pastoris adservatus T. Flavii Daphni Mur. 1257, 9 et is qui hodie quoque ibi (nunc villa est collegii Germanici, diversa autem a villa Rospigliosorum ubi est n. 2940) extat vol. VI n. 2625.

C · HELVIDIO
C · F · ARN
PRISCO

Descripsit Henzen; ad ectypum delineavit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 345. Fabretti 174, 336; Pennazza cod. Barb. 34, 14; Bianchini cod. Veron. 353 f. 16; Giorgi sched. Casanat. descripsit anno 1740; Passionei p. 23 n. 62; Marini ms. Vat.

Helvidius Priscus praetor anno p. C. 70 et ipse videtur fuisse tribus Arnensis, oriundus scilicet, teste Tacito hist. 4, 6, e municipio Cluviis, quod municipium illius tribus fuisse demonstrat titulus huius Corp. vol. IX n. 2999. — C. Helvidius Priscus nominatur praeterea in titulo eiusdem regionis, unde praetor anni p. C. 70 oriundus fuit, Corp. IX n. 2827.

2845 ad divi Pastoris via Praenestina FABR., in aedibus Sancti Pastoris inter Gallicanum et Praeneste PENNAZZ., ad S. Pastoris in villa Dominicanorum prope Gallicanum BIANCH. Romae in museo Vaticano MAR. et adhuc (*Gall. lap.* incert. I).

F L A V T I A E
QVINCTILIAE · A · F *sic*
P · HELVIDI
PRISCI · ET ·
F · HELVIDI · PRISCI

Descripsit Henzen, ad ectypum delineavit Huebner exempl. script. epigraph. n. 346. Fabretti 57, 316 (inde Vulpi Lat. 9 p. 194); Pennazza cod. Barb. 34, 14; Bianchini Veron. 353 f. 16, Revillas sched. Berol., Passionei 50, 55. Marini ms. Vat.

V. 4 vocabulum ET et v. 5 totum postmodum addita esse ait Huebner.

XIX. PRAENESTE (*Palestrina*). Tribu Menenia.

Praenestinae urbis[1]) conditor ab incolis eius (certe eo ducunt verba Solini p. 36 M. *ut Praenestini sonant libri*) ferebatur Caeculus, Volcani creditus filius propterea quod inventus est 'apud ignes fortuitos' (sic Solinus l. c.; 'inventus iuxta ignem' a virginibus aquatum euntibus, Servius ad Aen. 7, 676; 'inventus in foco', scholiasta Veronensis ad Vergilii l. c., hic citans Catonem, et similiter ipse Vergilius Aen. 7, 680 — matris eius nomen non traditur, sed fuisse ea dicebatur Digitiorum vel Divorum nescio quorum soror —); et Caeculus collecta pastorum multitudine (Servius l. c. cum ipso Vergilio) urbem condidisse et, 'quia is locus montibus praestet, Praeneste oppido nomen dedisse' fertur (Serv. ad. Aen. 7, 682, de veriloquio nominis laudans Catonem). Haec Latini auctores quos citavi pendentes puto omnes ex Catonis, quem certe Vergilii scholiastae laudant, originibus. Graecis Praenestis originem ita cum ipsorum fabulis coniungere placuit, ut Ulixis ex dea Circa filium Latinum, Latini filium Praenestum fuisse statuerent (Stephanus Byz. s. v.: Πραίνεστος, ἀπὸ Πραινέστου τοῦ Λατίνου τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοῦ. Solinus p. 36: *Praeneste a Praeneste Ulixis nepote Latini filio*, citans Zenodotum); quamquam alii maluerunt derivare Praeneste a Telegono et ipso Ulixis filio, ut Aristocles ille, ex quo sua habet Plutarchus parallel. Graec. et Rom. c. 41, cui etiam nomen oppidi ex Graeco sermone explicare successit (ἀπὸ τῶν πρίνων, quod veriloquium refert etiam Servius ad Aen. 7, 678 auctore non laudato). Cur Stephanen vel Polystephanon olim dictam esse hanc urbem nonnulli scripserint[2]) (Plin. h. n. 3, 64: *Praeneste urbe quondam Stephane dicta*; Strabo 5 p. 238: φασὶ Πραίνεστον Πολυστέφανον καλεῖσθαι πρότερον. cf. Aristocles apud Plutarchum l. c.), non liquet. Vides quaestionem de Praenestinae urbis principiis non modice exercuisse ingenia scriptorum utriusque linguae. Sed his nugis omissis videamus quid de Praenestinorum historia et rebus gestis memoriae traditum sit. Memorantur primum a Livio 2, 19, 2 sub a. 255 a. c., ubi dicuntur, cum bellum eo tempore esset inter Romanos et Latinos, descivisse a Latio et coniunxisse se cum Romanis[3]). Deinde post longum auctorum silentium[4]) anno 371 dicuntur Romanorum agros lacessivisse (Liv. 6, 21, 9), atque, bello eis indicto anno 372 (Liv. 6, 22, 4), anno 374 ipsi urbi Romae arma intulisse, sed reppulit eos et paulo post in deditionem accepit T. Quinctius Cincinnatus dictator (Liv. 6, 27, 9 seq.)[5]). Nihilominus anno 375 'concitatis Latinorum populis' rebellaverunt (Liv. 6, 30, 6). Haec fere Livius. Diodorus victoriam aliquam Romanorum de Praenestinis habet sub a. 372 (Diod. 15, 47), indutias factas esse cum eis narrat anno 400 (16, 45). Bella eius, quod saeculi quarti ab urbe condita initio totius Latii statum mutavit, anno primo (414) Praenestini non memorantur; sed anno 415, cum bellum constitisset ad Pedum oppidum a Praeneste non ita longe situm[6]), ipsi una cum Tiburtinis summam rei contra Romanos sustinuerunt. Pacato Latio anno 416 cum Romani oppida sibi propiora in civitatem suam reciperent, Praenestini agro tantum multati sunt (Liv. 8, 14, 9). Sed dissoluto vetere Latinorum foedere iam dubitari non potest, quin inde ab eo tempore fuerint sub dicione Romanorum. Bella eorum comitabantur, suis quidem cohortibus et sub magistratibus domesticis, id quod apparet ex narratione Livii 9, 16, 17 (sub a. 435) et aliorum (Dio fr. 30, 94, Plin. 17, 81) quomodo Papirius dictator Romanus praetorem Praenestinorum quia segnius obeuntem[7]) terruerit, quae narratio simul ostendit, quanta fuerit potestas imperatoris Romani in magistratus sociorum. Bello Pyrrhi imminente Romani de sociorum fide sollicitati nonnullos e Praenestinis novarum rerum suspectos Romam arcessiverunt et ibi in aerario necaverunt (Zonaras 8, 3). Post pugnam Heracleensem cum Pyrrhus Romam versus moverat, usque ad Praeneste accessit, teste Eutropio 2, 11; captam ab eo esse arcem Praenestinam Floro (1, 13 [18], 24 *prope captam urbem a Praenestina arce prospexit (Pyrrhus)*) non credo. Bello Hannibalico Praenestini fidem Romanis servaverunt, et quamquam a. 538 in dilectu conficiendo fuerant tardiores (Liv. 23, 17, 9), post pugnam Cannensem cohors Praenestina sub M. Anicio praetore Casilinum oppidum fortiter contra Hannibalis obsidionem per magnam partem anni tenuit (Liv. 23, 17—19. Strabo 5 p. 249). Tandem aliquando cum fame devicti oppidum dedissent, eis qui superarant senatus Romanus praeter alios honores virtutis causa civitatem Romanam obtulit (Liv. 23, 20, 3), sed illi dono eo uti noluerunt. Retinebant igitur ea aetate cives Praenestini veteres suos spiritus, nec facile quisquam ex eis Romanus ex Praenestino fieri avebat[8]). Sane si quis Romam se conferebat civis Praenestinus, fieri potuit ut plebeculae urbanae risum moveret propter sermonem[9]) et victum[10]) ab elegantia urbanorum

1) Latinis dicitur prima et quarta casu *Praeneste* genere neutro (Verg. Aen. 7, 682. *quique altum Praeneste viri . . . colunt*, Horat. carm. 3, 4, 23, Statius silv. 4, 4, 15, Silius 8, 365), sexto casu item *Praeneste*, sed genere feminino (Verg. Aen. 8, 561 *Praeneste sub ipsa*, quod minus recte Servius 7, 678 derivavit ab *haec Praenestis*, Iuvenal 3, 190); reliquos casus apud scriptores Latinos non inveni. Ex Graecis nonnulli Latinum vocabulum retinuerunt τὸ Πραινέστε, Dio fr. 109, 4; id. lib. 48, 10), plerique ἡ Πραίνεστος dicere maluerunt (Dionysius 4, 53. Diodorus lib. 38 fr. 14. Strabo et Plutarchus saepius.), τὸ Πραινεστόν est apud Appianum b. c. 1, 101. 2, 88. Ναὶ τὰν Πραινέστην, ut nomen muliebre inculcaret Plautus Capt. 873 [IV, 2, 102], cum praecedat id quod ioco locum dedit Ναὶ τὰν Κόραν.

2) Apud Stephanum Byz. s. v. Tibur idem nomen tribuitur Tiburi, sed errore ut videtur excerptoris, ut vidit Mueller fr. hist. III p. 683.

3) Sine idonea causa pars haec narrationis Livianae a plerisque nostratibus inde a Niebuhrio (hist. Rom. ed. 2 II p. 5) propter priscum nescio quem colorem — qui nullus ibi est — descripta creditur ex annalibus antiquissimis vel certe antiquioribus quam ei sunt quos alibi Livius adhibuit. Veram esse narrationem Livii minime nego.

4) Elenchus civitatum Latii triginta a Dionysio 5, 61 insertus narrationi anni 256 ab annalibus alienus est.

5) Addit Livius (3, 29, 8), Romam delatum esse e praeda Praenestina signum Iovis imperatoris et a Cincinnato in Capitolio dedicatum sub hac fere inscriptione 'Iuppiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet'. Ex eadem sine dubio inscriptione fluxerunt quae refert Festus p. 363 'Trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quintius dict., quom per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset', citans Cincium in Mystagogicon l. II. Sed hanc inscriptionem male relatam esse ad saeculum urbis conditae quartum et ad T. Quinctium Cincinnatum, cum posita sit a T. Quinctio Flaminino, a quo signum Iovis imperatoris dedicatum esse in Capitolio certus testis est Cicero Verr. [illegible] 58, 38 (quod ea primus admonuit Lipsius comm. ad Plinii paneg. c. 5 p. [illegible] ed. 1884), mihi quidem certum est, sed rem plene exequi hoc loco non licet.

6) Certe eo ducit narratio Livii 7, 12, 8, a. 398 Gallos Praeneste venisse atque inde circa Pedum consedisse, neque abhorrent quae narrantur de expeditione Coriolani (Liv. 2, 39, 4; Dion. 8, 19), ubi Pedum coniungitur cum Labicis. Fuisse in regione salubri et silvestri apparet ex epistula Horatii 1, 4. Coniectura Cluverii p. 966 et Nibbyi (anal. 2 p. 558), qui Pedum collocant ubi hodie est Gallicano, vera esse potest.

7) Ita Dio; paullo aliter Livius.

8) Non recte Plinius h. n. 33, 17 scribit, Q. Anicium Praenestinum cum Cn. Flavio, id est anno ab u. c. 450, Romae aedilitatem curulem gessisse, [illegible] potest dubitari. Auget suspicionem quod Plinius addit, Q. Anicium paucis ante annis hostem fuisse, cum inde a bello Latino anni 412 Praenestini nullum bellum contra Romanos moverint. Similis est haec narratio eius quam in p. 333 ant. 4, 3 recepimus de Fulvio consule Tusculano itemque Romano.

9) Plautus Trin. 609. Truc. 691 (2, 8, 28). Lucilius apud Quintilianum inst. 1, 5, 56 (in verbis Accii apud Festum quatern. XVI p. 359 Muell.) num re vera sermo sit de Praenestinis, valde dubium est; vid. Mommsen Abhandl. d. sächs. Akad. 1854 p. 70). — Aetate posteriore grammatici has sermonis proprietates ex comicis potissimum ut puto enotatas collegerunt et interpretati sunt: Festus p. 162 s. v. Nefrendes, p. 333 s. v. Tongere, cf. Ritschl opusc. 4 p. [illegible] Nostra aetate fuerunt qui in inscriptionibus antiquissimis Praenestinis has proprietatum vestigia reperisse sibi visi sunt. Eos moneo, ut diligenter [illegible]rent ab inscriptionibus lapidis Praenestinis eas quae leguntur in supellectili aenea, hanc enim plerumque aliunde venisse Praeneste probabile est.

10) Naevius apud Macrobium sat. 3, 18, 2 restitutus a L. Muellero [illegible] metr. p. 252 *Quis heri apud te? — Praenestini et Lanuvini hospites. —* [illegible] *utrosque decuit acceptos modo, ... alteris nuces in proclivi profundere* [illegible]

nescio quo modo abhorrentem; sed tamen eadem plebs urbana L. Atilium Praenestinum comoedias Terentianas agentem libenter spectavit (didascal. Terentian.). Opulentiam qua fruebantur Praenestini saeculo post urbem Romam conditam sexto testantur sepulcra quae ad eam potissimum aetatem pertinent erui coepta inde ab anno 1856 (cf. infra p. 628 seq.) plena supellectile aenea argentea eburnea. Ex exteris regionibus venisse ea aetate Praenestinis commeatus ostendunt amphorae inscriptae nominibus magistratuum Rhodiorum Praeneste repertae (*bull. dell' Inst.* 1865 p. 79 cf. p. 69), quales amphorae praeterea in Latio mediterraneo quantum scio nondum prodierunt. Ex ipsis Praenestinis nonnullos negotiationibus transmarinis divitias sibi quaesivisse inde colligi potest quod Deli in insula titulos reliquerunt C. Sehius aliquis (Eph. ep. IV p. 46 n. 79) et M. Magulnius M. f. (Eph. ep. V p. 596 n. 1416), quos Praenestinos fuisse ipsa nomina videntur indicare, alterum adhuc praeterea Praeneste tantum repertum (infra n. 3253. 3291), alterum in libera Praeneste frequens, alibi perrarum; titulos autem Latinos Deli repertos paene omnes venire a negotiatoribus Italicis satis constat. Etiam in ipsa Praeneste multa fuisse illa aetate collegia mercatorum et opificum demonstrant tituli Fortunae dicati n. 2974—2996, si non omnes, sed tamen plerique, Sulla antiquiores. — Fuisse toto hoc tempore reipublicae Praenestinae ius Romanos exules apud se recipiendi testantur Livius 46, 6 et Polybius 6, 14, 8. Sed ut omnium sociorum Italicorum, ita Praenestinorum quoque condicio paullatim coepit deterior fieri. Quid quod maxime ab oneribus quibusdam, quae Praenestini a L. Postumio Albino consule anno 577 inponi sibi passi sunt, Livius 42, 1 repetit initium graviorum in socios imperiorum. Vix igitur potest dubitari, quin, cum bello sociali exorto Caesar consul anno u. c. 664 legem ferret, ut eis sociorum qui arma aut non cepissent aut deposuissent maturius (Vell. 2, 16) civitas Romana concederetur, Praenestini quoque eo beneficio usi sint. Certe inter oppida recens in civitatem Romanam recepta (πόλεις τὰς οὐ πρὸ πολλοῦ πολίτιδας Ῥωμαίων γενομένας), quas circuiens Cinna consul a. 667 ad res novas lacessiverit, Praeneste enumerat Appianus b. c. 1, 65. Sed non diu manserunt Praenestini id quod fuerunt necesse est hoc tempore[1] municipium Romanum, inplicati scilicet anno 672 ruina partium popularium. Marius enim filius victus a Sulla loco qui dicebatur Sacriportus sito ut videtur inter Praeneste et Signiam, cum Praeneste se recepisset, ferens secum, ut adversarii certe dicebant, magnam vim auri ex Capitolinae aedis incendio ceterisque urbis Romae delubris (Plin. 33, 16), Praeneste primum per aliquod tempus obsidionem Sullanorum sustinuit, deinde, postquam in potestatem victoris venit, crudeliter ab eo adflicta est, nam ipsam urbem Sulla diripuit (Appian. b. c. 1, 94: τὴν πόλιν διήρπασε, πολυχρηματωτάτην ἐν τοῖς μάλιστα τότε οὖσαν), civium numerum caedibus ad paucos redegit[2], rempublicam denique Praenestinam sustulit substituens ei coloniam Romanam. Ager urbis ex parte videtur venisse[3], ex parte distributus novis colonis. Sed antequam huius coloniae statum et fata enarrem, opus est ut subsistamus et circumspiciamus, an ex inscriptionibus infra editis de statu liberae reipublicae Praenestinae aliquid disci possit. Verum obstat quod de aetate singularum inscriptionum saepenumero incertum fluctuat iudicium. Constat quidem Sulla antiquiores esse cippulos et bases cum nominibus defunctorum editos infra p. 669 seq., nec minus antiqui sunt tituli deis dicati n. 2946. 2656. 2863. 2974—2976. 2872. 2976. 2891—2666. 2992, sed ex his de re publica Praenestina nihil discimus. Tamen hanc unam rem hi tituli ipsis nominibus quae continent aliquatenus certe docent, scilicet quae potissimum gentes in vetere Praeneste prae ceteris floruerint. Nobiles fuisse in libera Praeneste Anicios — et noverunt Anicios Praenestinos etiam scriptores (Liv. 23, 19, 17; Plin. 33, 17) — Orcevios Magulnios Vatronios Saufeios ex frequentia horum nominum in titulis antiquissimis pro certo licet affirmare. Et quamquam non nego etiam post cladem Sullanam Praeneste reliquos fuisse homines ex his gentibus, item si non ipsos, at posteros eorum libertorumve posteros ad honores publicos pervenire potuisse, — et constat ex n. 2664. 2926 sub Augusto vel paulo post Augustum ad honores publicos pervenisse Dindium aliquem et Samiarium, quae gentes et ipsae videntur fuisse a vetustissimis liberae Praenestis — tamen prima aetate novae coloniae veteres incolas ad honores coloniae admissos esse non est veri simile. Porro tituli dictatore Caesare omnes sine dubio multo antiquiores, sed quos, si sermonem tantum et litteraturam spectaveris, aliquantum haereas utrum ultimis liberae Praenestis an primis coloniae Sullanae decenniis tribuas n. 2902. 2996. 2675. 2696. 2009—3999. 3006, cum in eis Anicii Magulnii Saufeii Orcevii Vatronii non nominentur solum, sed reperiantur magistratus gessisse, partim etiam opere publica Praenestinorum curasse, omnes liberae Praenesti adtribuendi esse mihi videntur. Colligitur ex his titulis liberae Praenesti fuisse praetores (n. 2988) et quidem binos (n. 2906. 2996. 2994 cf. n. 2699. 3008), aediles item binos (n. 2872. 3009), quaestores (n. 2966. 3004. 3006), publico consilio nomen fuisse senatus (*s(enatus) c(onsulto)* n. 6298, *ex s(enatus) c(onsulto)* n. 3080, *d(e) s(enatus) s(ententia)* n. 3001. 3006). Contra tituli n. 6288. 3016a. 2913 et ipsi Caesare dictatore antiquiores, sed in quibus nomina occurrunt ab illis veterum Praenestinorum plane diversa, et in quibus non praetores memorantur et senatus, sed duoviri et decuriones, primae aetati coloniae Sullanae videntur esse attribuendi. — Sed redeamus eo unde digressi sumus. Colonos a Sulla deductos urbem iam suam novis operibus exornavisse[4] colligitur ex titulis compluribus, quos ea ipsa aetate scriptos esse modo vidimus, velut ex n. 2990, ubi C. Caesium C. Flavium duoviros quinquennales aedem et porticum de decurionum sententia faciundum curavisse, et ex n. 3013, ubi Q. Vibuleium L. Statium duoviros balneas reficiundas aquam per publicum ducendam de decurionum sententia curavisse legitur; cf. similes titulos mutilos n. 2992. 3016. Et ipse Sulla in aede Fortunae opus lithostrotum dicavit (Plin. 36, 166). — Ager Praenestinus ex parte certe novis colonis erat distributus, ut colligitur ex Cicerone de leg. agr. 6, 28, 79; sed idem, ut testatur Cicero eodem loco, viginti annis post rursus a paucis possidebatur. Veteres cives Praenestini qui superfuerunt in nova colonia quae iura habuerint, non constat. Sed cum in altera colonia Sullana Pompeiis veteres incolae iure fuerint deteriore quam coloni, quod constat testimonio Ciceronis pro P. Sulla 61, 61, simile discrimen Praeneste quoque fuisse verisimile est; sed tamen id puto non multum duravit, certe non ultra Augustum, si quidem Dindiis aliisque veteribus Praenestinis gentibus aetate imperatoria aditum patuisse ad honores recte supra ex inscriptionibus n. 2964. 2696 effecimus. Tribus Praenestinorum, primum fortasse colonorum tantum, aetate imperatoria Praenestinorum omnium, fuit Menenia, testibus titulis tam domesticis (n. 2988. 6972. 6974. 6987. 2931. 2992. 3365. 3381. 6390. 3413. 3414) quam laterculis militaribus in urbe Roma repertis Corp. VI, 2382 b 11. 3684 II, 43. 49: praeterea P. Rupilius P. f. Men. magister societatis Bithynicae, quem Cicero memorat epistula ad fam. 13, 6, 6, non videtur diversus fuisse a P. Rupilio Rege Praenestino, qui anno 711 fuit in Asia cum M. Bruto, teste Horatio serm. 1, 7 cum scholiasta. Colonia appellatur Praeneste non solum a Cicerone in Cat. 1, 3, 8, sed etiam in titulis aetatis imperatoriae n. 6999. 2898. 2961, 2922. 2637. 2946. 2979. 2891. (cf. *coloni* n. 2676. 2979). Verumtamen Gellius 16, 13 refert, citans

p. 172 suppletus ex Paulo: *nuculas Praenestinas antiqui appellabant* (causam his locis sine dubio dedit nucum in agro Praenestino copia et praestantia — celebrat nuces Praenestinas iam Cato apud Plinium h. n. 15, 22. 90. 17, 19, 96, cf. praeterea Paulus p. 172: *in eorum regione plurima nux minuta nascitur*. Varro apud Macrobium sat. 3, 18, 2 —, non, ut voluerunt nonnulli, quod Praenestini ab Hannibale Casilini inclusi nucibus famem sustentaverint (Liv. 23, 19, 19. Fest. l. c.). — Plaut. Bacch. 21: *Praenestinum opino esse: ita erat gloriosus*. — Veras similitates noli quaerere in his iocis.

1) Quod Valerius Maximus 9, 2, 1, ubi res anni 672 refert, de Praeneste loquens municipii vocabulo utitur (*quinque milia Praenestinorum extra moenia municipii evocata*), ei rei non multum tribuerim.

2) Valerio Maximo 9, 2, 1 ut credimus, *quinque milia Praenestinorum spe salutis per P. Cethegum data extra moenia municipii evocata ... interficienda curavit Sulla*, ut Plutarcho, numerus interfectorum duodecim fuit milia (Plut. Sull. 32), sed quo numero fortasse comprehenduntur reliqui captivi Romani et Samnites. Appianus b. c. 1, 94 numerum non definit. Tangunt praeterea caedem Praenestinorum Lucanus 2, 194, Plutarchus praecept. gerend. reip. c. 19 (p. 816); Augustinus civ. Dei 3, 28.

3) Florus 2, 8 (3, 21), 27: *municipia Italiae splendidissima sub hasta venierunt, Spoletium, Interamnium, Praeneste, Florentia.*

4) Ipsam urbem eo tempore in planitiem monti Praenestino subiectam vel prolatam vel translatam esse multi credunt, sine idonea causa ut puto.

narrationis auctorem divum Hadrianum in oratione quam habuit de Italicensibus, sub Tiberio Praenestinos impetravisse ab imperatore, 'ut ex colonia in municipii statum redigerentur'; et quamquam quid sibi voluerit haec status mutatio et quid Praenestini in ea re specteverint nos latet, ipsa res confirmatur titulo qui extat Praeneste n. 2982 dedicato *Genio municipii*, item titulis positis *patronis municipii* n. 2261. 3036, nam in omnibus his titulis municipium intellegi civitatem aliquam a Praeneste diversam non est verisimile (cf. tamen ad n. 3806). Ceterum Praeneste nihilominus non desiit colonia vocari vel aetate posteriore rursus ita vocari coepta est; nam tituli cum mentione coloniae supra citati nequaquam omnes Tiberio antiquiores sunt, immo ex parte (ut n. 2922) alterius, ex parte (ut n. 2279) tertii post Chr. saeculi. Magistratus quoque nequaquam mutati sunt. Fuerunt enim toto hoc tempore summi Praenestinorum magistratus duoviri (n. 2922. 3019a. 9012. 3018, qui videntur esse liberae reipublicae; deinde n. 2999. 2972. 2274. 2922. 2293. 3011. 3214; fasti Verriani ad Apr. d. 10, huius Corp. I p. 318) vel duoviri quinquennales (n. 2228 liberae reipublicae; praeterea n. 2929. 2973 v. 1 (?). 2974), neque umquam reperiuntur quattuorviri. Praeter duoviros colonia Praenestina habuit aediles (n. 2992. 2979. 2274. 2222. 3214) et quaestores (n. 2972. 2222. 2811). Ex fastis horum magistratuum lapidi incisis extant frustula quattuor vel quinque n. 2984 seq., quorum certe n. 2229, sed etiam ut puto n. 2924. pertinent ad Tiberii principatum, reliqua quoque nisi fallor ad eandem fere aetatem. Iuvenes ex domo imperatoria, Germanicum et Drusum, mox Germanici filios vel ex eius filiis unum, summo Praenestinorum magistratu, duoviratu quinquennalicio, honoris causa functos esse, substitutis in locum eorum ex numero colonorum praefectis, ex his fastorum reliquiis (n. 2926 v. 5. n. 2988 v. 8) discimus (cf. n. 3817); idem fecisse Neronem inter annos 51 et 54 constat ex n. 2928. Ordo iam non appellatur senatus, sed vel *decuriones* (*decuriones populusque coloniae Praenestin*. n. 2998. 2922, *decuriones populusque* n. 2272. 2271; *d(e) d(ecurionum) s(ententia)* est in titulis n. 2998 et 3213 Sulla non multum recentioribus; *d(ecurionum) d(ecretum)* passim), vel simpliciter *ordo* (*ordo populusq*. n. 2914; *ordo populusque civitatis Praenestinae* n. 2217 cf. n. 2219; *decretum ordinis* n. 2921), aevo labente *curiales* (Symmach. rel. 22. 4). *Allectus inter decuriones* est n. 2999, *decurio adlectus . . curia Praeneste . . annorum XVII* . . n. 2237. — Munera extraordinaria videntur fuisse cura annonae (n. 2272. 3014, haec gesta triennio continuo), cura operum publicorum et aedium sacrarum (n. 2222 v. 11. 15 et tegulae ibi citatae), cura kalendari (n. 2279). Praeterea saepius memoratur cura muneris publici (n. 2272. 3011; *cur. muneris publici gladiatori III* n. 3014); unde confirmatur id, quod etiam aliunde constat[1]), colonis Praenestinis, similiter ut colonis Pompeianis, valde cordi fuisse ludos harenae. Ad sacerdotes publicos quod attinet, pontifices fuisse Praeneste auctor est Servius ad Aen. 7, 678; inscriptiones neque pontifices dederunt[2]) neque augures, dederunt *sacerdotem Fortunae Primig. lectum ex s. c.* (fortasse populi Romani) (n. 3033) — minister sacrorum magis quam sacerdos videtur *sortilegus Fortunae Primig*. homo ingenuus n. 2292 —, dederunt flaminem divi Augusti (n. 2922. 2272. 2922. 2999. 3014; etiam in titulo n. 2924, II, 11 videtur nominari *flamen [divi Augusti*, non *Caesaris Augusti*), item magistram matris Matutae n. 2227 cf. n. 3003. — Augustalium forma e consueta paullum recedit. Nam cum alibi Augustales plerumque fuerint libertini vel quibus ob aliam causam aditus ad honores publicos non esset, Praeneste saepe numero reperiuntur Augustales (n. 2974, qui titulus reliquis videtur esse non paullum antiquior) sive, ut plerumque dicuntur, seviri Augustales (n. 2228. 2972. 2978. 2277. 2221. 2223. 2998. 3003. 2211. 3216. 3019—3021) fuisse homines ingenui et summis coloniae honoribus functi, velut M. Albinius M. f. Men. (n. 2274), Augustalis et magister Augustalium designatus idemque aedilis, duovir, duovir quinquennalis; is cuius est titulus n. 3021 sevir Augustalis idemque aedilis; is cuius est n. 3021 sevir Augustalis idemque non solum duovir quinquennalis sed etiam tribunus militum; C. Valerius C. f. Men. Dolutius Marcianus (n. 2999) sevir Aug. eodemque tempore *dec(urio)* et *omnibus honoribus curis muneribus functus*; denique Cn. Voesius Cn. f. Aper (n. 3014) et P. Acilius P. f. Men. Paullus (n. 2279), ambo seviri Augustales eidemque summis coloniae honoribus et sacerdotio et curis extraordinariis insignes; liberti autem proprium collegium habebant dictum *conlegium libertorum* (n. 3015) cuius Urvineius Philomusus homo pecuniosus et apud municipes suos gratiosus — nam funere publico et statua honoratus est — fuerat magister. Nihilominus tempore procedente etiam libertini inter Augustales cooptari coepti sunt, velut T. Papilius Epityncbanus (n. 2296) quem libertinum fuisse constat — ut omittam Agilium Septentrionem pantomimum celeberrimum, libertum sed Augustorum, et ipsum inter Augustales Praenestinos adlectum (n. 2277) —, et Ti. Claudius Nicostratus (n. 3311) et D. Velius Trophimus (n. 3011), quos libertinos fuisse probabile est (incerta res est de M. Scurreio Fontinale n. 3333 et Ti. Claudio Ital. n. 2272; item de M. Antistio n. 2279 et P. Oppio n. 2993). Praefuerunt Augustalibus aliquando magistri (n. 2974), postea curatores (n. 3902). — Praeter Augustales et id de quo diximus conlegium libertorum collegia innotuerunt *cultores Iovis arkani regio macelli* (n. 2937) sive, ut alibi appellantur (n. 2937), *amatores regionis macelli cultores Iovis arkani*, de quibus conferas ad n. 2979; collegium fabrum tignariorum (n. 3803. 3029; *colleg. fabr. Praenestinor*. n. 2991), cui praefuit vel *magister quinquennalis* (n. 3002, hic lustre collegii decimo tertio) vel *quinquennalis perpetuus* (n. 2281 et 3993, hic datus, ut additur, *ab imp. Hadriano*). — *Curator civitatis* Praenestinae sub Constantino reperitur n. 2912.

Quemadmodum veteri civitati Praenestinae nulla res magis fuerit exitiosa quam situs urbis munitissimus — ea enim bello civili anni 672 Mario filio causa potissimum fuerat eo se recipiendi[3]) —, ita colonia quoque Praenestina bis ob eandem causam periculum adiit, primum anno u. c. 621, cum Catilina nocturno impetu urbem occupare temptaret — sed a Cicerone praeventus est (Cic. in Cat. 1, 3, 8) —, deinde anno 713, cum L. Antonius et Fulvia contra Caesarem Octavianum bellum moturi ibi constitissent (Dio 48, 10. Appian. b. c. 5, 21; cf. etiam Suet. Tib. 4), sed eius belli vis mox alio versa est. — Quae liber coloniarum habet de Praeneste: *Praeneste oppidum. ager eius a quaecumque pro parte in iugeribus est assignatus [ubi] cultura [est], cetera in absoluto est relictum circa montes. iter populo non debetur*, quo spectent nescio. — Inde ab Augusti principatu secessus Praenestinus a nobilibus Romanis et ab ipsis imperatoribus (Suet. Aug. 72 cf. c. 82 vit. Marci c. 21) frequentari coeptus est aestate potissimum propter algorem (Horat. carm. 3, 4, 23: *frigidum Praeneste*, idem epist. 1, 2, 2; Statius silv. 4, 4, 15; Martialis 4, 64; Iuvenal. 14, 88. Plin. ep. 5, 6, 45; Symmachus ep. 1, 5. 2, 52. 7, 30. 2, 93); nec tamen umquam Praenestinae villae Tiburtinis vel Tusculanis aut numero aut splendore videntur fuisse pares. — Ludis harenae valde studuisse colonos Praenestinos supra vidimus; sed etiam a magistratibus urbanis ludos edi solitos esse Praeneste, gladiatorios sine dubio, testantur Cicero oratione habita anno 700 pro Plancio 26, 63 his verbis: *Praeneste fecisse ludos (Iuventium Laterensem)? quid? alii quaestores nonne fecerunt?* (cf. epist. eiusdem ad Att. 12, 2, 2 scripta anno 709, qua memorantur ludi per octo dies Praeneste exhibiti) et post longum intervallum Cassiodorius var. 6, 15, qui ita habet in formula vicarii urbis Romae *Praeneste ludos edis*. Conferendus est Tacitus ann. 15, 46, qui refert anno p. C. 64 *apud oppidum Praeneste* gladiatores eruptionem temptasse

1) Ludus gladiatorius cum spoliario a Voesio Apro ipsius pecunia extructus et rei publicae oblatus n. 3014, amphitheatrum a Vareno Tyranno ex parte dimidia in privato solo, ut videtur, extructum n. 3010, gladiatorum paria X ex testamento Urvinei Philomusi exhibita n. 3015, munus editum per biduum a Munio Euaristo n. 2991.

2) Claudius Aelianus, Praenestinus, teste Suida (cf. infra), oriundus idemque ἀγορανόμος, num hoc munere functus sit in patria, non constat.

3) Ea ipsa sine dubio res cum anno u. c. 550 Romanis metum iniecisset ne servilis coniurationis, quae modo Setiae oppressa erat, reliquiae Praeneste occuparent, L. Cornelius Merula praetor urbanus Praeneste profectus de quingentis fere hominibus supplicium sumpsit (Liv. 32, 26). Omnino recte Strabo 5 p. 238 observat ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις πόλεσι πλεῖστον τὸ εὐερκὲς πρὸς ἀγαθὸν τίθεται, Πραινεστίνοις δὲ συμφορὰ γεγένηται διὰ τὰς Ῥωμαίων στάσεις· καταφεύγουσι γὰρ ἐκεῖσε οἱ νεωτερίσαντες· ἐκπολιορκηθέντων δέ, πρὸς τῇ κακώσει τῆς πόλεως καὶ τὴν χώραν ἀπαλλοτριοῦσθαι συμβαίνει, τῆς αἰτίας μεταφερομένης εἰς τοὺς ἀναιτίους.

tase, sed *praesidio militis, qui custos adest*, coercitas esse. — Verrio Flacco, homini libertino, sed propter doctrinam et docendi genus famam et mox opes adepto, in foro Praenestinorum monumentum eruditionis suae relinquere placuit[1]), incisis in marmoreo pariete fastis a se ordinatis — ita Suet. de gramm. c. 17 —, quorum fastorum fragmentum unum prodiit Praeneste saeculo p. C. decimo sexto (cf. infra p. 222 cap. XIV), multo plura prodierunt anno fere 1772 (cf. infra p. 293 cap. XXI), haec autem non eo ipso loco quo antiquitus steterant, verum plus mille passibus a Praeneste loco dicto *le Quadrelle*, inter parietinas, ut anno 1864 compertum est, aetatis christianae (cf. Henzen *bull. dell' Inst.* 1864 p. 70, Mommsen in actis acad. Berol. 1884 p. 330); quae fragmenta utpote optime edita huius Corporis Inscriptionum volumine primo (p. 311—318) una cum reliquis monumentis eiusdem generis, hoc loco repetere e re non est visum. — Claudius Aelianus sophista, qui floruit sub Hadriano et reliquit variae historiae libros XIV, item historiae animalium libros XVII, Praeneste oriundus fuit, teste Suida s. v. Αἰλιανός, ibidemque fortasse sacerdotio aliquo functus (cf. p. 220 not. 2). — Aevo labente Praeneste, cum antea fuisset regionis primae Italiae, attributa est provinciae Campaniae (cf. n. 2934 v. 12 *regione Camp. terr. Prae.*); unde consulari Campaniae ab ordine Praenestino dicatus est titulus n. 2919, proconsuli Campaniae ab ordine populoque Praenestino n. 2817; cf. etiam n. 2222. — Episcopi Praenestini certa mentio primum fit sub anno 313, ab Optato Milevitano de schism. Donatist. I, 23 p. 23 ed. Dupin.

Territorium antiquae urbis Praenestinae quem ambitum et quos fines habuerit quamquam neque ex inscriptionibus neque ex scriptoribus antiquis certa ratione constitui potest[2]), nihilo minus sine ulla dubitatione in hoc caput recepi et Praenestinis interposui inscriptiones repertas intra ambitum duorum vel trium millium passuum ab ipso oppido, id est non solum n. 2047 extantem in ecclesia vici Castel S. Pietro siti in cacumine montis Praenestini, quo loco fuisse arcem Praenestinam et indicat Strabo 5 p. 238 (ἄκραν ἔχει — Praeneste — τῆς μὲν πόλεως ὕπερθεν ὄρος ὑψηλόν, ὄπισθεν δ' ἀπὸ τῆς συνεχούσης ὀρεινῆς αὐχένι διεζευγμένον, ὑπεραῖρον καὶ δυσὶ σταδίοις τούτου πρὸς ὀρθίαν ἀνάβασιν) et confirmat ipsa natura locorum, et multas eas quae prodierunt ex sepulcretis oppido Praenestino subiectis (p. 322 seq.), sed etiam n. 2884 repertam inter Praeneste Rocca di Cave Capranica, n. 2828. 3031. 2272. 2294 extantes in oppido Cave, n. 2087 et reliquas ibi citatas extantes Valmontone (praesertim cum n. 2987 aperte sit civis Praenestini), n. 3002 et 3330 item Valmontonenses, n. 3029. 3032 repertas ultra Lugnano (nam ipsum Lugnano nullas inscriptiones dedit). Ex eis, quas dederunt oppida occidentem versus non multo plus distantia Zagarolo et Gallicano, recepi in hoc caput n. 2978. 3321 prolatas ex ecclesiis horum oppidorum et quas ex ipsa Praeneste eo venisse aut certum aut veri simile est; nonnullas, quae videntur antiquitus stetisse eis ipsis locis, supra edere placuit p. 286. 287. Genazzano oppidum nullas antiquas inscriptiones dedit; nam quae ibi extant non paucae omnes eo videntur venisse ex urbe Roma; una reperta inter Genazzano et S. Vito infra dabitur n. 3422.

Veniamus ad auctores:

I. Ad POMPONIVM LAETVM vel aliquem ex eius discipulis redeunt apographa inscriptionum Praenestinarum n. 2850 et 2887 quae leguntur in codicis Marciani eius, qui inde a fol. 44 syllogen Petri Sabini continet, folio 43 verso sub praescriptione 'in via Praenestina', altera earum n. 2850 reperitur etiam apud Gammarum, qui alibi quoque a Pomponio pendet, a quo rectius collocatur 'in civitate Praenestina'; alteram n. 2887 codex Marcianus solus servavit.

II. Inscriptionem n. 2019 adhuc repertam in solis duobus codicibus saeculi decimi quinti altero Urbinate gentis Depretis, altero musei Florentini n. 70, quis servaverit, ignoratur.

III. Inscriptionem n. 2852 qui auctores primi exhibeant, vide ad ipsam.

IV. IVCVNDVS in parte priore et potiore syllogae (cod. Ver. f. 108. 122, cod. Magl. f. 112, cod. Marc. XIV, 171 f. 137) exhibet inscriptiones Praenestinas vel agri Praenestini octo n. 2862. 2872. 2884. 2222. 3228 ('Praeneste ad porticum Fortunae'). 2274. 2273 ('Praeneste'). 2024 ('in agro Praenestino'). Ex his quinque n. 2866. 2272. 2884. 2032. 2008 redeunt apud P. Sabinum cod. Marc. f. 245. 246, tres, id est eadem n. 2032 et 2874 et 2073, in codice Chisiano J V, 162 f. 182, qui et ipse magna certe ex parte Petro Sabino tribuendus videtur et quem ego quoque sub Sabini nomine citavi, et apud Alciatum cod. Fe. f. 78'. 72. Sed praeterea codex Chisianus una cum illis tribus primus exhibet n. 2886. 2871 Iucundo ignotas, Alciatus alio loco (f. 128) ex eis quae ipsi cum Iucundo sunt communes repetit n. 2232, sed exemplo paullum diverso atque sub loci indicatione diversa et sine dubio accuratiore. Praeterea auctor is quem appellare consuevimus Anonymum Corvisieri, quem constat plerumque pendere ex schedis primariis Iucundi, ex illis Iucundianis solam exhibet n. 2284, sed addidit, quod a sylloge ipsius Iucundi abest, quando et qua occasione inscriptio reperta sit. Redeunt igitur haec, si quid video, ad syllogen inscriptionum Praenestinarum, cuius archetypum nos latet, compositam ab aequali aliquo Iucundi nobis ignoto. — In appendice syllogae (cod. Ver. f. 220, cod. Marc. XIV, 171 f. 127) Iucundus addidit inscriptionem Praenestinam n. 2801 ('Praeneste in S. Nicolao') et inscriptiones Zagarolitanas vel certe Zagaroli descriptas (nam n. 2970 vere Praenestina est) n. 2879 ('Zagaroli in Annunciata') et n. 2830 ('ibidem in S. Laurentio'), quarum hanc solus servavit. — Desideratur apud Iucundum inscriptio n. 2852, adest tamen in codice, qui paene totus Iucundianus est et quem sub ipsius Iucundi nomine citare consuevimus, Ciceroniano n. 2704, item in uno tantum ex codicibus Anonymi Corvisierii Neapolitano.

V. Inscriptionum n. 2857 et 2865, quae postea primum comparent apud Smetium et eius aequales, apographa multo antea viris doctis Romae degentibus innotuisse inde apparet quod huius partem Hermolaus Barbarus edidit anno 1403, illa recepta est in syllogen Mazochii impressam ante annum 1521.

VI. Metellus in codice nunc Vaticano 6022 proponit inscriptiones Praenestinas numero duodeviginti acceptas a Ludovico BVDAEO, qui eas descripserat anno 1517. His accedit undevicesima n. 2852; nam et haec cum Metello communicatam esse a Budaeo ipse Metellus adnotavit ad Mazochium suum nunc Vaticanum. Et huius ipsius et duodeviginti illarum eadem exempla reperiuntur eodem ordine et sub eisdem locorum indicationibus in Philiberti PINGONII 'Antiquitatum Romanarum aliarumque congerie' (adservata Taurinis in tabulario regio) f. 82. 04 (sive ut nunc numerantur f. 72. 73), ubi praeterea quoque passim Budaeus adhibitus est. Budaei apographa, quamquam non ea cura facta sunt qua opus est, nam characteres minusculos adhibuit et versuum divisionem neglexit (proprio Marte haec eis restituit Pingonius), tamen proba sunt et genuina et multum nos adiuvarunt.

VII. Ipse quoque METELLVS Praeneste adiit et inscriptiones aliquas ibi transcripsit in schedula nunc inserta codici Vaticano 6042, sed festinans nec ipse ut videtur sibi satisfaciens; certe contra consuetudinem litteris minusculis usus est et ex n. 2853 partem tantum, ex n. 2877 solum principium enotavit.

VIII. Eodem fere tempore, quo Budaeus et Metellus, PIGHIVS quoque et SMETIVS, cum hic ab anno 1545 usque ad a. 1551, ille ab anno 1547 usque ad a. 1555 Romae morarentur[3]), Praeneste adierunt et multo plures quam quisquam ex prioribus inscriptiones ibi descripserunt; sed incommode accidit quod, quas uterque seorsim descripserit,

1) Titulum statuae Verrio Flacco a Praenestinis positae confinxit Ligorius, quem vide in falsis.

2) Nescimus ubi fuerit *Caesariano possessio* sita in territorio Praenestino, teste Symmacho relat. 28, 4.

3) In secundo itinere Italico (facto annis 1574 et 1575) Pighius non adiit Praeneste (vidit tantum Praeneste, cum Romam Neapoli rediens una cum Carolo principe Clivensi a Velitris Tibur diverteret, unde occasionem nactus verba fecit de Praeneste in enarratione huius itineris, Hercul. Prodic. p. 222 seq.); ceterum tunc ne Romae quidem inscriptionibus describendis videtur vacavisse.

quas alter ab altero, quas denique ambo ab aliis acceperint, nequaquam constat. Nam Pighius neque in reliquiis schedarum primariarum servatis in codice Berolinensi (lib. pict. A 61) neque in duabus voluminibus ad ordinem rerum compositis — nobis dicuntur codex (olim) Luzaci et codex (olim) musei (Berolinensis), cum iam ambo sint bibliothecae regiae Berolinensis (lib. pict. A 61 b et A 61 a) — usquam adnotavit, quid ipsi, quid aliis debeatur, cum tamen et in illis schedis et in his syllogis nonnullae insint falsae acceptae a Ligorio; nec magis id fecit Smetius in recensione corporis priore, quam praebet codex nunc Neapolitanus, unde in eo quoque reperiuntur nullo modo a reliquis distinctae Ligorianae complures, item n. 2273 genuina sed gravissime interpolata. Quid quod etiam in eis schedis Smetii, quas Maximilianus WAELSCAPPLE, cum anno 1554 conscriberet codicem nunc bibliothecae Berolinensis lib. pict. A 61 c, passim adhibuit, auctores singularum inscriptionum Praenestinarum vix umquam videntur fuisse adnotati, unde etiam apud Waelscapplium inter genuinas a Smetio vel a Pighio descriptas adsunt eaedem Ligorianae et n. 2273 interpolata. Distinxit auctores Smetius in recensione corporis posteriore, qualem praebet editio curata a Lipsio[1]), adscribens ad alias inscriptiones 'ipse vidi et transcripsi', ad alias 'haec a Pighio accepi', ad alias denique simpliciter 'ab aliis'; sed id quod Smetius testatur de exemplis recensionis posterioris, id num semper referri possit ad exempla recensionis prioris valde incertum est, praesertim cum non raro tam in locorum indicationibus quam in ipsis inscriptionum verbis recensio posterior differat a priore[2]). Hoc constat et ex locorum indicationibus et ex mendis non paucis Pighio et Smetio communibus, multa ex exemplis a Pighio et Smetio propositis ad unum idemque apographum redire. Menda autem illa ex parte ita comparata sunt, ut errori transcriptoris videantur posse attribui[3]) — tales autem errores ne a Smetio quidem esse alienos nuper demum didicimus —; alia autem aperte orta sunt ex studio interpolationis[4]); quod cum a Pighio et a Smetio plane alienum sit, menda autem ipsa ex parte occurrant etiam apud Ligorium in codice nunc Vaticano 2034 (cf. n. 2257 vv. 7—2) vel in sylloge Neapolitana (n. 2250 v. 2. 2852 v. 3. 17), a quo Smetius et Pighius etiam integras inscriptiones falsas receperunt, ego auctorem harum interpolationum Ligorium fuisse conicio.

IX. Inscriptiones Praenestinae, quae nullo auctore adscripto leguntur inter LIPSI adversaria cod. Leid. f. 17, venire a Pighio inde constat quod ipse Lipsius in Saturnalium sermonum libro primo complures ex eis (n. 2291. 3014) nominatim Pighio tribuit. — Item videntur venire a Pighio paucae Praenestinae (n. 2884. 2922) quas exhibet MOBILLONIVS in codice nunc Amstelodamensi n. 11.

X. LIGORIVS, qui Praeneste adierat fortasse iam ante annum 1544, si quidem recte coniecı ab eo venire apographum inscriptionis n. 2884 editum eo anno, tamen pauca ibi videtur descripsisse (n. 2853. 2857. 2284. 2221. 2257, fortasse etiam n. 1865. 2822. 2872. 2828. 2991), pleraque quae refert videtur habuisse ab eis, quibuscum suas fraudes et interpolationes communicavit, Pighio et Smetio. Interpolationes inscriptionum genuinarum interdum ita velare conatus est, ut narraret duo exempla eiusdem inscriptionis sibi visa esse, plenum alterum, alterum mutilum (n. 2225. 2922. 3214), eo scilicet consilio, ut, si quis interpolationem deprehendisset, hominem importunum relegaret ad exemplum alterum.

XI. MANVTIVS, cum anno 1566 orthographiam iterum ederet, praeter alia subsidia, in his volumen Smetii nunc Neapolitanum, praesto habuit exempla inscriptionum Praenestinarum n. 2862 et 2888, item recognitionem inscriptionis n. 2852 missam sibi Praeneste mense Apr. 1566 ab Antonio Corrado sive, ut dici voluit, Coronato (cod. Vat. 5137 f. 321—323).

XII. In codice olim Petri Victorii n. 27 nunc bibliothecae Monacensis n. 748 f. 157—168 extat fasciculus foliorum duodecim, in quo leguntur manu ut puto amanuensis Victorii exempla inscriptionum Praenestinarum numero XIII. Auctorem huius sylloges vel fuisse Praenestinum vel diutius commoratum esse Praeneste apparet ex ratione qua loca inscriptionum indicavit, admodum diversa ab ea qua utebantur advenatores et peregrinatores, ut Budaeus et Smetius. Nam ubi illi ponunt 'Praeneste *nella prima strada*', 'sub Praeneste in vinea quadam', hic habet '*in casa di M. Gian Felice Morone*', '*nella vigna del capitano scarzaro* [= *svizzero*]' vel similiter. Quis fuerit auctor vel certe quis miserit, docuit ipse Victorius, cum inscriptionem n. 2899 repetens in variarum lectionum libro XXXII edito Florentiae anno 1569 dicit missam sibi esse 'ab Iulio COLVMNA, Stephani fortissimi ducis filio, vetere ac certo iure domino eius urbis'. Neque obstat quod in schedis Victorii ad eandem inscriptionem n. 2899 in f. 74 — nam ibi eadem non repetita extat — adscriptum legitur nomen Marii Columnae, qui Marius illius Iulii (vel Iulii Caesaris; cf. Petrini p. 472) fuit frater. nam sine dubio Iulius Columna inscriptiones misit Mario, Marius, qui adolescens disciplina Victorii Florentiae usus erat[5]), et etiam tunc Florentiae videtur degisse[6]), describendas eas dedit Victorio. Sane fieri potest ut verus auctor sylloge ad Victorium missae neque Iulius Columna ut neque Marius, sed familiaris aliquis domus Columnensium in illorum comitatu degens; nihilominus syllogen eam laudavi sub nomine COLVMNAE. Quanta cura auctor quisquis fuit negotio functus sit, apparet et ex aliis rebus et ex eo quod ad inscriptionem in latere basis n. 2851 extantem a reliquis antiquioribus auctoribus omnibus omissam primus adtendit.

XIII. Etiam ampliorem syllogen inscriptionum Praenestinarum eodem fere tempore Florentiae nactus erat Victorii aequalis et discipulus Vincentius BORGHINI, quae ipsius Borghinii manu repetita, diligenter adnotatis si quae in archetypo videbantur dubia (ut ad n. 2853 s. 5), extat in codice nunc Magliabecchiano P 10, 102 p. 140—152. Sunt inscriptiones numero XXIII. Locorum indicationibus haec sylloge destituta est. Verus auctor quis fuerit cum non constet, laudavi eam sub nomine BORGHINII.

XIV. Fulvius VRSINVS libro de familiis Romanis edito a. 1577 inscriptiones nonnullas inseruit ab ipso Praeneste descriptas, in his fragmentum kalendarii Verriani pertinens ad mensem Februarium (Corp. I p. 314 cf. p. 412), quod praeterea reperitur tantum apud Manutium cod. Vat. 5241 p. 27, sed exscriptum sine dubio ex Ursini schedis. Alias inscriptiones Praenestinas ex schedis Ursini Grotera misit Gutenstenius, sed ex parte originis nota destitutas (n. 2225. 2926 quae postea ab aliis auctoribus Praeneste descriptae sunt, item n. 2861 quam sola coniectura Praenestinis restitui), nonnullas insuper pessumdatas dolo malo Gutenstenii. Autographa Ursini cum lateant vel perierint, fieri potest ut cum his thesaurus inscriptionum Praenestinarum non leve damnum passus sit.

XV. Tot doctus labores, quibus factum est, ut inscriptionum saeculo decimo sexto medio Praeneste extantium notitiam habeamus satis accuratam, sequitur intervallum annorum plus quinquaginta, quo nemo antiquitates Praenestinas videtur curavisse. Mutata res est anno 1630 quo tempore civitas Praenestina ex dominio domus Columnensium trans-

1) Hanc editionem ab autographo Smetii nunc servato in bibliotheca Leidensi ne in minimis quidem differre in universum quidem iam dudum constabat, sed in quibusdam locis, de quibus nihilo minus videbatur posse dubitari, nuper a me rogatus confirmavit U. Phil. Boissevain.

2) Has diversitates ex parte tantum inde explicantur quod nota illo incendio nocte quae idus Ian. 1558 subsecuta est schedae Smetii damnum passae sunt; differt enim recensio secunda a priore etiam in titulis sacris, quorum recensio secunda a Smetio ante idus Ian. 1558 absoluta et seposita a damno illo immunis manserat (cf. huius Corp. vol. VI p. XLIX, vol. IX. X p. LXIII seq.).

3) Velut n. 2988 v. 8 PECVNI pro REG·VRAI et DEFVNCTO pro DIVNCTO.

4) Ut n. 2850 v. 8 CLARISSIMVS pro CARISSIMVS, quod mendum (praeter Ligorium Neap.) habet sola editio Smetii, et n. 2838 v. 17, ubi tam apud Pighium quam apud Smetium ex Iove Arcano factus est Iuppiter Aegerius; saepe dubitari potest, cf. n. 2838 v. 5. 2957 v. 7—8. 3888 v. 8. n. 3084 v. 2, praeterea ubi Smetius tantum, non Pighius, erravit n. 2858 v. 5. 2888 lat. v. 4.

5) Extat epistula Marii Columnae ad Victorium Latine scripta, qua consolatur eum de morte uxoris hortaturque, 'ut Victorium se esse meminerit' (Italorum et Germanorum epistolae ad Petrum Victorium ed. Bandini vol. p. 810), extant complures Victorii ad illum (Petri Victorii epistolarum libri Flor. 1586, p. 118. 125. 148).

6) Certe ibi erat mense Februario a. 1568, sed profecturus Romam, ut colligitur ex epistula Victorii ad Sirletum (Petri Victorii epistolarum libri p. 189).

lata est ad Barberinos. Primum enim, auctoritate ut puta maxime Francisci Barberini cardinalis, inscriptiones nonnullae per vineas suburbanas dispersae, item pars earum quae extabant in episcopio, tunc collocatae sunt in aedibus minoribus Barberinorum vel in hortis adnexis, et ita ab interitu servatae[1]). Deinde a Barberinorum familiaribus et clientibus doctis et indoctis denuo describi coeptae sunt inscriptiones Praenestinae, quorum studiorum fructus hodie quoque magna ex parte extant in bibliotheca Barberinorum Romana, ex parte inde ablati in bibliotheca Vaticana. Primum locum ibi obtinet sylloge inscriptionum Praenestinarum et agri Praenestini numero triginta, servata hodie in codice olim Barberiniano nunc Vaticano 9140 f. 243—247. Auctor eius, mihi dictus ANONYMVS BARBERINIANVS — nam nomen eius certo definire non contigit[2]) — magna cum cura officio functus est; mensuras quoque lapidum adscribere ei placuit. In eodem codice nunc Vaticano 9140, item in codicibus Barberinianis XXIX, 148. XXX, 182 (f. 20) extant apographa SVARESII, de cuius studiis Praenestinis statim plura dicam. Praeterea in schedis bibliothecae Barberinianae extant variorum auctorum et diversi pretii apographa, ut in cod. Barb. XXIX, 148, item in codice olim Barb. nunc Vat. 9140 f. 268 Moronii, in eisdem codicibus apographum inscriptionis n. 3371 quod auctorem habet ipsum principem Barberinum, denique alia permulta, quae ad certos auctores referre nobis non successit. — Sed deerat Barberinis iusta historia urbis suae Praenestinae. Hoc officium in se suscepit SVARESIVS et absolvit libro edito anno 1655 sub titulo 'Praenestes [sic] antiquae libri duo'. Inchoatus erat hic liber iam ante annum 1632, quo priorem partem eius Suaresius dicitur absolvisse (Petrini p. 252, ubi citatur epistula Suaresii mihi non visa), certe imprimi coeptus est ante annum 1644; nam pontifex Urbanus VIII defunctus hoc anno in pag. 14 celebratur ut vivus; causa morarum fuerat diuturna absentia auctoris. Inscriptiones relatae in hunc librum magna ex parte petitae sunt ex libris editis (Grutero potissimum), aliae ex sylloge ea quam supra memoravi Anonymi Barberiniani, cuius auctorem ne Suaresius quidem tunc videtur novisse, sed passim corruptae mendis typographicis; novae insunt non multae, et mirum est plerasque ex his nulli postea Praeneste visas esse videndumque ne n. 2329. 3378 a Praeneste sint alienae, n. 2920. 2962 autem falsae.

XVI. Ex ipsis Praenestinis historiam patriae conscribere et inscriptionibus distinguere primus coepit is cuius manu scriptum volumen extat Romae in bibliotheca Barberiniana sub n. XXXIV, 14. Volumen est paginarum plus minus DC, partim lingua Latina exaratum partim Italica, moles rudis et indigesta nulloque modo editioni, cui auctor videtur destinavisse (cf. Cecconi praef. p. XIV), aptum. Auctor quo tempore vixerit apparet ex prooemio, quo alloquitur Urbanum Barberinum, qui fuit princeps Praenestinus saeculo XVII exeunte; ceterum Suaresio eum esse posteriorem apparet inde quod huius librum adhibuit et laudavit, Bianchinio antiquiorem inde quod complures lapides ab hoc descriptos apud Fantonios (cf. infra cap. XVII) ipse vidit dispersos et extantes locis prioribus (n. 2212. 2224. 2278. 2228). Nomen auctoris neque in ipso libro enuntiatur neque volumini, quale hodie est, praescriptum est; sed Petrinio, qui solus id ante me adhibuit, dicitur PENNAZZA; atque etiam ante Petrinium Cecconius (praef. p. XIV) noverat historiam Praenestinam scriptam a Pennazza monacho Carmelitano extare in bibliotheca Barberina. Itaque mihi quoque auctor voluminis illius Barberiniani dicitur PENNAZZA. Insunt in eo volumine inscriptiones novae, id est ineditae, — nam editas, etiam quas ipse vidit, plerumque ita ut erant editae repetivit (cf. n. 2970. 3000. 3314) — circiter duodecim, plerumque ab ipso auctore, ut passim significat, in urbe et agro Praenestino sedulo investigatae. Sed et parum peritus fuit Pennazza, et fieri potest ut ipse apographa sua in volumine nunc Barberiniano non satis fideliter expresserit; certe in eo volumine nec maiusculis litteris, ut oportebat, inscriptiones repraesentavit nec versuum antiquam divisionem observavit. Potest etiam quasdam omisisse. Ut inscriptionem n. 3210 tunc temporis non editam memoret quidem, sed non referat. Ex exemplis primariis Pennazzae nonnulla praesto fuisse Cecconio infra videbimus.

XVII. In tanta penuria bonorum descriptorum opportune accidit, ut Franciscus BIANCHINI canonicus Veronensis mense Novembri 1704 Praeneste adiret et bonum numerum inscriptionum, eas potissimum quas in hortulo suo collocaverant Fantonii, accurate describeret, quae exempla extant in codice bibliothecae capit. Veronensis n. 280.

XVIII. Dominicus GIORGI quoque ex Praeneste rettulit nonnulla autographa nunc servata inter eius schedas Romae in bibliotheca Casanatensi.

XIX. Etiam VVLPIVS in nono veteris Latii volumine edito anno 1743, sed absoluto iam aliquot annis ante, praeter plurimas e Grutero et Suaresio repetitas nonnullas habet novas quas ipse descripsit.

XX. Id quod inchoaverat Pennazza neque perfecerat, perfecit Leonardus CECCONI civis Praenestinus et inde ab anno 1748 episcopus Montis Alti, edita volumine *Storia di Palestrina città del prisco Lazio, illustrata con antiche iscrizioni e notizie finora inedite.* Ascoli 1756. 4°. pp. 432. Continet hic liber inscriptiones lapidarias novas, id est praeter eas quae extabant iam editae apud Gruterum Suaresium Vulpium, non minus sexaginta, non numeratis inscriptionibus laterum coctilium; nam ad eas quoque Cecconius attendit. Harum partem longe maiorem ipse Cecconius videtur descripsisse, nonnullas habuit ex schedis, ut n. 3254 et n. 3370, ubi laudat schedulam Stephani Fantoni avunculi sui, et n. 2872, quam ipse certe non vidit et cuius exemplum exhibet non diversum a Pennazziano, similiter ex Pennazzianis videntur esse petitae n. 2294. 2012 a. 3028. 3044 a. Quae ipse vidit, accurate plerumque excepta esse videntur, quamquam difficiliora lectu explicare non valuit, ut monstrent exempla plane corrupta n. 2879. 2283. 2895. 3222. 3368. — Praeterea hoc incommode accidit, quod autographa sua servare non curavit — certe nemo post eum ea vidit —, ita ut in tanto numero inscriptionum, quas ei soli debemus, pendeamus non ab ipso, sed a typotheta eius Asculano (elenchus mendorum ab hoc admissorum ad calcem voluminis adiectus longus est, sed nequaquam plenus). Laudandus est Cecconius etiam ob eam rem quod non solum describere inscriptiones sed etiam ipsos lapides ab interitu servare curae habuit collocatis in domo sua inscriptionibus circiter quindecim — partem earum habuit a Fantoniis propinquis suis (cf. supra cap. XVII) —, quae hodie quoque paucis exceptis ibi extant. Sed nullo modo mederi potuit ei quae tum apud cives suos regnabat incuriae rerum antiquarum. Ex sexaginta illis inscriptionibus, quas a Cecconio primum prolatas esse supra dixi, tertia tantum pars ad nostram aetatem pervenit.

XXI. Praeclare meruit non solum de Praenestina, sed de tota Romana antiquitate Petrus Franciscus FOGGINI Florentinus, qui cum Romae a Petrinio Praenestino anno fere 1770 audisset, reperta esse in fundo dicto *le Quadrelle* iuris seminarii clericorum Praenestini distante a Praeneste passibus circiter MCC frustula nonnulla marmorea cum litteris nundinalibus, statim agnovit reliquias fastorum Verrii Flacci (cf. p. 220), nec destitit donec Stoppanium cardinalem, qui tunc erat episcopus Praenestinus, perpulisset ad eum locum accuratius explorandum. Institutis igitur effossionibus anno ut videtur 1771[3]) reperta sunt fastorum illorum fragmenta quam plurima, spectantia ea ad menses Ianuarium Martium Aprilem Decembrem. Fragmenta delata Romam eiusdem Fogginii cura ordinata et coniuncta sunt, deinde collocata in domo cardinalis Stoppani (hodie domo Vidoni), ubi hodie quoque extant. Neque hac

1) Etiam ex loco agri Tiburtini dicto Corcollo eodem tempore advecta est in hortos Barberinorum Praenestinos inscriptio Manliae Lucillae infra edenda.

2) Cogitavi de Hieronymo Aleandro, propterea quod Suaresius cod. Vat. 9140 f. 250 ad inscriptionem supra n. 2880, quae apud Anonymum illum legitur f. 247', adscripsit 'vide supra inter Aleandrinas'. Sed Rossius noster a me de hac re interpellatus non agnovit in illis inscriptionibus Praenestinis manum sibi notissimam Aleandri. Ego mihi in illis agnoscere visus sum manum aliquam frequentem in codicibus Barberinianis quae videtur esse Iac. Bouchardi.

3) Fogginius quidem in titulo, quem de hac re incidendum curavit (praef. p. VI), annum posuit 1772. Sed inchoatae erant effossiones et rumor de eis Romae percrebuerat iam anno 1771, ut apparet ex ephemeride *Novelle Fiorentine* a. 1771 p. 252, ubi legitur *l'Em. Stoppani ha fatto in questi giorni intraprendere in Palestrina uno scavo, mercè del quale si spera di rinvenire la statua ed i fasti di Verrio Flacco*, ineunte autem anno 1772 iam advecta erant fragmenta Romam ad Stoppanium, ut testatur Björnståhl (*Reisen*, vers. German. II p. 20) in epistula scripta Romae d. 24 Febr. 1772.

opera contentus Fogginius ipse editionem fastorum Verrianorum adornavit inscriptam 'Fastorum anni Romani a Verrio Flacco ordinatorum reliquiae ex marmorearum tabularum fragmentis nuper effossis collectae et illustratae cura P. F. F.' Romae a. 1779. (Qui post Fogginium reliquias fastorum Verrianorum tractaverint, vide apud Mommsenum huius corporis vol. I). Sed Fogginius totus fastorum reliquiis ordinandis et explicandis intentus reliquis fragmentis, quae una videntur prodisse non pauca, nullam curam adhibuit. Fragmenta tabulae magistratuum coloniae Praenestinae una cum fastis Verrii reperta (n. 2964), quae fragmenta bene noverat et quorum partem ipse in praefatione edidit, plene et accurate describere omisit et insuper perire passus est. Quid quod ipsorum fastorum Verrianorum fragmenta nonnulla eum fugerunt, quae mox dispersa coniectura tantum cum ipsis coniungi potuerunt, ut frustula duo quae remanserunt Praeneste alterum servatum hodie in domo Fiumara, alterum in domo Petrini [1]), et tertium frustulum (pertinens ad d. Dec. 21) quod Romam pervenit ad Marinium nec notum est nisi ex huius schedis (Corp. I p. 312). Quamquam in hac re non ita culpandus Fogginius, qui Romae degens effossionibus Stoppanii non videtur interfuisse, quam dolendum, quod ex ipsis Praenestinis nemo hoc negotium in se suscepit.

XXII. Aliquam saltem curam patriae antiquitatibus qui adhibaret ea aetate inventus est Petrus Antonius PETRINI. Petrinio praeter alia fortuito ut videtur hic illic Praeneste et in agro Praenestino descripta debemus apographa inscriptionum earum quae magno numero effossae anno 1778 *nel sito*, ut ipse dicit, *dell' antico foro* (cf. ad n. 2934), mox praeter paucas translatas in museum Vaticanum perierunt. Nonnulla ex eis quae descripserat Petrinius communicavit cum Marinio (sched. Vat.), omnia ipse edidit anno 1795 in libro inscripto *Memorie Prenestine disposte in forma di annali*, 517 pp. 4°. — argumentum titulus satis declarat — appendice priore [2]), qua inscriptiones Praenestinas sibi notas omnes in quattuor classes distributas composuit. — Cecconium imitatus est Petrinius etiam ea re quod ipse quoque laudabili studio lapides scriptos nonnullos domi suae congessit et ab interitu servavit.

XXIII. Post Petrinium denuo iacuerunt antiquitates Praenestinae per annos sexaginta — nam Aloysii Cecconii libellus *sopra la basilica Emilia e Fulvia prenestina* editus Romae anno 1840 plane inutilis est —, quo tempore quae casu prodierunt inscriptiones aut periisse putandae sunt (cf. n. 2859. 2986), aut certe remanserunt ineditae (ut n. 22826 et n. 3002). Ex tot viris epigraphicae studiosis, quos Roma tulit priora parte huius saeculi, nemo videtur Praeneste adiisse vel certe, si quis ibi fuit, ut Nibby, ad inscriptiones non attendisse. Inscriptiones n. 2968. 3002 extantes inde a principio huius saeculi in aedibus Fiumara remanserunt ineditae. Laeta lux antiquitatibus Praenestinis effulsit anno demum 1855, cum I. B. Rossius noster partem aestatis Praeneste degeret. Is non solum inscriptiones astantes Praeneste et in agro Praenestino olim repertas tam editas quam ineditas descripsit vel relegit, qua re huius sylloges Praenestinae certissimum et latissimum fundamentum iecit, sed et studiis nostris admovit Petrum Cicerchiam civem Praenestinum. Forte evenit, ut tunc primum inciperent effossiones sepulcrorum liberae reipublicae, quae praeter alias res dederunt inscriptiones paucorum verborum omnes, sed summae antiquitatis et eas magno numero. Has primus Cicerchia descripsit; simul idem per totum oppidum atque sub ipsis moenium fundamentis (n. 3001) summo studio inscriptiones si quae latebant investigavit, omnia quae habuit misit Rossio et Henzeno, edita mox in annalibus et in actis minoribus instituti archaeologici. Neque postea umquam destitit inscriptiones novas si quae prodierunt describere et cum Henzeno communicare, cives quoque suos, ut lapides scriptos servarent hortari. Composuit quoque inscriptiones post annum 1855 repertas in volumine manuscripto (citavi id Cicerchia ms. vel sched., nec tamen constanter); sed ea exempla missis ad Henzenum plerumque inferiora sunt. Cicerchiae anno fere 1864 socium et aemulum se adiunxit Dominicus BONANNI canonicus Praenestinus, cuius opera non minus grata quam Cicerchiae tamen plerumque non pariter fuit utilis; nam inscriptiones recte describere raro Bonannio successit. — Augmentum, quod isto hoc tempore cepit thesaurus inscriptionum Praenestinus, si excipias parvas inscriptiones erui solitas ex sepulcris antiquissimis, de quibus effossionibus infra p. 328 separatim dicetur, paene totum debetur casui; nam effossiones institutae anno 1864 auctoritate et sumptibus academiae Berolinensis eo ipso loco, unde anno 1771 prodierant fragmenta fastorum Verrii Fogginiana, spei parum responderunt; dederunt enim fastorum illorum frustula tantum minutissima [3]), item fragmenta n. 2843. 2949 pariter exigua (n. 2934 postea prodiit), sed tamen aetatis Christianae monumenta complura insignia, edita infra p. 348 seq. cf. ad n. 3418. Rexerat has effossiones Cicerchia; rettulerunt de eis ex epistulis Cicerchiae Henzenus bull. dell' Inst. 1864 p. 70 et Mommsen in actis acad. Berol. 1864 p. 235; monumenta christiana quae prodierunt edidit Archangelus Scognamiglio *della primitiva basilica del martire S. Agapito discoperta nella contrada le Quadrelle ad un miglio dell' antica Preneste* (Romae 1864). — Defuncto Bonannio anno 1872 rursus ad Cicerchiam solum rediera cura antiquitatum Praenestinarum, idemque mihi quoque, cum anno 1880 iterumque 1881 Praeneste adiissem, dux et comes fuit in investigandis inscriptionibus per oppidum et vicinos agros dispersis. Sane aliquanto plus praestare potuissem, si maior esset Praeneste inscriptionum antiquarum aut publica aut privata cura. Sed privati plerique, praeter numismata ex aere argentoque, quorum fecundus est ager Praenestinus et quae magno pretio venire solent, lapideas inscriptiones, si quae forte prodierunt, non valde curant relictasque eas eis ipsis locis, ubi effossae sunt, situ perire facile patiuntur, quod autem publice e pleraque Italiae municipiis iam diu obtinuit, ut monumenta patriae historiae lapidea ex solo urbis effossa collocentur in curia sive alio quocumque loco publico et posteritati serventur, id Praenestinum municipium quod hodie est, sane tenue pro vetere gloria nec comparandum cum splendidis municipiis superioris Italiae vel Campaniae felicis, facere non potuit vel facere neglexit, certe non fecit, ita ut paucorum hominum, imprimis Cicerchiae, sedulitati debeatur, quod ex inscriptionibus per hos triginta annos effossis potiores certe meliores manserunt (sed vid. n. 2923, item n. 2918). Ego feci quod potui et inscriptiones extantes in hortis et palatio Barberinorum, in aedibus olim Cecconii et Petrinii, item in reliquis aedibus privatis quae mihi patuerunt, denique in fundis agri Praenestini, ubi inscriptiones servari acceperam, descripsi vel recognovi; sed multas quas mihi videre non contigerat, praeterea omnes eas, quae post meum ex Italia discessum prodierunt, submisit is qui, quamquam reliquas quoque partes huius voluminis summo studio fovit, Praenestinis tamen praecipuam et assiduam curam adhibuit, vir doctissimus mihique amicissimus Henricus STEVENSON Romae degens [4]). Quod autem his ultimis annis non parvus numerus et novarum inscriptionum prodiit et antea neglectarum in lucem protractus est, id magna ex parte debetur curis VINCENTII CICERCHIAE

1) Placuit adscribere haec fragmenta hoc loco me, cum maiora kalendarii fragmenta coniuncta extent in huius Corp. vol. I, haec frustra quaerantur in hoc Corpore; est autem alterum (*b*) ineditum, alterum (*a*) editum a Mommseno in additam. ad fastos anni Iuliani huius Corp. vol. I p. 412.

a



b



In fragmento *a* v. 1 ultima littera quae extat videtur fuisse D, sed et L potest fuisse et G et C. In fragmento *b* v. 2 quod extat ante NISI potest supparesse et ex S et ex O et ex G.

2) Altera appendix chartas medii aevi complectitur.

3) Haec quoque fragmenta (descripta a Cicerchia litteris datis ad Henzenum d. 15 vel 16 Mart. 1864) adscribere placuit:





4) Libellus quem scripsit Emmanuel FERNIQUE *Étude sur Préneste, ville du Latium* (*Bibliothèque des écoles françaises d' Athènes et de Rome*, fasc. 17 Parisiis 1880) ad inscriptiones non pertinet. — Sero in manus venit liber Horatii MARVCCHI inscriptus *Guida archeologica dell' antica Preneste* editus Romae anno 1885, non adhibitus a me nisi in inscriptionibus Christianis (p. 348 seq).

qui Petri Cicerchiae patris, abrepti morte luctuosa d. 9 Apr. 1989, munus voluntarium sponte in se suscepit, acrem se praestans custodem et vindicem antiquitatum Praenestinarum[1]. Vincentii Cicerchiae cura id quoque effectum est, ut nuper tandem museum publicum Praeneste institui coeptum sit, quod dummodo adsit Fortuna Praenestinorum neque ager Praenestinus veterem suam inscriptionum antiquarum feracitatem amiserit, non dubito quin mox futurum sit egregium priscae Romanae antiquitatis promptuarium.

1) Petrum Cicerchiam, non Vincentium, scito intellegi, ubicumque sine praenomine simpliciter nominavi Cicerchiam.

Fastorum a Verrio Flacco in foro Praenestino propositorum fragmenta quaere huius Corporis vol. I.

2846 lamina aenea. *Nel territorio di Palestrina*, *contrata Covarello* HISTORIA PRAEN. Apud Stephanum Borgiam GVATT. Cum museo Borgiano venit in museum Neapolitanum, ubi extat. — Licet ignorem quo tempore vixerit auctor ille historiae Praenestinae et cuius fidei homo fuerit, tamen originem Praenestinam huius laminae ab eo confictam esse cur putem, nulla causa est; id solum suspectum est quod repertam eam facit in regione *Covarello*, cum huic regioni agri Praenestini Cecconius (p. 88) templum Aesculapii tribuerit.

ESCVLAPIO
DICTV · ET · FACTV
ISOCHRYSVS

Ad ectypum delineavit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 994. Ex libro manuscripto de historia Praenestina, qui adservabatur Praeneste apud heredes Rosicarelli, excerptam Henzeno dedit Bonanni canonicus. Edidit primus Gualtani *notizie sulle antichità e belle arti* 1794 p. 94 (inde Marini *scr. Alb.* p. 9, ex quo Orelli 1573) acceptam ab Amaduzzio. Habent deinde catalogus musei Borgiani scriptus anno 1914 (*Documenti inediti per servire alla storia dei musei d' Italia* I p. 898 n. 473); Mommsen inscr. Neap. n. 9794; Fiorelli catal. mus. Neap. n. 43.
2 ACTV Momms., non recte.

2847, 8 fragmentum (tabulae ut mihi videbatur; aram dicit GARR.) ex lapide Albano. Rep. *tra le rovine esistenti presso la chiesa della Madonna dell' Aquila* CECC. Nunc vv. 1—4 extant Praeneste in aedibus Cecconi.

ego:	*Cecconi:*
APOLO	APOLON....
METILIO	METILIO....
MAGISTERE	MAGISTRE....
CORAVERON	COSAVERO....
	5 C ANICIO L · S^{T}.... 'sic' Cecc.
	SIANDO....

Descripsi. Habet primus Cecconi p. 39 (inde Petrini p. 333 n. 99 et p. 341 n. 79; huius Corp. vol. I n. 73). De visu citat Garrucci ann. inst. arch. 1860 p. 937. Ad ectypum Mommsen *bull. dell' inst.* 1899 p. 39, recognitam ad lapidem Corp. I add. p. 554. Delineavit ad ectypum Ritschl priscae Lat. suppl. II (1993) tab. fig. B cf. p. VI (opp. 4 p. 918) et Suppl. III p. XIII (opp. 4 p. 934). Garrucci syll. n. 999.
2 post METILIO nulla littera superest; fragmentum litterae S, quam ibi exhibet Mommsen *bull.*, deceptus fortasse ectypo (cf. Ritschl suppl. II p. VI = opp. 4 p. 543), recte idem omisit, cum curis secundis lapidem retractaret Corp. I p. 554, nihilominus Garruccius edidit METILIOS. — 3. 4 in fine integri mihi esse videbantur. — 5. 9 valde vereor ne errore hi versus a Cecconio cum vv. 1—4 coniuncti sint; explicavit adhuc eos nemo.

Sequuntur tituli Fortunae dicati numero plus minus quadraginta. Scriptorum testimonia de cultu Fortunae Praenestinae componere non est huius loci: pauca tantum memorare libet quae maxime faciunt ad antiquum splendorem eius cultus demonstrandum. Iam anno u. c. 513 consulem populi Romani sortes Fortunae Praenestinae adire voluisse, sed a senatu prohibitum esse narrat Valerius Maximus 1, 3, 9 cf. infra ad n. 9989; Prusias rex Bithyniae cum anno 588 cum filio Nicomede Romam venisset, non solum Romae in Capitolio, sed etiam Praeneste in aede Fortunae vota pro victoria populi Romani suscepta exsolvit (Liv. 45, 44); Carneades cum anno 599 legatus Atheniensium Romae moraretur, Praeneste quoque adiit et ibi Fortunae deae bonam fortunam miratus est (Cic. de div. II, 41, 87). Ipsi Romani quemadmodum post bellum Hannibalicum Iunoni Sospiti Lanuvinae in urbe sua publice aedem dedicaverunt (cf. supra p. 182), ita eodem fere tempore etiam Praenestinam deam apud se receperunt dedicata aede in colle Quirinali a. 558 Fortunae Primigeniae (Liv. 34, 53 cf. 29, 36)[1]; nam id nomen, ut tituli demonstrant[2], quasi proprium erat Fortunae Praenestinae. Appellatur enim Primigenia in titulis qui sequuntur paene omnibus[3] (id est exceptis carmine n. 2888 et n. 2889, ubi appellatur *sancta*), plerumque hoc vocabulo plene perscripto (*Primig.* est n. 9849. 9881. 9959. 8999. 9990. 9871. 3003), nisi quod in certo quodam genere titulorum valde antiquo (n. 9874 seq., praeterea etiam n. 9854) utrumque vocabulum per primam tantum litteram notatur; *Diovo filea Primogenia* appellatur in omnium fortasse antiquissimo n. 2893, *Iovis puer Primigenio*, quod idem esse videtur, in n. 2898, de titulo dedicato *Fortunae Iovi puero* n. 2898 vide ad ipsum. *Fortunae sanctae* inscriptus est titulus iam memoratus n. 2880, *Pietati Fortunae Primigeniae* n. 2858. — Dedicati sunt hi tituli ab omnium paene ordinum hominibus,

1) Fuit praeterea Romae in Capitolio aedes Fortunae Primigeniae (cf. ad n. 2852 v. 1); hanc quo iure nonnulli apud Plutarchum de fortuna Roman. c. 17) a Servio Tullio conditam esse putaverint, non liquet.

2) Casui tribuendum est, quod scriptorum qui de Fortuna Praenestina egerunt nemo Primigeniae vocabulum ei tribuit, sed tamen Cicero de leg. 2, 11, 28 tam de culto Fortunae Primigeniae Praenestino potest cogitavisse quam de eiusdem deae culto urbano.

3) Titulum Fortunae Primigeniae dicatum, quem certum sit antiquitus stetisse extra Praeneste vel Romae vel alibi, nullum habemus, cf. ad n. 2861; etiam titulus huius corp. vol. VI n. 192 potest certe Praeneste Romam advectus esse.

nonnulli a senatoribus populi Romani (n. 2249. 2222), plures ab hominibus quaestui deditis, ut n. 2874 seq. positi sunt a collegiis mercatorum et opificum liberae rei publicae Praenestinae —, conferendi sunt similes tituli positi Porti Fortunae trans Tiberim sexto milliario ab urbe Roma, editi huius corp. vol. VI n. 127—129 —, n. 2852 posita est a filio mercatoris frumentarii qui ipse quoque Fortunam Praenestinam coluerat, n. 2224 a mancipe aedis ipsius ut puto Fortunae; n. 2883 fortasse pertinet ad donum Fortunae datum propter feturam pecorum. Ad aetatem titulorum quod attinet, n. 2852. 2823. 2274—2882 videntur esse liberae reipublicae (in his plerique, certe n. 2252. 2223. 2874. 2272. 2278. Sulla antiquiores), reliqui aetatis imperatoriae. Multae ex basibus infra recensitis sustinebant signa aliorum deorum Fortunae dedicata, nonnullae statuas hominum ab ipsorum propinquis non minus honori eorum quam Fortunae dicatas (n. 2822. 2884—2828).

Sortium, de quibus multa habent scriptores, mentio fit in sola n. 2868 quam dedicavit Nothus Ruficanae Plotillae servus *ex sorte compos factus*, quamquam alias quoque ex dedicationibus infra scriptis coniunctas fuisse cum consultatione sortium veri simile est. Ceterum sortilegum Fortunae Primigeniae habebimus infra n. 2989 Maesium Celsum hominem ingenuum et summis coloniae Praenestinae honoribus functum, sacerdotem Fortunae Primigeniae *lectum ex s(enatus) c(onsulto)*, infra n. 3011 Scurreium Pontinalem ordinis ut videtur libertini. Ad oracula Fortunae Primigeniae pertinet etiam adnotatio mutila Verrii Flacci ad fastos ab ipso in foro Praenestino propositos sub die ut videtur 9. mensis Aprilis (huius Corp. I p. 318). — *Fortunae Praenestin[ae] Augustorum nostrorum* dedicatus titulus nondum plene lectus extat Sarmizegetusae in Dacia huius Corp. vol. III n. 1421.

2849 parva basis marmorea, Praeneste. *In casa di M. Nocentio Cappucino* (de hoc Innocentio cf. Petrini p. 204 sub a. 1522) COL. *Si vede affissa al muro dell' abitazione de' signori Tersoli al Borgo* PENNAZZ. In fronte eiusdem domus postea Palma nunc Scavalli extat adhuc.

L · ANTISTIVS
C · F · ARN · VETVS
AVGVR
FORTVNAE · PRIMIG
S EX · VOTO · SVSCEPTO

Descripsit de Rossi, vidi ipse. Exhibent Columna ms. f. 122; Ursinus, qui vidit, fam. Rom. p. 17, a quo pendent Lipsius auct. 32, 5 et Grut. 73, 10 'ex Ursini schedis'; Anonymus Barberinianus f. 243; Suaresius Praen. p. 48 (inde Vulpi 9 p. 126) ubi citatur Gruterus; Pennazza ms. bis; Cecconi p. 24; Chaupy *maison d'Horace* 2 p. 279; Petrini p. 305 n. 32.

Hic L. Antistius C. f. Vetus diversus est ab eiusdem nominis homine cui posita est n. 2802; nam ille pontifex fuit, hic augur.

2850 cippus litteris (aevi) Antonini METELL. In civitate Praenestina GAMM.; in via Praenestina SABIN. Praeneste in vico quodam ad principium ascensus castelli ad parietem BVDAEVS, retro palatium METELL., sub palatio ad domum privatam SMET. — Rep. *nel tempio della Fortuna in Praeneste* LIGOR. (Taur.). — In S. Hieronymi SVARES. (Praen.) de particula superstite (vv. 1. 2), *sopra il pozzo de' PP. della Dottrina Cristiana* CECC.; in horto patrum catechistarum vulgo *dottrinari* DE ROSSI.

FORTVNAE · SANCTAE
ATINIA · TYRANNIS
SEMINARIA · A PORTA
TRIVMPHALE
P · TERENTIVS · FORTVNATVS
VIR · CARISSIMVS
CVI · GRATIAS · MAXIMAS
SEMPER · EGI
CVM
TERENTIA · FAVSTINA
FILIA
DONVM · DEDIT
L · D · D · D

Integrae inscriptionis non minus quinque extant exempla, primum id quod proponunt Gammarus Trev. 23 et codex Marcianus Petri Sabini f. 43', et quod redit sine dubio ad Pomponium Laetum vel aliquem ex eius discipulis, secundum Budaei apud Metellum Vat. 2039 f. 351' et Pighianum f. 83'; tertium ipsius Metelli Vat. 2842 f. 43'; quartum Smetii ms. Neap. p. 104 (inde pendent Pighius cod. musei f. 29 et Panvinius Vat. 6035 f. 138, Roma p. 125, item ut puto Ligorius Neap. lib. 15 p. 210, quamquam variat in v. 8), apud Waelscapplium f. 54', paullo aliter (cf. infra sub v. 8) ed. 30, 14, ubi dicitur vidisse; quintum Borghinii ms. p. 145. Ex Panvinii Roma puto Ligorius Taur. vol. 14, item (certe laudat Panvinium) Bosio *Rom. sotterranea* (ed. 1650) p. 13 a Smetii ed. Grut. 79, 3 (in altera editione adhibetur Ursinus), ex Grut. Suaresius Praen. p. 42 (ex hoc Vulpi Lat. 9 p. 124) et Petrini p. 301 n. 23. Particulam superstitem vv. 1. 2 descripserunt de Rossi (cf. infra) et ante eum Anonymus Barberinianus f. 242 et ipse Suaresius Praen. p. 42 (inde Mur. 24, 7; Vulpi 9 p. 126, Cecconi p. 52; Petrini p. 324 n. 31).

Vv. 1. 2 descripsit de Rossi sic FORTVNAE·SANCTAE | ATINIA VS; v. 2 ATINIA TVCANINA Suares. (Praen.); solum v. 1 excepit Anonymus Barberinianus. — 2 ALINIA Bud. Borgh., ATYNIA Lig. (Neap.). — 4 TRIVMFALE Gamm. — 8 CLARISSIMVS Ligor. (Neap.) et Smetii ed. (non ms. Neap., neque apud Waelsc.) — 13 L om. Bud.

2851 parva basis marmorea. Extra Praeneste *nella vigna di Agapito Croce, a S. Pietro della Mensa vescovile* CIC. Ibi extat.

FORTVNAE
PRIMIG·
M · AVRELIVS
HAMMONIVS
CVRS · ROMAN
CONIV

Descripsimus ego et Stevenson. Cicerchia ms. et in epistula data d. 4 Iun. 1887, unde repetivit Henzen *bull. dell' Inst.* 1887 p. 71.

5 littera prima quae fuerit, incertum est; CONIVX Cic. in epistula; in schedis idem sic 5 seq. ROMANVS | CVM CONIVGE | SVA supplemento facile recepto.

2852 basis marmorea a tergo excavata alta metr. 1,19 litteris cm. 1½. Praeneste rep. apud templum Fortunae primigeniae IVC.; similiter, sed addit 'refossis ruderibus a d. Marco Barbo card. Sancti Marci' (significatur Barbus ex cardinale S. Marci factus episcopus Praenestinus anno 1474, mortuus a. 1483) PEVT. (Mon.); carmina ex ruinis templi Fortunae eruta SIEO. OLIV.; Praeneste apud templum Fortunae RED. Praeneste quo nunc Palestrina in atrio maioris ecclesiae ubi fuit templum Fortunae ut ex primis apparet BVD., in templo Fortunae nunc palatio ducis MET. (Vat. 6040', Praeneste in palatio episcopi SMET., in aedibus episcopi PIGH. (ms.); in area palatii pontificii PIGH. (Herc. Prod.), aella canonica COL.; in palatio principis SVAR. Extat Praeneste in hortis Barberinis. — S. l. SAB. RAYNER. Romae in hortis Iulii III BOISS. (Holm. 98' et 6d), in palatio Conservatorum BOISS. (Holm. 97). Reate BOISS. (Paris p. 557). 'Hostiae' praec. ap. FERRAR.

spicarum manipulus — modii spicis pleni duo — spicarum manipulus

TV QVAE · TARPEIO COLERIS · VICINA · TONANTI
VOTORVM · VINDEX · SEMPER · FORTVNA · MEORVM
ACCIPE · QVAE · PIETAS · PONIT · TIBI · DONA · MERENTI
EFFIGIEM · NOSTRI · CONSERVATVRA · PARENTIS
CVIVS NE · TACEAT · MEMORANDVM · LITTERA · NOMEN
CAESIVS · HIC · IDEMQ TITVS · PRIMVSQ · VOCATVR
QVI · LARGAE CERERIS · MESSES · FRVCTVSQ RENATOS
DIGERIT · IN PRETIVM · CVI · CONSTAT · FAMA · FIDESQ
ET · QVI · DIVITIAS · VINCIT · PVDOR · IRE · PER · ILLOS
CONSVETVS · PORTVS · CVRA · STVDIOQ LABORIS
LITOR · QVI PRAESTANT FESSIS · TVTISSIMA · NAVTIS
NOTVS · IN VRBE · SACRA · NOTVS · QVOQ FINIBVS · ILLIS
QVOS · VMBER SVLCARE · SOLET · QVOS · TVSCVS · ARATOR
OMNIBVS · HIC · ANNIS VOTORVM · MORE · SVORVM
CENTENAS · ADICIT · NVMERO CRESCENTE CORONAS
FORTVNAE · SIMVLACRA COLENS ET · APOLLINIS · ARAS
ARCANVMQ · IOVEM QVORVM CONSENTIT · IN · ILLO
MAIESTAS · LONGAE PROMITTENS · TEMPORA · VITAE
ACCIPE POSTERITAS QVOD PER TVA · SAECVLA NARRES
TAVRINVS CARI · IVSSVS PIETATE PARENTIS
HOC · POSVIT DONVM QVOD NEC SENTENTIA MORTIS
VINCERE NEC POTERIT FATORVM SVMMA POTESTAS
SED POPVLI · SALVO · SEMPER · RVMORE MANEBIT

in latere intuenti dextro:

L · CEION [I]O·CO MM
SEX · VETVLENIO · C I VII sic
POM PEIANO COS a. 136
LOC · D · D · D

Descripsit de Rossi, recognovi ipse post Mommsenum. Habent primi Redianus f. 48, Ferrarinus Reg. f. 124'; P. Sabinus Ott. f. 112'; Iucundus rec. 3 cod. Magl. 28, 34 f. 39, cod. Cicognae f. 152'; cod. Neap. XIV D 8 f. 80; Sieder Mut. f. 60, codex Olivae f. 77'; Mazochi f. 7; Peutinger Monac. 34 f. 13, Aug. 529 f. 124, Aug. 527 f. 71; Rayner Marucell. A 78, 8 f. 28; Alciatus Feae f. 75/80; Apianus p. 192, 1 (inde Leander Alberti *descrittione di tutta l' Italia* ed. Venet. 1577 f. 153; Manutius orth. ed. 1581 f. 31; Boissard ms. Holm. f. 99' et f. 97, ms. Paris. p. 418, hic solos vv. 1—8, et p. 557, ed. 9, 91; item ex Apiano sed hic illic coniectura correctam Scaliger catalect. p. 282, ed. 1617; ex hoc pendet Pithoeus epigramm. vet. p. 122'. Ex lapide Budaeus apud Pingonium f. 83, Metellus correxit ad Mazochium suum nunc Vaticanum ex exemplis Budaei et Smetii, ubi dicit se ipsum quoque vidisse sed festinantem. Ipsius Metelli autographum reperitur cod. Vat. 6040 f. 48; Smetius ms. Neap. p. 153 (inde Manutius orth. ed. 1566 p. 8, 1, sed conlatam cum archetypo ab H. Antonio Coronato, cuius extat de hac re epistula data ad Manutium Praeneste d. VI Cal. Mai 1564 in codice olim Manutii nunc Vat. 5237 f. 322/3), ed. 30, 11, Ligorius Neap. lib. 39 p. 210, ubi postea ipse Ligorius duobus locis varias lectiones Smetii adscripsit, Taur. vol. 14; Pighius cod. Luz. p. 79, cod. musei f. 28, Hercul. Prodic. p. 325 (inde Schottus itinerar. Ital. ed. 1600 p. 423); Waelscapple f. 58; Columna ms. p. 153; Fonteius de gente Caesia p. 111; Anonymus Barberinianus f. 245, Suaresius Praen. p. 48; Pennazza ms.; Vulpi Lat. 9 p. 129; Cecconi p. 178; Petrini p. 298 n. 13. Gruter 72, 9. Burmann anthol. lib. 1 p. 58 (tom. I p. 55), qui praeter libros editos praesto habuit etiam Pighium ms. et excerpta ex codice aliquo Caroli Moroni facta a N. Heinsio, qui videtur pendere ex Ferrarino.

Frontis inscriptio exceptis punctis tota certa est; male Smetius v. 3 DONAT (pro PONIT), 8 PRECIVM, 17 in. AEGERIVMQ·, 19 POST (pro PER): eadem menda (excepto DONAT v. 3) reperiuntur etiam apud Pighium; Ligorius quoque in libro Neapolitano ad veram lectionem v. 3 et 17 errores Smetianos adscripsit. — Lineolae, quibus hic illic litterae nonnullae circumdatae sunt, velut v. 1 T ARP EIO, 5 CVI VS·NE·TA CEAT, 15 COLE NS E T·APOLLINIS — enotaverunt eas ante me Metellus in exemplo autographo (Vat. 6040) et Columna —, noviciae mihi videntur.

In inscriptione lateris impediverunt quadratarium nescio quae rugae vel sulci inscriptione antiquiores; unde litterae ex parte evaserunt dimidiatae quales vides. Vv. 1. et 3 non videntur esse finiti, v. 2 fin. est CIVII (CIVIIA Col.). Omiserunt inscriptionem lateris omnes praeter Columnam Cecconium Petrinum.

Tu, quae Tarpeio coleris vicina Tonanti,
votorum vindex semper, Fortuna, meorum,
accipe, quae pietas ponit tibi, dona, merenti,
effigiem nostri conservatura parentis.
Cuius ne taceat memorandum littera nomen,
Caesius hic idemq(ue) Titus Primusq(ue) vocatur,
qui largae Cereris messes fructusq(ue) renatos
digerit in pretium; cui constat fama fidesq(ue)
et, qui divitias vincit, pudor; ire per illos
consuetus portus cura studioq(ue) laboris,
litor(a) qui praestant fessis tutissima nautis,
notus in urbe sacra; notus quoq(ue) finibus illis,
quos Umber sulcare solet, quos Tuscus arator.
Omnibus hic annis votorum more suorum
centenas adicit numero crescente coronas,
Fortunae simulacra colens et Apollinis aras
Arcanumq(ue) Iovem, quorum consentit in illo
maiestas, longae promittens tempora vitae.
Accipe, posteritas, quod per tua saecula narres:
Taurinus, cari iussus pietate parentis,
hoc posuit donum, quod nec sententia mortis
vincere nec poterit fatorum summa potestas,
sed, populi salvo semper rumore, manebit.

L. Ceion(i)o Commodo S(ex). Vetule(n)io Civi(ca) Pompeiano co(n)s(ulibus). Loc(us) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum).

Statuam (vv. 3. 4: *dona conservatura effigiem*) T. Caesii Primi (v. 6) mercatoris frumentarii (v. 7—13; eodem pertinent spicae in summa basi repraesentatae) Fortunae dicavit hoc carmine Caesius Taurinus filius iussus a patre (v. 20). — V. 1 significatur aedes Fortunae Primigeniae sita Romae in Capitolio, quam praeterea memorat solus Plutarchus de fortuna Roman. c. 17. — Ex vv. 16. 17 discimus Praeneste una cum Fortuna coli solitos esse Apollinem et Iovem cognomine Arcanum. Apollini dicatam inscriptionem habemus supra n. 2848; de Iove Arcano cf. ad n. 2972.

2853 cippulus calce opertus MET. Praeneste (in) maiore templo in atrio SVD., in palatio episcopi SMET., *alla canonica dietro alla cisterna* COLVMNA.

FORTVNAE
PRIMIGENIAE
TI · CLAVDIVS
THERMODON · ET
METTIA · M · F
LOCHIAS · SIVE
SIMVLACRA · DVO
SPEI
COROLITICA · D · D

Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 352 et apud Pingonium f. 83; ipse Metellus Vat. 6048 f. 43 vv. 4—5 tantum descripsit festinans. Smetius ms. Neap. p. 103, apud Waelscapplium f. 57, ed. 38, 4 (inde Grut. 76, 9); a Smetio tam Pighius cod. Luz. p. 80, cod. musei f. 28 quam Manutius orth. 520, 1 (ex hoc Fonteius de Caesorum gente p. 123); Ligorius Neap. lib. 35 p. 212; Columna ms. f. 166, Borghini ms. p. 144. E Grutero Suaresius Praen. p. 44 (ex hoc Vulpi Lat. 9 p. 122); Petrini p. 301 n. 19; Orelli 1758.

4 THERMODON·EI Col., THERMODONT·ET Lig., THERMODONITE litteris NI postea inductis Metellus. — 5 METTIA Met. Col., MEÆTIA Borgh. qui adscripsit 'sic est in exemplo', MELTIA Bud., METIA Smet. — 6 LOCILIAS Borgh.

Ti. Claudius Thermodon, qui in Etruria prope Ficulle sacra fecit et Dianae (*notizie degli scavi* 1883 p. 162) et Soli invicto Mithrae (Grut. 34 post n. 5 = huius corporis vol. VI n. 3723, cuius inscriptionis hodie quoque Ficulle extantis Bormannus habuit ectypum), num idem sit, nescio. — 8 corolitica videntur dici signa ex marmore corolitico (Plin. h. n. 36, 62).

2854 basis parva quattuor (sic VISC. ms. PETR.) laterum (*piedestalo di forma conica; sopra dovea essere qualche statuina o voto, e* [illegible] *è come un incavo* MAR. f. 279), inscripta habens duo latera vicina (*i caratteri sono mal fatti e quasi con chiodo, e furono rubricati* MAR. f. 279). Nuper Praeneste rep. MORC. a. 1760', rep. Praeneste anno 1778, apud Iacobellium MAR. f. 276, rep. Praeneste in *faccia a S. Rocco, ove è la vigna Pignatelli* VISC. (ms.). *Regalata all'* [illegible] *in Roma* MAR. f. 279; apud Petrinium extabat, cum is librum suum ederet, i. e. anno 1795. — Romae apud Kellermannum IAHN. Deinde fuit Firmi in museo de Minicis; nuper tamen ibi frustra quaesivit Mommsen.

PRO · SALVT	F · P · FR
C · CAESARIS	THESIB
AVG · GERM	Q · COSIDIVS · TERTIVS
ET · REDITV	D · D ·

Anonymus (is qui solus servavit n. 2875) apud Marinum Vat. 9127 f. 278, ipse Marini Vat. 9127 f. 279, Arv. p. 589, Morcelli de stilo inscr. (1780) p. 476, ed. 2 II p. 322, E. Q. Visconti sched. Paris. f. 221, cod. Paris. Lat. 9697 f. 45, museo *Pio-Clementino* tom. II (ed. Mil. 1819) p. 68, Petrini p. 295 n. 8; Iahn specimen epigr. p. [illegible] n. 3; R. de Minicis *iscrizione Fermane* n. 666. 667. Mommsen descripsit anno fere 1848. Orelli n. 1759.

a 1 PRO Morc. Petr. Visc., RO Mar. f. 279 et Momms., RO Mar. f. 276, IO Iahn. — 4 ET Mar. f. 279, VL Momms. — b 3 TERTIV Iahn.

Pro salut(e) C. Caesaris Aug(usti) Germ(anici) et reditu F(ortunae) P(rimigeniae) Pr(aenestinae) thes(aurum) i(mpensa) s(ua) Q. Cosidius Tertius d(ono) d(edit). Sic Marinius Arv. l. c. et de Rossi *bull. dell' Inst.* [illegible] p. 37; sed THESIS num recte ita explicatum sit, videtur posse dubitari. Mommsenum *thesis* est positio vel depositio, referenda fortasse ad [illegible]tionem formam propriam cum sortitione coniunctam.

2855 intra coronam ex lapide calcareo (*pietra della montagna di Palestrina*); *nella parte interiore la corona si vede essere di fettucce avvolte a spira, dalle quali partono foglie di acanto; nel prospetto si vedono fiori, e tra i fiori de' bucherelli entro i quali erano i smalti che rappresentavano gemme* MARCHI. Praeneste repertam museo Kircheriano dono dedit Aloysius Vescovali.

FORTVNA · PRIMG
(sic) N · DCVMIVS · M · F
DON · DED ·

Descripsit Henzen, unde est huius corporis vol. I n. 1133; denuo descripsit Gatti. Idem misit ectypum. Ad ectypum delineavit Ritschl priscae Lat. mon. epigr. enarr. p. 30, qui praeterea tractavit mus. Rhen. 16 (1861) p. 601 (= opp. 4 p. 470). Primum edita est in ephemeride *Civiltà cattolica* ser. III vol. 8 (1857) p. 364, ubi laudatur Marchius. Habent praeterea Ruggiero catal. mus. Kirch. p. 14 n. 44; Garrucci syll. n. 585.

3 DED· est in lapide, non, quod Garruccius voluit, DEDIT.

Decumii multi sunt in inscriptionibus sepulcralibus antiquissimis infra editis.

2856 basis marmorea. Praeneste PIGH. Praeneste per urbem SMET. ms., Praeneste reperta sed postmodum in calcem redacta SMET. (ed.). Praeneste in caemeterio SVAR. *Ora* [illegible] *giardino baronale* CECC. Ibi adhuc.

in latere intuentibus sinistro:

(sic)
DEDICATVM
IV · IDVS · AVG
(10. Aug. 189) IMP · COMMODO · II
ET · MARTIO · VERO · II
COS

PIETATI
FORTVNAE · PRIMIG
VOTIS · SVBCEPTIS
SALVIS · AVGVSTIS
M · AVRELIO · ANTONINO · ET
L · AELIO · AVRELIO [illegible] (palmis)
FORTVNATVS · VERNA
DISP · ARCAE
ET · AVRELIA · RESTITVTA · LIB
L · D · D · D · D · R

Descripsit de Rossi, recognovi ipse post Mommsenum. Primus videtur descripsisse Pighius cod. Luz. p. 104 solam inscriptionem frontis, cod. musei f. 27. 26 tam inscriptionem frontis (f. 27) quam lateris (f. 28), sed hanc adnexam ad n. 2865. A Pighio habuit Smetius, qui inscriptionem frontis posuit ms. Neap. p. 104, apud Waelscapplium f. 57', ed. 30, 17 (inde Grut. 76, [illegible]; e Smetio Manutius Vat. 5248 fascic. 5 p. 11), inscriptionem lateris ed. 30, 3 adnexam ad n. 2865 (inde Grut. 77, 3: ex hoc Orelli 864). Postea inscriptionem frontis descripsit Anonymus Barberinianus f. 244' (inde Suaresius Praen. p. 41: ex hoc Vulpi 9 p. 121). Et frontis et lateris inscriptiones Cecconi p. 164, Petrini p. 299 n. 14, Marini ms. Vat. 9127 f. 288.

6 erasum est nomen Commodi. — 9 SVSCEPTA (pro RESTITVTA) Pighius cum suis. — In inscriptione lateris v. 4 AVRELIO VERO Smet.

2857 Praeneste ante cathedralem ecclesiam ad fontem SMET. PIGH. f. 28. Nuper denuo prodiit in ecclesia cathedrali *demendosi un' altare* [illegible] *secolo XVI.* — Romae in S. Agnete MAZ. PIGH. f. 29.

FORTVNAE ·
PRIMIGENIAE ·
Q · LOLLI · APOLLOPHANES ·
· PATER · ET · FILIVS · ET ·
AVLIA · ARCHELAIS ·
VOTO · SVSCEPTO · L · S ·

V. 1 continebat nomina quaestorum duorum. vv. 2—4 continebant vel continent nomina omnium magistratuum (duovirorum, aedilium, quaestorum) unius anni. Insequenti anno pro duoviris creatos esse quinquennales, quinquennalitatem autem a Praenestinis Germanico et Druso Caesaribus esse oblatam colligitur ex v. 5. Caesarum loco qui quinquennalitatem Praeneste exercebant *praefecti* duo recensentur in pagina dextra vv. 2—8. Verba *quinquennalis ordine ex s. c.*, adscripta ad nomen alterius ex praefectis Marci (?) Cominii Bassi, tamen sine dubio ad utrumque referri debent et coniungi cum *praef.*; sed quid eis significetur, obscurum est. Sequuntur nomina aedilium (v. 9) et quaestorum (v. 10) eiusdem anni. Vv. 11—13 occupant nomina duovirorum anni novi; alter ex eis appellatur *flamen*, at fidei est textui Fogginiano, *Caesaris Augusti* sive, quod malim, *[divi Au]gusti*. Aedilium huius anni nomina videntur excidisse, nisi notam Q v. 14 corruptam sumere mavis. In vocabulis corruptis *Marcus Raecius Cordus* duo nomina quaestorum latent (*M. Raecius* aliquis est etiam n. 2982 v. 3). Vv. 15—17 rursus videntur continuisse fastos unius anni integros. — Paginae intuenti sinistrae vv. 2 seq. videntur superesse ex fastis annorum complurium (quinque vel sex), per quos quaestores Praeneste non facti sint vel certe non in has publicas tabulas relati (cf. n. 2968). Fortasse haec pars tabulae scripta erat ante v. 5 et ita explicandum, quod eius anni, quo Germanicus et Drusus fuerunt quinquennales, reliqui magistratus, item magistratus annorum insequentium scripti sint spatio artiore. — Aetas horum fastorum est ultimum Augusti tempus vel, si reieceris lectionem Fogginianam II, 12, primum Tiberii.

2965 traditur una cum n. 2963.

SEDATVs *quaest*
LVS · II · VIR
A E D
AVIVS · MVSCA Q
*germ*ANICI · F · II · VIR · QVINQ II
SSDATVS · PR
VS · AED
QVaEST

Servavit Petrini p. 324 n. 4 et apud Marinium ms. Vat. 9127 f. 266 et Lanzium ms. mus. Florent. vol. 46 et vol. 36, 4.

5 significantur Nero et Drusus Germanici filii aut ambo aut alter ex eis; eorum loco qui praefecti fuerunt, perscripti erant in v. 6, unde pro PR videtur corrigendum esse PRAEF. — 6 QVEST Petr. cum Mar., QVAEST Lanzi.

2966 *tavola di marmo lunga un palmo e mezzo, e due larga; fu scoperta poch' anni addietro presso il sito dell' antico foro Prenestino, vale a dire dentro la vigna Bellezze* CECCONI. Praeneste in muro vineae Bellezze, nunc apud me MAR. Apud Borgiam PETRINI. Ex museo Borgiano fragmentum complexum particulas versuum 1—6 transiit in museum Neapolitanum; duo fragmenta maiora (pars intuenti sinistra, et ex parte intuenti dextra vv. 5—13) extant Romae in repositis musei Lateranensis.

DOLABELLA · *IIvir*
ROTANIVS · A*ed*
M · SAMIARI*VS* · Q · *f l* AVIVS · QVA*est*
C · MESSIENVS · *P* · CORNELIVS · II*vir*
SEX · CAESIVS · *L* · NABBIVS *aed*
Q · CALEIVS · *C* · SERTORIVS · QVA*est*
C · SALVIVS · *T* · LVCRETIVS · II · *Vir*
L · CVRTIVS · *C* · VIBIVS A*ed*
STATIOL*ex p* · *C* · CASSIVS · QVA*est*
M · PETRONIVS · QV*inq*
Q · ARRASIDIVS · *aed*
T · APONIVS · QVA*est*

Haec omnia descripserunt Cecconi p. 27; Marini ms. Vat. 9125 f. 267; Petrini p. 325 n. 5; repetivit Henzen syll. n. 7164. Ex particulis quae extant Neapolitanam descripsimus Mommsen inscr. Neap. 6337 et huius corporis vol. X n. 1866 (cf. add. p. 972), Fiorellius catal. mus. Neap. n. 1554, ego; fragmenta Lateranensia descripsit Detlefsen, alterum ex his (id quod intuenti est a dextra) recognovi ipse.

Quae perierunt, dedi inclinatis. — 4 Q·FLAVIVS Petr. supplemento in textum recepto. — 7 fin. QVA Mar. Petr., QV Cecc. — 8 primam litteram iam fractam pro T habuit Detlefsen, errore, cum reliqui omnes habeant C. — 11 fin. *qu(inq)*. supplevit Henzen *Neue Jenaische allgemeine Literaturzeitung* ann. VI n. 63 (15 Mart. 1847).

Huius fragmenti aetas non est certa, sed vix multum diversa a n. 2964 et 2965, his fortasse paullo superior. — Notabile est magistratus omnes hic cognominibus carere praeter solum duovirum v. 2.

2967 fragmentum tabulae marmoreae rep. anno 1864 effossionibus institutis loco dicto *le Quadrelle*. Nunc Praeneste apud Cicerchiam.

SABIN · Q
NVE
ER II · VIR
ELIVS · RVFVS · ASD
CIVS · VALER · Q · 5

Descripsimus Stevenson ex lapide, ego ex ectypis compluribus. Henzen edidit *bull. dell' Inst.* 1865 p. 66 ad ectypum missum a Cicerchia (d. 26 Apr. 1864) et ad apographum Scognamiglii.

In hoc fastorum fragmento omnes magistratus habebant cognomina adscripta. — 5 lege *Valer(ianus)*.

2968 fragmentum tabulae marmoreae. Praeneste in aedibus Fiumara.

M · DECVMIVS L · FERLIDIVS
C · PACCIVS C · NINN
C · ALBINIVS SEX · PO
SSX · CAPIVAS C · M
C

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Cicerchia ms.

Supra utrum fracta sit an integra, non constat.

Si pertinuit ad eosdem fastos ad quos n. 2664 seq., his annis bina tantum magistratuum paria Praeneste creata esse oportet, scilicet duoviros et aediles.

2969 traditur una cum n. 2963.

C I
VS · Q · SPID
VS · CELER · SI
NVS · A

Servavit Petrini p. 324 n. 4 et apud Marinium Vat. 9127 f. 266. Huius Corp. vol. I p. 474 n. XIII

Nolui separare a n. 2963 et 2665, quibuscum exhibet Petrini tamquam eiusdem lapidis fragmentum (*'altro frammento'*, *'terzo frammento'*). — 2 potest esse *q(uaestores)*, 4 *a(ediles)*.

2970 Praeneste in duobus epistyliis quae extant loco antiquo a sinistra et a dextra ingentis absidis sive hemicyclii nunc inserti palatio maiori Barberinorum, litteris evanidis.

//EC · POP//////////TIN *FA*/ COER · ET SIGNA RESTIT

Recognovi ut potui. Viderunt sine dubio omnes qui Praeneste adierunt, sed descripserunt pauci. Primus exhibet Suaresius Praen. p. 86, haec enim est, quamvis non solum verba corruperit Suaresius, sed etiam locum male significaverit, extare enim dicit 'in columna prope palatium principis'; ex Suaresio repetivit Pennazza ms. Alter et aliquanto melius, praesertim in latere dextro, Cecconi p. 49. Petrini p. 323 n. 2 (ex hoc verba repetivit Nibby *viaggio* 1 p. 294; item Marocco 6 p. 68). Huius corporis vol. I n. 1135.

Partem sinistram sic exhibet Suaresius Q·EX·S·C·POPVL...VI... (si quidem etiam haec ultima eo spectant, nam non distinguit inter partes sinistram et dextram Suaresius), ...EX SC....TIN... Cecconi, ...EC POP· ....TIN Petrini; ego vidi ea quae supra dantur litteris rectis, reliqua adscivi ex Petrinio. Punctum inter C et P certum est; post C·P periisse litteras inter decem fere et quindecim, post TI unam (scilicet N Petrinii) in ea praesenti adnotavi.

In parte dextra ....RESTITVIT ERAT. . Suar., FA...COER·ET TIGNA·RESTITIT Cecc., FA·COER·ET·SIGNA·RESTIT Petr., ego vidi quae dedi litteris rectis, FA.. (nunc ante COER nihil litterarum superest) adscivi ex Cecconio et Petrinio, sive potius ex solo Cecconio, nam in talibus inscriptionibus etiam accuratissimi auctores a prioribus pendere solent; spatium tribus litteris aptum est. In fine nihil periit.

Lectio supra recepta si vera est, legendum erit *[d]ec(uriones) pop(ulusq(ue)) Praenestin(us) fa[c(iendum)] coer(avere) et signa restit(uere)*.

2971 in margine tabulae marmoreae, ut mensae SMET. Praeneste in palatio episcopi SMET, *nella canonica* COL. — S. l. GRVT. 129, 8.

DECVRIONES · POPVLVSQ

P. Sabinus Chis. f. 128 (inde Sieder cod. Mut. f. 33), Smetius ed. 13, 2 (inde Grut. 195, 8), a quo etiam habuerunt Manutius cod. Vat. 5231 p. .. et Panvinius Vat. 6035 f. 131' et Ligorius ms. Neap. lib. 35 p. 212 (in Smetii ms. Neapolitano desideratur). Columna ms. f. 158 ex Ursini sched. per Gutenstenium habuit Gruterus et edidit 129, 8, sed adiunctam ad n. 2900. Ex Grut. 195, 8 Suaresius Praen. p. 86; Cecconi p. 35, Petr. p. 330 n. 17.

Dedi exemplum Smetii, DECVRIONES S·POPVLVSQ Sab.; DECVRIONES | POPVLVSQ, in duos versus distribuens, Col.

2972 basis marmorea. Rep. in agro Praenestino qui vulgo S. Pani dicitur GIORG., rep. (in monte Praenestino) *nel territorio di San Pietro* ... Praeneste in vinea Rodi CECC. Anno 1818 inlata in museum Vaticanum FEA. Ibi extat (*giardino della pigna*).

P · ACILIO · P · F · MEN
PAVLLO
IIIIII · VIR · AVG · Q · COL ·
AED · II VIR
FLAMINI · DIVI · AVG
CVR · ANNONAE
CVR · MVNERIS · PVBLICI
CVR · KAL ·
CVLTORES · IOVIS
ARKANI
REGIO · MACELLI
PATRONO · DIGNISSIMO
L · D · D · D ·

in latere intuentibus dextro.

DEDICATA · V · IDVS
MAIAS
ARRIANO · ET · PAPO
COS (a. p. Chr. 243)
CVRANTE · TI · CL · . .
VITALE · IIIIII
VIR · AVG

Inscriptionem frontis descripsi de Rossi ..., cognovi ipse. Haec solam edidit Gori in praefatione ad Donii inscriptiones a. 1731 p. XII (inde Mur. 181, 7), cui dederat Io. Baro... Inscriptionem lateris addidit Giorgi al P... erit. Baron. a. Chr. 243 (inde hanc Sa... schol. critica in Murat., act. acad. Rom. Transtibur. III, 1804 p. 68, qui ... Casanat. et frontis et lateris inscriptionem habet, item utramque dederunt Cecconi p. 12, Petrini p. 317 n. 11; Fea *fasti* p. LXII n. 13, Orelli 2491 cum adnotatione Henzeni, qui ...

Inscriptionem lateris propter locum incommodum conferre non potui. — 3 ARIAND Cecc. — 4 COSS Giorg. Cecc. — 5 TI·CL... Fea et Bern., TI... Giorg. Cecc., ...CL... Petr.

Cultores Iovis Arkani regio macelli eidem sunt qui supra n. 2937 appellantur *amatores regionis macelli cultores Iovis Arkani*. Iuppiter Arcanus praeterea memoratur n. 2852 v. 17.

2973 in cippo fracto fuisse ex Ligorio refert BORGHESIVS, unde ipse coniecit fuisse inscriptionem in latere cippi cuius frons perierit. — Praeneste IVC. SMET. In agro Praenestino ALC. — S. l. (inter Praenestinas) SAB.

EXEMPL · DECR · Q · Q · CLVVIO · SILANO
Q · SER · F · L · SEPTIMIO · VALERIANO · Q · F
POSTVLANTE · CLAVDIO · MARONE · VTI · LOCVS
AD · STATVAM · PONENDAM OPTIMAE · MEMORIAE
VIRO QVONDAM FILIO AELI · AVG · LIB · ANATELLONTIS
PII AMANTISSIMI REIPVBLICAE NOSTRAE
PLACVIT ET IN HONOREM ANATELLONTIS
SEMPER ET VBIQVE PROCOMMODIS REIP
IN MEMORIAM AELI MABHIDIANI OP
LOCVM AD STATVAM PONENDAM FILIO ELECTIONI IPSIVS DARI

Iucundus Ver. f. 169, Magl. f. 110 (inde per Gorium Murat. 571, 5); P. Sabinus Chis. f. 128, Alciatus Fenc f. 78', ex communi fonte. Ex eodem fonte derivatus est textus interpolatus quem exhibet Smetius ms. Neap. p. 148 (inde Manutius orth. 716, 4; ex hoc Ligorius Taur. vol 14), apud Waelscapplium f. 97, ed. 80, 11 (unde Grut. 389, 8), ubi dicit se ab aliis accepisse. Ex Grutero Suaresius Praen. p. 84; Cecconi p. 99; Petrini p. 330 n. 16.

Dedi qualem exhibet Iucundus. — 1 EXEMPLVM Sab. — 2 F post SER om. Sab. — SEPTIMO Sab. — Q·F Iuc., Q·S Sab., P·F Alc. — 3 VT Alc. — 5 QVOND Sab. — ANATELLVNTIS Alc. — 6 PII om. Sab. — REIP Alc. — 7 ANATELONTI Sab., ANATELLVNTIS Alc. — 9 MARIDIAMI Alc., MARIDIANI Sab. — QVI pro OP Sab. — 10 DARE Sab. — Smetii textus hic est. *Exempl. decr. q. f* | *q. iunio* [IVNIO ed., non ms.] *silano* (*syllono* ed.) et | *l. septimio. valeriano. cos* | *postulante. claudio. marone* | *uti. lucus*, ('sic' addit ms.; *locus* ed.) *ad. statuam. ponendam optimae. memoriae viro. quond* [QVOND ed.] *filio. aeli. aug. lib. anatellon.* | *amantissimo. reipublicae. nostrae* | *placuit. et. in honorem. anatellontis* | *semper. et. ubique. de rep. optim. mer* | *et. in. gratiam claudi. maronis* | *lucum* ('sic' addit tam ms. quam ed.) *ad statuam ponendam* | *ad. electionem. ipsius. arbitr. dare.* Haec sincera putavit etiam Borghesius ann. inst. 1819 p. 64 (inde Henzen syll. 7166) = opp. 5 p. 223 (ubi iure contradixit Henzenus).

Laborat caecis hiatibus; de iusta restitutione desperandum. — Vv. 1—2 videntur nominari magistratus, ex quorum relatione hoc decretum factum est. Deinde haec intelleguntur: *postulante Claudio Marone, uti locus ad statuam ponendam* (hic videtur excidisse nomen Aelii Mabhid?iani) *optimae memoriae viro quondam filio Aeli Aug(usti) lib(erti) Anatellontis, pii* (?), *amantissimi reipublicae nostrae* (inserto detur vel plura), *placuit, et in honorem Anatellontis* (Aug. lib.) *semper et ubique pro commodis reip(ublicae) nostrae excubantis, simul* — haec vel similia exciderunt — *in memoriam Aeli Mabhidiani optimi quondam iuvenis*?, *locum ad statuam ponendam filio electione* ipsius *dari*.

2974 ... lapis marmoreus. Praeneste ... E ruinis monumenti cuiusdam via Praenestina anno 1779 effossus MARIN. Locum ... dicit VISC. Extat in valle Frattinia.

M · ALBINIVS · M · F · MEN
AED · II · VIR · II · VIR · QVINQ
AVG · MAG · AVGVST · DESIGN
VALERIA · CALLISTO · VXOR

in parte aversa
N · XX

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Per... p. 361 n. 25 (inde Henzen 6093), Marini ... Vat. 9127 f. 284 a canonico Praenest... Marino; E. Q. Visconti Paris. 9697 f. 61.
Pars aversa nunc latet.

2975 extat loco antiquo incisa intra ... pariete camerae ex lapide quadrato ..., ut mihi videbatur, tofaceo secundum ... de qua camera (nunc piazza Savoia n. 6 ...) me *bull.* 1881 p. 207) accuratius verba ... Marucchi (*bull.* l. c. p. 252).

M · ANICIVS · L · F · BAASO · M · MERSIEIVS · C
AEDILES · AERARIVM · FACIENDVM · DEDERVNT

Descripsi. Ad ectypum delineata est *bull. inst.* 1881 p. 207. Cicerchia et Bonanni ... rant Henzeno mense Aug. 1872. De ... memorat Marucchi *notizie sul martire S.* ... *pito* (1874, p. 21.

Puncta quadrata sunt, L in v. 1 acutior quam in v. 2. Ingens aedificium, cuius ... erarium hoc non fuit nisi pars, aetati S... attribuit Nibby *analisi* 2 p. 501; et ... litteratura inscriptionis.

2976 Praeneste in horto Nicolai Antonii SVAR. f. 257. in domui] Colitza horto seu vinea torm adscripsit ad f. 262.

M · ANTISTIVS ...
IIIIIVIR · Aug fecit sibi et
PLASTORIAE
ET · LIBERTis
POSterisq

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 257; exemplum paulo diversum legitur scriptum manu ignota (eadem quae sola servavit n. 2962) inter Suaresiana cod. Vat. 9140 f. 262 Suaresio missum a cardinale Barberino a. 1661.

1 ANTISTI, 5 PO f. 262.

2977 basis marmorea FIC. Praeneste paucis abhinc annis rep. GVD. Inter Praenestinas, loco non adnotato ANON.

M · AVRELIO · AVGG · LIB
AGILIO · SEPTENTRIONI
PANTOMIMO · SVI · TEMPORIS
PRIMO · HIERONICAE
SOLO · IN · VRBE · CORONATO
DIAPANTON · AB
IMPP · DOMINIS · NOSTRIS
SEVERO · ET · ANTONINO · AVGG
PARASITO · APOLLINIS
ARCHIERI · SYNODI · IIIIII · VIR · AVg
HVIC · RESPVBLICA PRAENESTIN
OS · INSIGNEM · AMOREM · EIVS · ERGA
CIVES · PATRIAMQVE
POSTVLATV · POPVLI · STATVAM
POSVIT · D · D

Gudius ms. 665, 3. 3, ed. 108, 5 'ex autographo Francisci Stelluti Fabrianensis'; Anonymus Barberinianus f. 244 (inde Suaresius Praen. f. 28 [errore typographi 36] neglegenter; ex hoc Mur. 859, 1; Ficoroni de larvis p. 42 auctore non laudato, pessime; Vulpi 9 p. 171, Cecconi p. 190, qui citat etiam Gudium; Petrini p. 315 n. 8). Orelli 2627.

10 fin. AVG Gud. ms., AVG Gud. ed., A Anon. — 14 POSTVLATO Gud. ms. — 14 fin. ST Anon. — 15 alteram D om. Anonym. — O parvas dedi ex Anonymo.

M. Aurelio Augg. lib. Agilio Septentrioni, pantomimo sui temporis primo, hieronicae solo in urbe coronato diapanton ab impp. dominis nostris Severo et Antonino Aug(ustis), parasito Apollinis, archieri synodi, (se)vir(o) Aug(ustali) cet. Eiusdem pantomimi titulus positus a Lanuvinis est supra n. 2113.

2978 lapis triennio elapso repertus in vineis seminario Praenestino sub Colle Arcus addictis, me inducente fuit repositus in musaeo perillustris Stephani Fantoni PENNAZZ. Praeneste in viridiario Fantoniorum BIANCH. Rep. *in quella contrada del territorio Prenestino che dicon Boccapiana*, deinde apud Cecconium CECC. *Nel mio atrio* PETR. Ibi extat.

C · AVRVNCEIVS C · f.
COTTA
COLONIS · INCOLIS · HOSPITIBVS
ADVENTORIBVS · SERVISQVE
EORVM
LAVATIONEM · EX · SVA · PECVNIA
GRATVITAM · IN PERPETVO m dedit

Descripsit de Rossi. Paulo pleniorem descripserunt Pennazza ms. qui exhibet bis; Bianchini cod. Ver. 363 f. 60; Cecconi p. 79. Talem qualis nunc est dedit Petrini p. 332 n. 22.

Quae perierunt dedi inclinatis. — 1 C · AVRVNCEIVS · C · Penn. Bianch., C · AVRVNCL... Cecc. — 3 HOSPITI Bianch., HOSPITIB.. Cecc., HOSPITIBVS Penn. — 4 SERVISQVE, 6 cum v. 4 coniungit Penn. — 7 INPERPETVO etiam Petrini.

2979 Zagaroli in Annunciata IVC., Zacharoli SAB. In aede S. Mariae de colle in castro Zagaroli prope Praeneste ALC. Zagaruoli, tertio a Praeneste lapide, extra oppidulum in ecclesia monasterii, allatum ex nymphaeo quod sub radice montis fuit, ubi adhuc fons pulcherrimus SMET. In coenobio Franciscanorum conventualium SVAR. GIORG., prope portam coenaculi fratrum min. conventualium muro affixum MAR. Ibi frustra quaesivit DE ROSSI.

C · AVRVNCEIVs c. f
COTTA
COLONIS · INCOLIS · HOSPITibus
ADVENTORIBVS · SERVISQVe
EORVM
LAVATIONEM · ER · SVA · PECVNIA
GRATVITAM · IN · PERPETVOM · DEDIT

Iucundus Ver. f. 121, Magl. f. 179 (inde per Gorium Mur. 470, 9); ex Iucundianis, sed meliore exemplo quam nostri codices Iucundi, P. Sabinus Marc. f. 147', item codex Corvisierii nunc Berol. A 61 e p. 35; aliunde puto Alciatus Feae f. 181'; Smetius ms. Neap. p. 16, ed. 10, 3, ubi dicit exscripsisse Pighium; item a Pighio puto habuit Lipsius ms. f. 1'. Ex Smetio ms. sumpserunt ut videtur Panvinius Vat. 6035 f. 180 et Manutius Vat. 5241 p. 51, orth. 667, 23 (ex hoc puto Caesar Orlandius de urbis Senae antiquitate, fortasse etiam Ligorius Taur. vol. 9, ex quo rursus repetiverunt Gudius ed. 76, 2 et Vulpi 9 p. 260); ex Smetio ed. Grut. 181, 4, qui citat etiam Orlandium (ex Grut. Vulpi 8 p. 302). Solos vv. 4—7 descripserunt Suaresius Vat. 9140 f. 256; Giorgi sched. Casanat.; Marini Vat. 9127 f. 272. Orelli 3326.

Versuum divisionem antiquam retinet praeter alios etiam Sabinus, nisi quod v. 5 cum v. 4 coniunxit, non retinent Iucundus et Alciatus. — 1 AVRVNCEIV Alc. Smet. ms., AVRVNCEIVS Smet. (ed.), ARVNCEIV.. Sab., ARVNCEIVS Iuc., AVRVNCEIVS correctum in ARVNCEIVS cod. Corv., AVRVNCVLEIVS Lips., ARVNCEIVS · C · F... Lig. — 3 HOSPIT Alc. Smet. Lips., HOSPITIBVS Sab., HOSPITIVM cod. Corv., OSPITIVM Iuc. — 4 SERVISQV Smet. Lips., SERVISQ. Giorg., SERVISQVE reliqui. — 7 IMPERPETVOM Iuc. (Ver., non Magl.) Sab. Suar., IMPERPETVA cod. Corv.

Notus est L. Aurunculeius Cotta C. Caesaris in Gallia legatus, qui periit anno 700 (Caes. b. G. 4, 22. 5, 24 seq.); hunc in mente habuerunt Panvinius et Lipsius, cum ille in n. 2979 v. 1 pro AVRVNCEIV Smetii vel Pighii exhibuit AVRVNCVLEIVS, hic AVRVNCVLEIVS; eodem consilio nescio quis in ipso Smetii codice Neapolitano inter C et R adscripsit signum ', quo ad additamentum aliquod in margine adiciendum relegaret, sed id additamentum desideratur. — *Auruncceius* et *Aurunculeius* nomina licet ad eandem stirpem redeant, tamen non minus diversa sunt quam *Herennius* et *Herennuleius*, certe aetate Ciceroniana et sub primis imperatoribus (cuius aetatis sunt hi tituli) non potuerunt adhiberi promiscue, nec quidquam indicat hunc civem Praenestinum ad legatum Caesaris occisum a. 700 stirpe vel affinitate pertinere.

Simillimi sunt tituli Teramenses huius Corp. vol. IX n. 5074. 5075.

2980 tabula lapidis Tiburtini. Praeneste rep. anno 1774 *nel sito dell' antico foro* [cf. ad n. 2934] PETR. Romae in museo Vaticano MAR. Ibi extat (*Gall. lap.* Dii I)

C · CAESIVS · M · F
C · FLAVIVS · L · F ·
DVOVIR · QVINQ
AEDEM · ET · PORTIC
D · D · S · FAC · COER
EIDEMQ · PROB ·

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Est huius corporis vol. I n. 1140 et in tabula Ritscheliana 93 a. Petrini p. 330 n. 10; E. Q. Visconti cod. Paris. Lat. 9097 f. 23 et 47, cod. 7 f. 76; Marini ms. Vat. 9127 f. 258, Arv. p. 62 Garrucci syll. n. 1492, qui dicit se descripsisse.

Hoec primis annis coloniae Sullanae videtur esse attribuenda. — Caesii in inscriptionibus antiquioribus Praenestinis adhuc nulli reperti sunt, complures reperiuntur in inscriptionibus aetatis imperatorum.

2981 Praeneste in S. Petri SVAR., in basilica Castri Praenestini PENN., *nella chiesa di S. Pietro del Monte* PETR. Praeneste in palatio Principis MAR. Nunc frustulum ex v. 4—7 extat Praeneste in aedibus Sbardella.

VENANDI · STVDIOSO
TI · CLAVDIO · NICOSTRATO
IIIIII VIR · AVG · QVINQ · PERPETVO
COLLEG · FABR · PRAENESTINOR
ANNEIA · PROCILLA · COIVX ET
CLAVDII · NICEPHORI ANTE
PROCVLVS · ET · ANNEIANVS
FIL

Suaresius Praen. p. 88 (inde Volpi 9 p. 179; Mur. 519, 4); Pennazza ms.; Cecconi p. 30; Petrini p. 319 n. 15; Marini Vat. 9130 f. 225. Frustulum quod lineis circumscripsi v. 4—7 nuper descripsit Stevenson.

Quae inclinatis dedi, non viderunt Cecconi et Marini, nec magis ea vidit Petrini, licet ea exhibens in textu supplementis non distinctis, servaverunt igitur soli Suaresius et Pennazza, vel potius solus ille, nam Pennazza potest eum adhibuisse. — Vv. divisionem neglexit Pennazza. — 1 STVDioso, 2 NICOStrato Cecc. — 3 QVINQVE Penn. — 4 PRAENEST Penn., PRAENEstinorum Cecc. — 5 ANNIA Suar. Penn. — PROCILIA Cecc. — COIV Mar., CONIux Cecc., CONIVX Suar. Penn. Petr. — 6 NICEPHORI Mar. — 7 ANNEIAnus Cecc. — 8 habent Suar. Pennazz., om. reliqui.

In parte aversa fragmenti quod hodie extat

ENAN

legi auctor est Stevenson. — Priores auctores ad partem aversam tabulae non videntur adtendisse.

2982 duo fragmenta eiusdem tabulae marmoreae, ut conieci ipse, confirmavit ectypis conlatis Gattius; alterum (*a*) extat Praeneste *casa Bernardini*; repertum esse *in una vigna presso l' antico foro Prenestino* Vinc. Cicerchiae narravit Alphonsus Bernardini; — *b* Praeneste 'ad me dono attulit vir praestantissimus Thierschius' AMAT.; nunc extat Romae in horto aedium Camuccini (*via della Maschera d' Oro* n. 21).

a

SEX · DECIM
MAGISTR
M · RAECIVS · M
L · VOLVMNIVS
L · ANNIVS · L · L · DI
M · ALFIVS · ↄ K

b

CI · II · VIR
MAGIST
ANTNVS · MVSSETI
PTVS · MARCI
VS · BRITTIAE
DOMITI

a descripsimus ego et Stevenson. Ad ectypum missum a Vinc. Cicerchia edita est *notizie degli scavi* 1883 p. 49.

b descripsit Bormann, recognovit Gatti ea quae dantur litteris rectis. Paullo pleniorem habet Amati ms. Vat. 9742 f. 23.

2983 Praeneste in pavimento ecclesiae cathedralis VAT. 9140.

DINDIVS C f.
fACIVND

Servavit manus mihi ignota cod. Barb. 29 ... et apud Suaresium Vat. 9140 f. 257'.

Praecedunt tam in codice Barb. quam apud Suaresium versibus tribus litterae vel potius litterarum contignationes informes, quae videtur pertinere ad inscriptionem aliquam medii aevi.

2984 *a* [Praeneste] in aedibus Agapiti Cens. SVAR.; *nel palazzo baronale* CECC. p. 1... MAR. Nunc desideratur. — *b* et *c* extant in aedibus olim Petrinii. — Omnia fragmenta reperta esse *nella contrada di Quadrelle* ait CECC., ubi ea coniuncta exhibet p. 81; quod exiguae auctoritatis est, cum fragmentum *a* multo ante Cecconium in oppidum Praenestinum adlatum sit, potest tamen verum esse. — Coniungit Cecconius p. 81 cum hac inscriptione (vel certe ita ad eam adiungit, ut fragmentum eiusdem inscriptionis) fragmentum editum infra n. 3016, sed errore ut puto, nam litteras inscriptionis n. 3018 aetatem antiquiorem referunt quam partes superstites (*b* et *c*) huius n. 2984.

a *b* *c*

C · FLAVIVS · C · F · PI
FACIENDAM
SCRIBERETVr

Haec omnia exhibet Cecconi p. 81 (inde Petrini p. 332 n. 23). Particulam *a* exhibet Suaresius Vat. 9140 f. 281 manu aliena, Cecconi p. 102, Marini ms. Vat. 9096 f. 3 ... visu, a prioribus de Rossi inscr. christ. n. 773. Particulas *b* et *c* descripsi ego p... de Rossium.

In parte aversa extabat fragmentum ... aetatis labentis editi infra p. 349

2985 fragmentum tabulae marmoreae ... in agro Praenestino *presso Colle Dodde* ... Nunc pars extat Praeneste apud Sbardel...

Q · FLAVIVS . . . .
M A O IATER . . .
P L A E T O R I A . . . .
Q · FLAVIVS · Q . . . .

Descripsit Dressel ea quae supersunt. ... rem Cecconi p. 68 (inde Petrini p. 357 ...

2986 Praeneste AKERBL. — Locum non indicat VISC.

. . . . gEMINIVS · L · F · C · D . . . .
. . . . qVADRIGA · FACIVN . . . .

E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 23; Akerblad descripsit et communicavit cum Amatio, inter cuius schedas Vaticanas reperimus scriptam ... solitario una cum n. 2859 et 3082, ab Amatio Borghesi, qui misit Labusio d. 4 Iul. 1817.

1 fin. C·D] D·I..., 2 fin. FACIV.. Visc.

2987 tabula marmorea litteris evanidis. Lavici in Latio (significatur Valmontone, cf. supra p. 275) DON. Valmontone *nel cortile del palazzo Doria in faccia alle scale* PETR. Ibi adhuc. In pariete ubi hic lapis et alii infra edendi n. 3317. 3334. 3362. 3366. 3416. 3418. 3423 extant, scriptum est, repertos eos esse anno 1736 in fundo dicto *la Cavalla*; quod cum hic certe titulus innotuerit ante annum 1766, exiguae auctoritatis est. Cf. etiam ad n. 3416.

L · HERENNIO L · F
MEN · COSSVTIANO
DECVRIO ADLECTVS
CVRIA · PRAENESTE
ANNORVM · XVIII
vixit · ANNIS · XVIII

Descripsit de Rossi. Donati 254, 5 acceptam a Monsacrato, e quo habuit etiam n. 3033 (ex Don. Orelli 3743); Petrini p. 333 n. 34 (ab hoc puto Marini Arv. p. 34, auctore non laudato); Marocco mon. *dello stato pont.* 3 p. 116; Bertarelli *Labico* (Romae 1645) p. 33, pessime.

3 COSSVLTHANO Don., COSS·HAM... Marocc., COS.. ANO Petr. Marin. — 4 in. ante CVRIA periisse aliquid significat Petr. — 5 Rossius non vidit nisi ...ML; VT·ANNIS·XVIII Don., VIXIT·ANNIS... Marocc., totum versum om. Petr. cum Marinio.

2988 tabula marmorea litteris pessimis. Praeneste in aedibus Petri de Pacificis, rep. a. 1733 VVLP., similiter CECC. Romae in bibliotheca Vaticana MAR. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. incert.).

M · IVNIVS · M · F
MAIOR
ARCHIMIMVS
APOLLINIS · PARASIT
POSIT *sic*
POSTVMIA · Ɔ · L · CYDILLA

Descripsit Henzen. Vulpi Lat. 6 p. 179 (inde Petrini p. 366 n. 22), Cecconi p. 76 (inde Henzen n. 6186); Marini ms. Vat. 6125 f. 363.

6 CYDILIA Vulp., CIDILIA Cecc.

2989 tabula marmorea. Praeneste apud Petrum Fentonum ANON., similiter BIANCH. PENN. Praeneste apud loci dominos FABR., errore ut videtur. Apud Cecconium CECC. CHAVPY. Extat in aedibus olim Cecconiis.

SEX · MAESIO · SEX · F · ROM · CELSO · PRAEF
FABR · III · Ɔ · LEG · IIII · MACED · Q · AED · II · VIR · FLAMIN ·
DIVI · AVG · SORTILEGO · FORTVNAE · PRIMIGENIAE
SEX · MAESIVS · ECHIO · LIB · FECIT · SIBI · ET
SEX · MAESIO · CELERI · FILIO · SVO · ET · MAESIAE PINOE CONIVGI ET
SEX · MAESIO · POTHO · CONLIBERTO POSTERISQVE SVIS

Descripsit de Rossi, contulimus Mommsen et ego. Anonymus Barberinianus f. 246 (inde Suaresius Praen. p. 281; ex hoc Vulpi 6 p. 127); Fabretti 668, 522; Bianchini Ver. 353 f. 60; Pennazza ms. bis, Cecconi p. 65; Chaupy *maison d' Horace* 2 p. 376; Petrini p. 366 n. 44; Marini ms. Vat. 3127 f. 377. Orelli 2363.

5 pro PINOE Bormannus scribi vult EPINOE.

2990 magnus lapis calcareus. Praeneste prope conventum S. Francisci GIORG., *nel sito detto la Pescara* CECC. Extat eodem loco, extra Praeneste in regione dicta *la Pescara* in vinea principis Barberini.

c. magulnius C · F · SCATO · Q
OS · VIGLIAS
*rest*ITVENDA · E · C · C

Descripsi. Giorgi sched. Casanat.; Cecconi p. 24 (inde Petrini p. 346 n. 68); Cicerchia ms. et ann. inst. arch. 1835 p. 67. Huius Corp. vol. I n. 1133. Garrucci syll. n. 1430.

1 nomen suppletum ex n. 2606. — 3 Mommsenus (huius corp. vol. I) putat agi de porta, viglias esse vigilias, et significari excubitoria.

2991 basis marmorea. Praeneste ante ianuam S. Rocchi SVD.; sub Praeneste in via publica SMET. ms.); Praeneste in via qua Albam itur PIGH. SMET. (ed.), eundem locum significantes. *Nel casino* ANONYM., *nel giardino baronale* CECC. ibique extat.

A · MVNIO · A · FIL
MEM · EVARISTO
SPL · EQ · R · PAT · COL ·
OMNIBVS · HONOR
MITIOR · FVNCTO · OB
INSIGNEM · EIVS · EDITION
MVNERIS · BIDVI · POPVLO
POSTVLANTE · BIGAM
PLACVIT · AEQVEST · STATVA ·
DECRETO · ORDINIS · SVM
ORNARI
L · D · D · D

Descripsit de Rossi, contuli ipse. Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 332; Pighius Berol. f. 164 (ab hoc puto Lipsius ms. f. 17', saturnal. sermon. lib. I cap. 18 [ed. 1585 p. 44], ubi ipse Pighius inducitur hanc inscriptionem verbo tenus referens); Smetius ms. Neap. p. 148, apud Waelscapplum f. 116', ed. 66, 5 (inde et ex schedis Scultetl, qui vidit, Grut. 440, 1), ubi dicit accepisse se ab aliis; Ligorius Neap. 36 p. 218, Taur. 17; Panvinius Rom. p. 647; Borghini ms. p. 143; Anonymus Barberinianus f. 246; Suaresius Praen. p. 22 (inde Vulpi 6 p. 168); Cecconi p. 29; Petrini p. 317 n. 12. Orelli 3054.

3 *spl(endido) eq(uiti) R(omano)*, 5—11 *ob insignem eius edition(em) muneris bidui, populo postulante bigam, placuit aequest(ri) statua decreto ordinis eum ornari.*

2992 basis marmorea. Rep. Praeneste una cum n. 2667. 2603 sub aedibus Al. Arenae ibique extat.

L · NIVELLIO · L · F ·
MEN · PRISCO ·
HARISPICI · ALLECTO
latus INTER · DECVRIONES *patera*
L · NIVELLIVS
EPIGENES · ET
CORNELIA · IANVARIA
FILIO PIISSIMO
L · D · D · D

Recognovi. Cicerchia ms. et apud Henzenum ann. inst. arch. 1855 p. 66. Legitur etiam in actis ministerii pontificii commerciorum.

2993 in via Praenestina rep. prope Praeneste.

F · OFFI . . . . .
IIIII · *Vir aug* . .

Servavit Cecconi p. 16 (inde Petrini p. 324 n. 33).

Ab utraque parte fractam repraesentat Cecc.

2994 Praeneste. 'Annis elapsis in colle qui nunc vulgo *Colle Martino* appellatur, eruit dum vineam foderet colonus subter ingentia murorum rudera ille quae valli prominent Sardoniae' PENNAZZ., similiter CECC. — Locum non indicat MARVC.

C ORCIVI
. . SAVFEI
PR · ISD
DVVM
SAVFE
D

Pennazza ms. bis, Anonymus inter schedas Gorii cod. Marucell. A 256 f. 23; Cecconi p. 26 (inde Petrini p. 334 n. 20).

1 C om. Maruc. — 2 in. litteram periisse a nullo auctorum indicatur. — SAVFE Maruc. — 5 SAVFE Cecc., SVFP .. Maruc., SVFF Penn. — 6 habet solus Pennazza.

1. 2 Orcevii et Saufeii passim reperiuntur in titulis liberae urbis Praenestinae, nulli reperiuntur in titulis Praenestinis aetatis imperatoriae. — 3. 4 vix puto hoc titulo significari Orcevium et Saufeium praetores eosdemque duumviros Praeneste fuisse, nam *duumviri* pro *duoviri* alienum est a titulo illius aetatis, sed quid subsit nescio.

2995 Praeneste *nella prima strada* BVD., retro palatium in quadam domo inserta parieti MET., iuxta hospitium publicum SMET. — Tibure LIG. p. 182, Aletrii LIG. p. 252.

SEX · POMP*eius* . .
TRIB · MIL · II · *vir* — *damen*
DIVI · AVG · NERONIS *caesaris II vir quinquennalis* a. p. C 51/54
PRAEFECTVS · TESTA*mento* . .
POMPEIA · MVMMI
ex quo SVMMA · PORTICVM · MAR*moribus ornavit*
TRI · ALBARIO · ADIECTA
QVINQ · PASSV

Quinquies descripta est, primum a Budaeo apud Pingonium f. 23 et apud Metellum Vat. 6039 f. 352'; deinde ab ipso Metello Vat. 6040 f. 42'; tum a Smetio, in cuius ms. Neap. desideratur, sed qui in ed. 13, 1 dicit se vidisse (a Smetio puto habuit Ligorius qui exhibet ms. Neap. lib. 22 p. 265, unde repetita est in huius corporis vol. X n. 723* inter falsas, et interpolatam ib. p. 186), postea ab auctore Borghiani ms. p. 151: denique ab Anonymo Barberiniano f. 544 (inde Suaresius Praen. p. 62 edidit neglegenter, correxit in erratis libro adiectis, ex hoc Vulpi Lat. 8 p. 175). Ex Smetio ed. Grut. 172, 2 (in ed. 2 adhibitae esse dicuntur schedae Ursini); ex hoc et a Suaresio Cecconi p. 171; Petrini p. 327 n. 15. Recensuit Buecheler de Ti. Claudio Caesare grammatico (Elberf. 1856) p. 48.

1 in. EX Met., EX Anon. — POME Met., POM Anon. — 2 ai Met. Smet., ai Bud. Borgh. Anon. — 2 uIvI Grut. ed. 8 errore typographico. — NERONI Smet. — 5 MVMMII Borgh. — 6 in. littera ante V apud Smetium videtur esse S dimidiata, quam errore pro C habuit Ligorius exhibens p. 522 CVMMA; SVMMA reliqui. — MAR Smet., MAR Anon. addens 'vid. esse R', MAE Bud., MAE Met., MA Borgh. — 7 CRI Smet., quod *crypta* explicat Buecheler p. 18, TRI Met., FR·I Anon., TRE Bud., TRI Borgh.; quid subsit, non liquet, Mommsenus coniecit in lapide fuisse ERE et supplendum [*op*]*ere albario* (cf. Vitruv. 7 c. 3; Plin. 36, 177). — V. 8 scriptum fuisse in margine ex apographis Metelli et Anonymi Barberiniani intellegitur. — QVINO Anon. — Apices v. 6. 7 habent Smetius et Anonymus Barberinianus. — Ligorii exemplum interpolatum (p. 186) hoc est: *sex. pompei . . . . quir | trib. mil. IIvir quinq | divi aug. neronis proc. et | praefecto a testamento | pompeia. mummia. pia | aedem porticum | et aram | d. d.*

Sex. Pompeius testamento opus aliquod publicum fieri iusserat, Pompeia Sex. filia Mummi uxor adiecta de sua pecunia perfecit et fortasse amplavit. In supplementis vv. 2. 3 secutus sum Buechelerum, v. 6 Mommsenum.

2996 Praeneste in summo templo SMET. (ms.), in pavimento cathedralis SVAR., similiter BVD.; in *Santa Maria* LIG. (Vat.).

D · M
T · POPILIO · IV · LIB · EPITVNCHA*no*
IIIIII · VIR · AVG
BANAVSVS · LIB · ET · HER*es et*
SIBI · LIB · LIBERTABVS · POST*erisque*
EOR · OSSA · TIBI · BENE · QVIESC*ant*

Quattuor exempla extant, primum Budaei apud Metellum Vat. 6039 f. 352 et apud Pingonium f. 85'; alterum Smetii ms. Neap. p. 125, apud Waelscapplium f. 57, ed. 80, 12 qui in editione dicit habuisse se ab aliis, quod exemplum sequuntur tam Manutius orth. 618, 11 quam Ligorius Vat. 3034 f. 12', Taur. vol. 14 et Panvinius Vat. 6035 f. 23' et f. 72; tertium Borghiani ms. p. 151; quartum Suaresii Praen. p. 20 qui laudat Gruterum, sed praeterea aliud quoque exemplum ex lapide sumptum vel etiam complura ante oculos habuisse videtur. Interpolata, culpa sine dubio Gutenstenii, legitur apud Gruterum 427, 7 qui laudat Smetium et Metelli schedas.

1 om. Smet. — 2 in. T] L Borgh., om. Bud. — IV Smet. (Neap. Waelsc.), MI Bud. Borgh. Suar., M Smet. (ed.). — LIB Bud. Borgh. Suar., L Smet. — 4 BANAVSVS Bud. Suar., qui refert alios habere BAKLATVS, alios BANATVS (hoc ex Grut.), B..ANAVSVS Borgh., BANA·VS Smet. (Neap. ubi manus aliena, Gutenstenii fortasse, puncto inter A et V substituit litteram T), BANAVS Smet. (Waelsc. ed.[1]), BANATVS Grut. interpolatione, DANAVS Panv. f. 72 cum Ligorio Taur. coniectura. — 6 TIBI] MIC Grut. itemque Suar., sed ex Grutero.

1) In autographo Smetii nunc Leydensi, ex quo edito expressa est, paullo maius spatium interesse inter BANA et VS mihi rettulit Boissevain.

2997 basis magna marmorea. Rep. Praeneste d. 1 Febr. 1867 *nella vigna del sig. Teofilo Scavalli Borgia nella contrada S. Rocco o Madonna della dell' Aquila* BONANNI.

PVBLICIAE · L · F
SIMILI
MAGISTRAE
MATRIS METVT *sic*
M · AEMILIVS · M · F
VLPIANVS
VXORI
SANCTISSIMAE
D · D · D

Recognovi. Bonanni apud Henzenum *bull. dell' Inst. arch.* 1867 p. 183.

2998 sine loco, sed inter Praenestinas.

E TERT · RVFVS · DVO
DVO
RVFVS ·
VS · LACVS TVRC ·
SERNENDA · M · E
PROBARVNT

Suaresius Vat. 9140 f. 222 manu ut videtur aliena (repetivit additis supplementis ipse Suaresius in eadem pagina et rursus f. 231').

Exhibui ut traditur. Vv. 2. 3 fortasse male repetiti sunt ex v. 1 fin. — 4 fortasse LACV PVRGando; 5 [*viam vel plateam sternendam*

2999 *nella vigna de' Colizi vicino a S. Maria dell' Aquila, in quella parte dove dicono fussero le habitationi di Palestrina antica* BARB.

L · SAVFVS
C · FE · IDENATIVS ET
PR · RESTITVE

Legitur in codice Barb. 22, 142 manu ignota.

Exhibui ut traditur. — 1 fortasse SAVFEIVS vel SAVFIVS. — 2 *Feidenatius* nomen redit infra n. 2135; ET fortasse corruptum ex L·F — 3 PR crediderim non suo loco collocatum esse a descriptore coniungendumque cum vv. 1. 2 ut Saufeius et Feidenatius praetores opus aliquod restituerint.

3000 Praeneste extra urbem (extra portam quae Albam ducit PIGH.) ante sacellum quod est prope castellum aquarum SMET. eodemque fere verbis PIGH. Praeneste in ecclesia ad S. Luciam SVAR. f. 812'. 'Adhuc proiectus extat lapis ante divae Luciae templi fores' PENNAZZA. — S. l. SVAR. f. 235

C · SAVFEIVS · C · F
M · SAVFEIVS · L · F
PONTANES
AID · EX · S · C

Quattuor exempla videntur extare, primum quod reperitur apud Smetium ms. Neap. p. 1 ed. 13, 3 (inde Grut. 122, 3), ubi dicit se vidisse, quocum consentiunt Pighius Berol. f. 1 et Panvinius Vat. 6032 f. 28 et Manutius Vat. 5546 fasc. 2 p. 40, alterum Borghiani p. 152, tertium autographum Suaresii Vat. 9 f. 248'; quartum reperitur inter eiusdem Suaresii schedas f. 535 graphio exaratum manu mihi videbatur aliena. Pennazza ms. vidisse, sed verba sumpsit ex Grutero; ex G etiam Suaresius Praen. p. 38, Vulpi Lat. p. 175; Cecconi p. 88; Petrini p. 341. Huius corp. vol. 1 n. 1142.

1 in. C] L Suar. 842' (fortasse recte Suar. 535. — SAVF-FIVS Suar. 235. (pro C), deinde F om. Suar. 235. — Smet. cum suis, ET Borgh., E Suar. 2 Suar. 248'. — 3 PONTANES Borgh. et tam f. 235 quam f. 848', PONTENVS Suar. suis; illud verum est; uterque Saufeius nomen habebat Pontani. — 4 AED Borgh. reliqui. — EX·S·C Smetius cum suis, Borgh., IIXG· Suar. 848', EX Suar. 23

3001 lapis calcareus litteris bonis temporis liberae reip. Extra Praeneste *sotto il muro della macchia di S. Francesco* CIC. Extat eo loco in foramine moenium urbis, humi.

L · SAVFEIVS · C · F · FLAC*cus*
Q
VIAM · STERNENDA*m*
D · S · S · CVRAVIT

Descripsi. Cicerchia ms. et in epistula data d. 13 Oct. 1855, unde repetiverunt Henzen ann. inst. arch. 1855 p. 57 et Mommsen huius Corporis vol. I n. 1138.

1 F post C omisi ego calami errore, habet Cic.

3002 lapis calcareus, Praeneste in aedibus Fiumara.

M · SAVFEIVS · M · F · RVTILVS
C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS Q
CVLINAM · F · D · E · S · C · EISDEM
Q · LOCVM · EMERVNT · DE
L · TONDEIO · L · F · PVBLICVM
EST · LONGV · P · CXLVIIIS
LATVM · AF · MVRO · AD
L · TONDEI · VOSSV · P · XVI

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Est in tabula Ritscheliana LIII A et huius Corporis vol. I n. 1143. Primus descripsit Akerblad qui communicavit cum Amatio, inter cuius schedas Vaticanas repperimus in folio solitario scriptam, ab Amatio Borghesius et ab hoc Henzen, qui edidit mus. Rhen. nov. ser. vol. 5 (1847) p. 464, syll. n. 6004 cum add.; Cicerchia ms.; Garrucci syll. n. 1455.

3 culinam *f(aciendam) d(e) s(enatus) s(ententia) c(uraverunt)*. — Tam Saufeii quam Tondeii saepius reperiuntur in inscriptionibus liberae Praenestis.

3003 tabula marmorea. Praeneste rep. a. 1781 PETR. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* Dii II).

M · SCVRREIVS · FONTINALIS
SACERDOS · FORTVNAE · PRIMIG · LECTVS · EX S C
IIIIII · VIR · AVG · CVR · SEVIR · QVINQ · PERP · DATVS · AB
IMP · HADRIANO · AVG · COLLEGIO · FABR · TIGN
CVM · SCVRREIO VESTALE · FILIO · SVA · PECVNIA · FECIT
LOC DAT D D

Descripsit Henzen. Marini Vat. 9125 f. 217, Arv. p. 18 (inde Orelli n. 2163); Petrini p. 327 n. 11 et apud Marinium Vat. 9127 f. 858; E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 124.

M. Scurreius Fontinalis, sacerdos Fortunae Primig(eniae) lectus ex s(enatus) c(onsulto), (se)vir Aug(ustalis), cur(ator) sevir(um), quinq(uennalis) perp(etuus) datus ab imp. Hadriano Aug. collegio fabr(um) tign(uariorum) cet.

3004 tabula marmorea. Praeneste PIGH. SMET. Praeneste apud Petrum Paulum Borgiam SVAR. In viridiario Fonteiorum BIANCH. *Altre volte conservata nel pavimento della chiesa cattedrale, che ora ritengo presso di me* CECC., in parte priore narrationis errans. Extat in scalis aedium olim gentis Cecconiae.

C · SEPTIMIO
C · F · PVP · SEVERO
PATRON · MVN
T · SENTIDIVS · T · F
PAL · IVLIANVS
AMICO · OPTIMO

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Habent Pighius Luzac. p. 154, Smetius ms. Neap. p. 146 (inde Panvinius Vat. 6036 f. 72), apud Waelscapplum f. 57, ed. 65, 8 (inde Grut. 467, 8) ubi dicit habuisse se ab aliis; Suaresius, qui vidit, cod. Vat. 5140 f. 252, cod. Barb. 30, 162 f. 25; Bianchini cod. Ver. 353 f. 60; Cecconi p. 35; Marini Vat. 9127 f. 266'; Petrini p. 318 n. 13. Ex Grutero Suaresius Praen. p. 25; Vulpi Lat. 8 p. 170 auctore non laudato.

1 in. C nunc deest, habent Pigh. et Smet., omisit iam Suar. — 2 PVB Pigh. Smet., male.

Hunc esse Septimium Severum, ad quem Statius dedit carmen silv. 4, 5, coniecit Gudius (ad Grut. ed. 2); quod potest verum esse, praesertim cum amicus Statii rus habuerit in agro Hernico (Stat. silv. 4, 5, 36), a quo Praeneste non longe abest. Possis etiam conicere, municipium cuius patronus fuit Septimius Severus, non Praeneste esse, sed aliquod ex municipiis Hernicorum.

3005 Praeneste rep. a. 1772.

C SVLPICIVS C
EQVO · P · EXORN
CIO DAIHNIANO PAT
APPTERIVIIO ET CISI
CATIONEM DEDIT DEC
POPVLO · X S ·

Delineavit manus ignota et imperita apud Marinium Vat. 9130 f. 216 (inde edidit Marini Arv. p. 635).

1—4 *P. Sulpicius C.* [*f*] . . . *equo p(ublico) exornatus* . . . *cum C. Sulpi*[*c*]*io Da*[*p*]*hniano pat*[*re*] (ita restituit Bormann); 4 [. . . *kal.* vel *non.* vel *id.*] *Ap*[*riles*] *Ter*[*tu*]*l*[*l*]*o et C*[*l*]*emente cos.*] (a. p. C. 125), ut agnovit Marinius, 5. 6 [*ob cuius dedi*]*cationem dedit de*[*curionibus denarios tot*], *populo (denarios) s*[*ingulos*].

3006 tabula marmorea eruta anno 1743 e pavimento basilicae S. Mariae Maioris Romae, cessit marmorario, postea Florentiae apud Rinuccinios MAR. Ibi extat.

*S*VLPICIAE · SERGI · FIL*iae* . . .
MAGISTRAE · MATRI*s matutae*
*s*OLATO · PVBLICE · EI · SEPVLTVS *ae loco decreto*
*d*ECVRIONVM · OB · HONOREM · EI *habitum*
QVOD · SOLA NOVO EXEMPLO · HONO*r*
*u*LPIA · M · F · SABINA · MATER · ADEMPT
CLVSO · AB EADEM · REPVBLICA PR*aestitutorum*
*ho*C · MONVMENTVM · A SOLO · CVM · AEDIFICIIS · ET · T*aberna maceria*
*c*IRCVNDATVM · TESTAMENTO · FIERI · PRAEC*epit* . . .*ter. sulpiciae*
*M*ARITO · SVO · QVOD · NE · DE NOMINE · EXCEDAT · S*ed* . . . *et marili et*
*au*RELI · ERASINI · GENERI · SVI · ET · AVRELIORVM · ER*asini f. et* . . . .
*N*EPOTVM · SVORVM · ET · SVLPICI · QVINT
*li*BERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTE*risque eorum*

Recognovit Bormann descriptam olim ab Henzeno. Galletti *del vestarario della santa romana chiesa* (1758) p. 45. 46, cum quo communicavit Ios. Garampi; Marini inscr. chr. ms. (cod. Vat. 9071) p. 56, 4 (inde Mai script. vet. nov. collect. V p. 215) e schedis abbatis Tanini.

Stemma hoc est:

Sergius Sulpicius . . . . ∪ Ulpia M. f. Sabina
|
Aurel. Erasinus ∪ Sulpicia Sergi fil. magistra Matris Matutae
|
Aurelii Er. . . . (v. 12)

Hanc inscriptionem non esse urbanam, sed ex municipio aliquo suburbano vel colonia Romam esse adlatam apparet. Praenestinis interposui propterea quod nomen eius sive municipii sive coloniae videtur coepisse a litteris PR (v. 8 fin.); accedit quod magisterium Matris Matutae memoratum v. 3 notum est etiam ex titulo certe Praenestino n. 2957, cum praeterea magistras Matris Matutae Corani tactum tituli (Corp. X, 6611 cf. 8416) dederint; denique Aurelius Erasinus maritus Sulpiciae memoratus v. 12 fortasse non diversus est ab Erasino Aug. l., cuius nomen inscriptum est in tegulis repertis Praeneste infra edendis. Quod basilica S. Mariae Maioris, unde prodiit haec inscriptio, non longe abest ab ea porta urbis Romae, qua ducit via Praeneste ferens, ei rei non multum tribuerim.

In parte aversa tabulae extabat, cum reperta est, (et fortasse hodie quoque extat, sed muro tectus) titulus sepulcralis paene integer (editus et a Gallettio l. c. et ab Ang. Mai vet. scr. nov. coll. V p. 215) positus a Theophylacto vesterario et Theodora vesterarissa Sergiae et Bonifatio filiis; additur donavisse Theophylactum et Theodoram 'ecclesiae sce Dei genetricis virginis Mariae' fundum aliquem situm in territorio Nepesino. Theophylactum illum et Theodoram satis constat vixisse anno p. C. fere 900 (cf. *Neues Archiv* IX p. 518). Huius tituli incidendi causa puto tabulam Romam in ecclesiam S. Mariae Maioris adlatam esse et fractam.

3007 Praeneste in pavimento aedis cathedralis BVD.; inter Praenestinas BORGH.

ꝓ M
VS THREPTVS
aedituus? AEDIS OPIS FECIT SIBI ET
SVIS LIBERTIS
libertis BVSQVE POSTERISQVE
EOR ∘

Budaeus apud Metellum f. 362 et apud Pingonium f. 63', Borghini ms. p. 150 (inde per Huelsenum Iordan *Topogr. d. St. Rom* I, 2 p. 365 not. 73).

1 om. Met. — ꝓ Borgh., D Ping. — 6 adiungit ad v. 5, EORVM pro EOR ∘ Bud.

3008 Praeneste ad porticum Fortunae.

L·TONDEIVS·L·F·M·N·M·MAGVLNIVS·Sp·F·M·N·SCAto

Servavit Iucundus Ver. f. 108 (ex Iucundo, sed paullo aliter quam codex Veron., P. Sabinus Marc. f. 046').

Pro L·F·M·N traditur LIMN, pro MAGVLNIVS traditur MAGVLINVS. — In fin. SEIMNSCA Iuc., LEIMNCA Sabinus; cognomen supplevi ex n. 2066. 2086. — Tondeium et Magulnium praetores hunc titulum posuisse crediderim.

3009 Lavici in Latio DON., *nel territorio di Valmontone* GALL., in vinea Galeotti in agro oppidi Valmontone (sic videtur) CHAVPY. — Frustra quaesivit STEVENSON.

P · VALERIVS · P · L
MANES · MAGISTER
QVINQVENNAL
COLLEGI · FABRORVM
TIGNVARIORVM
LVSTRI XIII
P · VALERIVS ALCIMVS
PATRONVS
INDVLGENTISSIMVS FeC
DIS MANIBVS

Donati 931, 2, cui descripserat Monsacratus; manus ignota inter Gallettiana cod. Vat. 7926: Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 166, hic solos vv. 1—6 eosque litteris cursivis et singulos versus continuans.

1 P·F Chaup., P E Don — 2 MANES, 3 QVINQVENNALIS, 5 TIGNARIORVM Chaup. — 6 LVSTRIS Don. Gall., AVGVSTI Chaup., ibi desinens. — 7 dedi secundum Gallettium, P·VALERIVS | ALCIMVS M NECIS, in duos versus distribuens, Don. — 9 INDVLCENTISSIMVS Don. — FIC Gall., FID Don. — 10 DVS Gall.

3010 tabula marmorea. Reperta *alle Quadrelle casale di Pelestrina verso Cave e Valmontone* SVAR. f. 251 de fragmento *a*; contra in colle arcus repertam fecit PENNAZZA. Pelestrinae SVAR. f. 253 de fragmento *b*. Ambo fragmenta Praeneste in palatio principis viderunt GIORG. et CECC. *Esiste nel suo atrio* PETRINI de particula ea, quam dedi litteris rectis, ea hodie quoque extat in domo Petrini.

a b
M · VASE|NIVS · CLARI · L · |TI R A N |NVS
AMPHITHEAT|RI · PARTEM · DIMI|DIAM · IN · SO|LO

Descripsit de Rossi, recognovi ipse particulam superstitem, scilicet ea quae dantur litteris rectis. Fragmentum maius (a) legitur in schedula anonyma missa ad Suaresium et adservata inter Suaresiana cod. Vat. 9140 f. 251, cui adscripsit Suaresius et alia (ut fragmentum *b*, et diem 6 Mai. 1658; fragmentum minus legitur in schedula inserta codici Vat. 9140 f. 253 manu amanuensis, cui adscripsit Suaresius diem 7 Mai. 1661, et manu Moronii in cod. Barb. 29 115 fragmentum maius ut videtur memorat etiam Pennazza ms. ('tabula sculpta nella *Amphiteatrum Praenestinum*'). Utramque fragmentum exhibent Giorgi sched. Casanat.; Vulpi 9 p. 171 ex additamentis ms. ad librum Suaresii; Cecconi p. 70 (inde ut videtur Nibby *viaggio* 1 p. 301 Chaupy *maison d'Horace* II p. 317. Particulam eam quae extat, sed paulo pleniorem (1 ... VARENVS, 2 AMPHITHEATRI PAR...) exhibet Petrini p. 326 n. 0.

1 LIS Chaupy; sed interpunctionem post L litteram enotavit Giorgi. — TRANI Moron. TRAN| reliqui. — 2 DIMIDIAM Vulp. — SOL| Suar. Moron. Vulp., SO| Giorg. Cecc.; AB·IN·SOLO om. Chaup.

Patroni huius Vareni Tyranni, M. Vareni Clari, titulum scriptum a. p. C. 21 habemus hoc Corp. vol. X n. 1333.

3011 basis marmorea. Praeneste LIG. COL. GRVT., ibidem ubi est n. 3014 BVD., *nel casa* AMON., *nel giardino baronale* CECC. Extat in hortis Barberini.

D · VELIO
TROPHIMO
SEVIRO
AVGVSTALI
CVRATORI
MVNERIS
PVBLICI
DECRETO
DECVRIONVM
POSTVLANTE
POPVLO

in latere intuentibus sinistro

cura|*NTIBuS*
sat|*TORINO*
|*APRILE* IIVIR

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Solam inscriptionem frontis exhibent Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 359 et apud Pingonium f. 83; Ligorius Neap. 35 p. 913; Columna n. f. 167; Anonymus Barberinianus Vat 9140 f. 916. Et frontis et lateris inscriptiones Borgh. ms. p. 140; Gruter 483, 9 cui misit Gutenstenius ex schedis Ursini; Suaresius Praen. p. 26 (et Vulpi 9 p. 106), ubi citatur Gruterus, Cecconi p. 72; Petrini p. 318 n. 44. Orelli 3923

Vv. 9 seq. nunc perierunt. — 9 DECVRIONV Col. — 10 POSTVLANTI Bud., POSTVLANT Col. Anon. — 11 POPVLI Col., POPV... Anon., POPVLO·F·F Suar. — Addit haec S·P·P·P, D·D duobus versibus Lig., S·P·P·P etiam Gruterus, unde sine dubio repetiverunt Suaresius Cecconius Petrinius. Haec Budaeo, Columnae, Borghinio, Anonymo Barberiniano ignota non dubito quin debeantur interpolationi Ligorii, nam Gutenstenius quoque litteras S·P·P·P non ex apographo ipsius Ursini, sed ex Ursini Ligorianis sumpsisse potest. Voluit ut puto Ligorius *s(tatuam) p(ecunia) p(ublica)* *p(oni) p(lacuit) d. d.*, quibus verbis finitur inscriptio una cum nostra adservata et a Ligorio eadem pagina relata n. 3014.

Inscriptionem lateris exhibui ut excepit de Rossi, nisi quod v. 1 fin. litteram S addidi ex apographo meo (NTIB/ Ross.); nunc primae cuiusque versus litterae latent in muro, quas non visas distinxi scriptura inclinata. Cum apographo Rossii consentit fere exemplum Petrinii (nisi quod v. 1 est ....TIB...) nec multum discrepat exemplum Borghinii (ubi est v. 1 STIB, 2 RINO, reliqua ut apud Rossium). nec plus viderat Ursinus; nam in v. 2. 3 exemplum editum Grutero non variat a Rossiano, quod autem in illo v. 1 est ...VII·R, id ortum sine dubio e interpolatione Gutenstenii. Plura exhibet Suaresius Praen., scilicet haec:

CVRANTIBVS
..... TORINO
ATRILE · II · VIR
VII · K
R TORIN .... VIR
APRILE

quae repetivit Cecconi. Sed haec esse ea ipsa quae habent reliqui nescio quo errore depravata apparet.

3012 *fragmentum lapidis calcarei triglyphis et rosis ornatum.* Praeneste in Torcioli vinea SVAR. (Vat.). In eadem vinea postea Palma nunc Scavalli hodie quoque extat.

Q · VETTIVS · T
PVLCHER ·

Descripsimus de Rossi ego Stevenson. Anonymus Barberinianus f. 963'; Suaresius Vat. 2142 f. 262', Praen. p. 277 (inde Muratori 1726, 7; Vulpi Lat. 2 p. 123; Cecconi p. 101; Petrini p. 320 n. 91); manus ignota (Itali cuiusdam) apud Gudium ms. 1022, 2 (inde Gudius ed. 339, 2). Marini Vat. 2127 f. 282'.

V. 2 initio mihi videbatur esse integer, Rossio et Stevensonio non item.

3012a hoc fragmentum triglyphis et rosis plane eodem modo, quo est n. 3012, ornatum praebet VAT. Praeneste, *si ritrova in una vascha nel colle dell' arco vicino a S. Gordiano* VAT.; in colle Arcus in vinea nunc Sebastiani Fantoni ed cuiusdam maceriae latus in muro infixo PENNAZZ. Rep. *nelle vigne di mia casa al colle dell' Arco* CECC.

TEDVSIVS · T
DVO · VIR

Manus ignota in folio solitario apud Suaresium cod. Vat. 2140 f. 269. Pennazza ms. bis; Cecconi p. 21 (inde et ex Pennazza Petrini p. 331 n. 19).

Dedi ad codicem Vatic.; 1 T · THEDVSIVS Penn., T · TEODVSIVS Cecc.; 2 DVVMVIR (DVMVIR Cecc.) FECIT (F Penn. altero loco) Penn. Cecc.

Hanc fragmenta eiusdem inscriptionis esse conicio, potissimum propter similitudinem ornamentorum.

3013 lapis Tiburtinus. Praeneste rep. *fra le ruine dell' antiche terme presso la chiesa della Madonna dell' Aquila, esiste nell' atrio di casa Ruchj* PETR. Extat eodem ut puto loco, in aedibus Fiumara.

Q · VIBVLEIVS · L · F
De Trebae et regionis Trebanae antiquitatibus non pauca volumina conscripsit Dominicus Antonius PIERANTONI origine Trebanus, defunctus Romae paulo ante annum 1743 maior octogenario (Vulpi Lat. X p. 349 cf. p. 491. 537. 540. 577); ex his voluminibus complura inscripta *memorie del Lazio* extant Trevi apud archipresbyterum, praeterea unum inscriptum *l' Aniene illustrato*, quod videtur esse eiusdem Pierantonii, vidi Trevi in aedibus nescio cuius privati. Enotatas habeo ex hoc volumine inscriptiones n. 3448—3450 Pierantonio cum compluribus aliis auctoribus communes neque ab ipso visas, immo n. 3449/50 semel tantum et multo ante eum descriptas; ex illis n. 3452. 3469, item particulam inscriptionis n. 3448, quas ipse Pierantonius videtur descripsisse. Schedae eiusdem auctoris aliquando Romae in collegio Iesuitarum adservatae (Vulpi Lat. X p. 377) quo pervenerint nescio.

3448 Trevi rep. d. 25 Apr. 1605 *in una possessione di Luca Donati fuori la porta detta Maggiore presso le due chiese di S. Lorenzo e di S. Nicolo* PIER. (*l' Aniene*). Trevi in aedibus Donati de Donatis HOLST. *Fragmente di pietra di marmo finissimo in sacre(s)tia* (?) *nel luogo del fonte* PIER. (*mem. del Lazio*) de parte posteriore versuum 1—4; Trebis fragmentum in aedibus canonici Francisci SVAR. de parte posteriore versuum 5. 6.

TI · CAESARI · | DIVI · AVG · F
AVGVS | TO
PONTIFICI · | MAXIMO
TRIB · POTEST · XX | XV · COS · V — a. 33/34
5 M · C A S T ● | CIVS · M · F · MEN · MVTRO
QVI | NQ · D · S · P

Haec omnia exhibent Rutilius Scotti histor. Afil. ms. Chis. f. 72' laudans *alcuni letterati cittadini* (*di Trevi*) eodemque exemplo Pierantoni *l' Aniene illustrato* p. 16 (inde Marocco 10 p. 54), Gori *giornale arcad.* vol. 191 p. 59 = *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 37) descripta, ut dicit, a Iacobuccio abbate et Fabio Carosi archipresbytero praesentibus cum reperta est inscriptio; eadem exhibet Holstenius cod. Dresd. F 193 f. 9, qui dicit se vidisse, sed vidit ut puto solos vv. 1—4 quos exhibet litteris maiusculis, aliunde adiunxit vv. 5—6 litteris minusculis. Partem intuenti dextram et eam bipertitam, scilicet duobus fragmentis altero vv. 1—4, altero vv. 5. 6 complexa, exhibet Suaresius cod. Vat. 9140 f. 32, horum fragmentorum prius, id est versuum 1—4 partem posteriorem, Pierantoni *memorie del Lazio* tom. 1 f. 116 de visu.

Vv. 1—4 dedi ad exemplum Holstenii, cum quo consentit in parte posteriore, quam solam de visu exhibet, Pierantoni (*mem. del Lazio*); exemplum a quo pendet Pierantoni *l' Aniene* in v. 1 om. TI, pro F habet FIL; Suaresius partem horum versuum posteriorem quam solam habet sic exhibet (duobus versibus): DIVI AVG·F TITO MAXIMO | XV·COS·V. — In vv. 5. 6 dedi varias lectiones Pierantonii *l' Aniene* Scottii Holstenii, item in parte intuenti dextra Suaresii: 5 M om. Holst. — COSTRVCIVS Scotti. — MEN MVTRO Holst. Suar., MEMMVTRO Pier., MEMVTRO Scotti. — 6 NR (pro NQ) Suar.

3449 50 lapis utrimque scriptus Trevi rep. una cum n. 3448. — *Questa terra soleva esser piena d' inscrittioni antiche ed altri marmi, li quali furono guasti ed adoprati nella fabrica della chiesa nova, nè si trova altra memoria che di queste* HOLST.

3449 *in una faccia* PIER.

IMP · CAES · L · AELIO · AVRELIO · COMMODO · AVG
SA*rmatico* GERMANICO MAXIMO BRITTANNICO
PACAtORi ORBIS FELICI INVICTO ROMANO HERCVLI
PONTIFICI MAXIMO TRIBVNICIAE POTEST XvIII
5 IMP · VIII · COS · VII · PATRI · PATRIAE — a. 192
OMNIVM VIRTVTVM EXSVPERANT
ORDO · DECVRIONVM COMMODIANOR · IIIC
C PAPI CAPITONIS *et* I VOLCEI MAR

3450 *nell' altra parte della stessa lapide* PIER.

IMP · CAESAR · D · M · ANTONINI · PII · GERMANICI · SARMATICI · FILIVS
DIVI · COMMODI · FRATER · DIVI · ANTONINI · PII · NEPOS
DIVI · HADRIANI · PRONEPOS · DIVI · TRAIANI PARTHICI · ABNEPOS
DIVI NERVAE AdNEPOS
5 L · SEPTIMIO · SEVERO · PIO · PERTINACI · AVGVSTO
ARABICO · ADIABENICO · PONTIFICI · MAXIMO
TRIBVNICIAE · POTEST · IIII · IMP · VIII · COS · II P · P — a. 196
D · D

Solam n. 3449 exhibet Rutilius Scotti hist. Afilae ms. f. 72', qui laudat *alcuni letterati cittadini (di Trevi)*; utramque exhibent Holstenius ms. (cod. Dresd. F 193 f. 8') et Pierantoni *l' Aniene illustrato* p. 16 (inde habuerunt Marocco mon. *dello stato pont.* 10 p. 54, nullo auctore laudato; item per Raph. Capponi Gori *giornale arcadico* vol. 191 p. 59 = *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 36. 37), hic laudans Iacobuccium abbatem et Fabium Carosi archipresbyterum, qui adfuerunt, ut ait, '*quando furono scavate* (hae duae et n. 3448) *in pezzi*', et a quibus pendent sine dubio etiam Scotti et Holstenius.

3449, 1 IMP Pier., IMPERAT Holst., IMPERATOR Scotti. — CAES Pier., CAESAR Holst., CESARI Scotti. — LELIO Scotti. — 1. 2 AVG·SANNITI·GERMANICO Pier., ... ALEMANICO GERMANICO Holst., ARMANICO GERMANICO Scotti. — 2 MAR Holst. — BRITTANNICO habet solus Pier. — 3 ACAPORI Scotti Holst., ACAPOR Pier. — ORBIS om. Pier. — 4 PONT Holst. — MAX Scotti Holst. — TRIBVNICIAE Pier., TRIBVNICIA Holst., TRIBVNICIA P Scotti. — POTESTATE Scotti. — XIII omnes. — 5 IMPER Pier. — COS·VI Holst. — 6 OMN·VIRTVT Holst. — EXVBERANT Pier., ERVBERANTE Holst., EXXSVPERANTE Scotti. — 7 ORD Holst. — COMMODIANORVM Scotti, COMMODIANOR Pier., COMMOD Holst. — IIIC Pier., III Scotti Holst. — 8 PAPI Pier., PVPI Scotti. — N·EVOLCEI·MAR Pier., N·CVOLCEI MAX Scotti, totum v. 8 om. Holst. — Versuum divisio neque in hac neque in n. 3450 traditur.

3450, 1 CAESAR Pier.; CAESARI posuit fortasse Holst., sed mox ultimam litteram delevit. — 2 SARMITICI Holst. — D (pro DIVI) Holst., et sic deinceps. — FR (pro FRATER) Holst. — 3 ADRIANI Holst. — 4 ABNEPOS Holst., PRONEPOS Pier. — 5 AVGVSTO Pier., AVG Holst. — 6 PONT MAX Holst.

Commodi inscriptionem similem habemus nullam (falsus est sine dubio titulus Orellianus n. 885 olim Venetiae servatus, cf. Corp. V, 137*), habemus initium epistulae a Commodo ad senatum datae apud Dionem 72, 15. αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Αἴλιος Αὐρήλιος Κόμμοδος Αὔγουστος, εὐσεβής, εὐτυχής, Σαρματικός, Γερμανικὸς μέγιστος, Βρεττανικός, εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης, ἀνίκητος, Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς, ἀρχιερεύς, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀκτωκαιδέκατον, αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον, ὕπατος τὸ ἕβδομον, πατὴρ πατρίδος, ὑπάτοις, στρατηγοῖς, δημαρχικοῖς (scr. δημάρχοις), γερουσίᾳ Κομμοδιανῇ εὐτυχεῖ χαίρειν. Deest in inscriptione, sed fortasse culpa descriptorum, agnomen Pius, alieno loco collocatur Felix, contra adest in ea quod ipse Commodus in epistula omisit *omnium virtutum exsuperantissimus sive exuberantissimus*. Hoc quoque a Trebanis non proprio studio, sed secundum formulam publice receptam additum esse apparet inde, quod inter nomina mensibus a nominibus Commodi indita fuit etiam *Exsuperatorius* nomen datum mense Novembri (vit. Comm. c. 11. 12 cf. Dio 72, 15, cui est Ὑπεραίρων). — 8 intelleguntur sine dubio duoviri, sub quorum magistratu hic titulus positus est; fieri potest ut huc pertineat IIIC vel III ex v. 7 fin.

3451 mensa ex lapide calcareo. Trevi *nella piazza* HOLST., Trebis prope ecclesiam SVAR. Ibi extat.

in fronte:

A · TITIVS · L · F · M · VERGILIVS · M · F · CENS · D · S · S

in *latere intuentibus dextro:*

M · VERGILIVS · M · F · A · TITIVS · L · F · CES

Descripsi. Holstenius ms. (cod. Dresd. F 193 f. 9), solam inscriptionem frontis in notis ad Cluverium p. 109. Suaresius Vat. 9140 f. 32 descriptam a Franc. Colalutio [?] a. 1657 (solam inscriptionem frontis), Nibby *memorie romane* 4 p. 76; Marocco *mon. dello stato pont.* 10 p. 65; Gori *giornale arcad.* vol. 191 (1866) p. 68 [= *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 36].

Quod in inscriptione lateris pro CENS scriptum est CES, fortasse inde explicatur quod spatium pluribus litteris non vacabat; certe hoc fuit causae quod litterae D·S·S omissae sunt.

3452 Trevi *in casa del sig. Capparelli.*

L R I V S
VIVS · HE
N I C E R
I R A V G

Pierantoni *memorie del Lazio* tom. I f. 116.

Exhibui ut traditur. — 4 videtur fuisse [*sev*]*ir*(*i*) *Aug*(*ustalis*).

3453 *quadretto di pietra scutile* [?], Trevi.

C · SVESTIDIVS · M · F
ANI FREGE
POLA · SVESTIDIA SOR
SEP

Rutilius Scotti f. 80 exhibet bis.

2 fortasse significantur Fragenae Etruriae. — 3 SOR ad v. 4 trahit exemplum alterum. — 4 SE P cum puncto traditur. Cf. infra n. 3400. 3504.

3453a Trebis fragm(entum).

NAR · TEN · CVRAT ·
TVR · OBTENTO
FR · ORMA ·

Suaresius cod. Vat 9140 f. 32 accep... episcopo Teatino, qui descripserat.

Tota corrupta.

3454 fragmentum tabulae marmoreae in aedibus Mucii Cecconi.

O ... N
P A R E N ...
VIXIT · A ...
MES · ET
S LIBERTI

Descripsi.

3455 fistula plumbea (*acquedotto di* ... rep. anno 1647 (Trevi) *cavando un... in contrada detta il Vado della Ter... la chiesa di S. Pietro Apostolo.*

L · DOMINO SERVS VERNA FECIT

Rutilius Scotti ms. f. 79. 80.

Nomen corruptum.

XXIV. SVBLAQVEVM (*Subiaco*).

Simbruini colles — nam ita olim videtur appellata esse a Romanis regio ea ubi hodie est *Subiaco* —, antea puto infrequentes, certe a nullo scriptorum memorati, nobiles facti sunt Claudio et Nerone principibus, quorum ille rivum aquae dictum Anienem novum inde Romam perduxit (Tac. ann. 11, 13: *fontes aquarum Simbruinis collibus deductos urbi intulit*, conlato Frontino c. 14 *Anio novus — ad miliarium quadragesimum secundum in Simbruino* (nempe agro) *excipitur ex flumine*), hic villam ibi habuit, in qua anno p. C. 62 ictu fulminis paene exanimatus est (Tac. ann. 14, 22: *discumbens Nero apud Simbruina stagna* [in villa vel *prope locum*, certe simile quid excidit], *cui Sublaqueum nomen est*) et viam eo, Valeriae diverticulum, primus stravit (Frontin. c. 7). Tam haec via quam villa illa dicebantur *Sublacensis* (*Sublacensis* (sic), *quae sub Nerone principe primum strata est*, Frontin. c. 7 cf. c. 14. 15; *villa Neroniana Sublaquensis*, Frontin. c. 93), a loco cui nomen fuit Sublaqueo et quem praeter Tacitum loco supra citato memorant Plinius h. n. 3, 109 (cf. infra) et itinerarium Peutingeranum (*Sublacio*, tramitibus tamen viarum confusis). Qua condicione fuerit Sublaqueum aetate imperatorum Romanorum, parum constat. Non sui iuris fuisse, sed comprehensum finibus Tiburtium colligi posse videtur ex Tacito, qui ad narrationem de ictu fulminis supra relatam addit, accidisse id *finibus Tiburtum*: accedit quod non memoratur a chorographis inter res publicas Italiae. Sed obstat quod Varia interiecta inter Sublaqueum et Tibur in valle Aniensis sui iuris videtur fuisse (v. p. 357), item regio montana inter Tibur et Sublaqueum nequaquam Tiburtium fuit, sed sua habuit municipia (p. 360. 364): Taciti autem testimonio in hac re non ita multum tribuendum esse videtur, propterea quod is illo loco non chorographum agit, sed narrat quae Romae vulgus loquebatu... illud de Rubellio Plauto Tiburtino ut interpretarentur, poterat imperitis et novarum rerum avidis ansam dare sola vicinitas Subla... buris, et quod acciderat in ea regione ubi situm est Tibur, ... accidisse dici intra fines Tiburtium). Inscriptiones repertae ... ubi hodie est *Subiaco*, — ipsum oppidum nullas dedit — deciderunt; argumenti enim sunt mere privati; sed tamen ... sola adhuc in nis prodiit, non est Camilia Tiburtium, ... (n. 3460). Ceterum nomen dederant Sublaqueo lacus com... secundum Plinium), quibus subiacebat, memorati et a Plini... 109: *Anio in monte Trebanorum ortus lacus tres amoenitate ... nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim*) et a Tacito (... *Simbruina stagna*, cf. supra), item a Frontino de aquis ca... tribus Plinii non videtur agnoscere nisi unum), denique a Gre... Dialog. lib. II c. 1[1], significati a Silio quoque 8, 368 *quique Anien... gelidoque rigantur Simbruvio*). Horum lacuum hodie nulla est... perisse eos inundatione Aniensis fluminis d. 20 Febr. ann... ex chronico Sublacensi referunt Holstenius ad Cluv. p. 12... *annalium* 3 p. 125.

1) *Desertus locus cui Sublacus vocabulum est . . . . frigidas ... emanat aquas, quae illic videlicet aquarum abundantia in extenso ... ligitur, ad extremum vero in amnem derivatur.* — Conficta est e... Magni inserta Chronico Sublacensi (apud Muratorium scr. rer. Ital. ... Ital. 4 p. 1034) et ad Regestum Sublacense (n. 610 ed. Allodi... cf. praef. p. IX) postea adiecta, qua pontifex ille *castelli* ... possessionem monachis Sublacensibus confirmat.

3456 colomella formae conicae marmorea. *Trovavasi rinchiuso e murato nel centro dell' altare del piccolo oratorio posto in una collatta in mezzo a un bosco tra i monti Simbruini, detto S. Giovanni dell' acqua* DE COST. p. 526; rep. *tra i monti Simbruini* quattuor mill. pass. a Subiaco IDEM p. 142. Extat in horto monasterii S. Benedicti Sublacensis.

S A N C T O ·
S I L V A N O · V O
T V M · E X V I S O ·
O B L I B E R T A T E M
SEX · ATTIVS · DIO
MYSIVS · SIO · CVM
BASE · D · P ·

Descripsimus ego et de Rossi. De Costanzo *scrittori e monumenti riguardanti S. Rufino* (1785) p. 526 cf. p. 142 (inde Marocco *mon. dello stat. pont.* 10 p. 179; Henzen syll. n. 5752); Aegidius Van de Vivere in schedis musei Kircheriani, unde edita est huius Corp. vol. VI p. 663 inter urbanas; Marini Vat. 9127 f. 565 e Costanzo, Arv. p. 71 (inde Orelli n. 1598); Iannuccelli *memorie di Subiaco e sua badia* (Genuae 1856) p. 414; Gori *viaggio a Subiaco* 3 p. 61.

7 *d(onum) p(osuit)*.

3457 sarcophagus marmoreus. In monasterio S. Scolasticae Sublacensi prodiit, *mentre si facevano lavori per regolare il corso di un condotto di acqua.*

D · M ·
M AVRELIO AVG
LIB · ANTIOCHIANO
MAGISTRO AB AT
MISSIONE ANTIO
CHIANVS ET ANTI
OCHIS FILI EREDES
PATRI OPTIMO

Allodi apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1882 p. 45; Gori *archivio storico* 1882 3 vol. IV fasc. 7 p. 371; Conradus Laage descripsit a. 1882.

3458 apud coenobium [monasterium IVC.] Sublacense ANTIQ. IVC. In basilica S. Scolasticae in Sublacu MAN. (Vat.). Rep. *nel risarcire il pavimento dell' antica sagrestia del monastero di s. Scolastica* COST. p. 142. — S. l. BEMB. MAN. (orth.). — Romae GRVT. 902, 9.

D M
ASCLEPIADES · VA
LERIAE SABINAE CO
IVGI BENE MERENTI
ANIMAE INNOCENTI QV
AE CONVIXIT MECVM AN
XXV MEN IIII D X MONI
MENTVM FCVSV . . . . .
MENIO MALIGNI . . . . .
. BEBI · M · INFERIO . . .
. . . ESIAS · EI · DIDEI . .

Antiquus Tiburtinus n. 15 (cod. Hamilt. f. 64, cod. Red. f. 175), e quo videtur pendere etiam Iucundus Ver. f. 159, Magl. f. 110; item Sieder f. 53; Apianus 152, 6 (unde Grut. 756, 6); item fortasse Bembus cod. Mon. f. 167. Aliunde Manutius cod. Vat. 5237 f. 254', orth. 535, 7 (inde sine dubio verba DM | ASCLEPIADES VALERIAE Gruterus 952, 9 'ex Aldo', ut ipse dicit). Ex lapide de Costanzo *S. Rufino* p. 526 cf. p. 142.

Ad versuum divisionem praeter Costanzum nemo videtur adtendisse. — Varias lectiones adscripsi Antiqui Iucundi Bembi Manutii Costanzi.

1 habent Manut. et de Cost., om. reliqui. — 2. 3 ASCLEPIADIS VA|LERIAE Cost. — 3 SABINAE Cost., SABINIAE Apian. Man. — 3. 4 CO|IVGI Cost., CONIVGI reliqui. — 4 BEN·MER Man. — 6 VIXIT Ap. Man., CONVIXIT reliqui. — AN· Cost., ANN Manut., ANNIS Antiq. Bemb., A Iuc. Ap. — 7 XXXV Iuc. — MEN Antiq. Man. Cost., MENS Bemb., M Iuc. Ap. — DIES Antiq. Bemb., D Iuc. Ap. Man. Cost. — 7. 8 MONIMENTVM Antiq. Iuc. Cost., MONVMENTV Bemb., MONVMENTVM Ap. Man. — Post MONIMENTVM Red. et Bembus dant FECIT, Hamilt. Iuc. Apian. FECI, item sed collocans ante MONVMENTVM, Manutius, omnes hic desinentes; supra proposui vv. 8—11 ad exemplum Costanzii; verba lacera quomodo restituenda sint, ego nescio.

3458a fragmentum in monasterio S. Scolasticae Sublacensi, in opera positum *nel chiostro sopra il pilastrino nel rinfianco dell' arco primo dal lato di mezzogiorno*, Roma fortasse medio aevo Sublaqueum advectum.

. . . . FC
. . IO IVSTO EX
F

Descripsit Gatti ex ectypo chartaceo, male tamen impresso.

3459 cippus. *Nell' andare da Subiaco a Cervara si percorre una via antica, la quale passava fra diverse ville e vicina ad una piscina. Lungo la medesima fu scoperto il cippo esistente nel casino Lucidi a Vignola* GORI (aq. Marc.); *nella contrada Vignola o la Torretta nel casino dei sigg. Giuseppe e Francesco Lucidi* GORI (*guida*). Extat prope Subiaco, casino Lucidi Antonucci.

↧
LIVIA · NICARVS
ET · LIVIVS
NYMPHODOTVS
urceus FILI(I) patera
M · LIVIO · HER
METI · PATRI
SANCTISSIMO
FECERVNT

Descripsi. Gori *nuova guida da Roma a Tivoli e Subiaco* 4 (1864) p. 4, *giornale arcadico* vol. 191 (1866) p. 73 [= *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 51]; Iannuccelli *memorie di Subiaco* p. 373.

Eadem ut videtur Livia Nicarus Liviam Primitivam sororem condidit in sarcophago qui prodiit Romae ad S. Petri, ornato symbolis fidei christianae pastore bono, delphine, ancora, quem delineavit de Rossi *bull. crist.* II ser. 1 (1870) tab. V cf. p. 59. In hoc quoque titulo christianam fidem indicat signum scariphatum supra inscriptionem, quod mihi videbatur esse manu antiqua.

3460 saxum litteris bonis liberae puto reipublicae. Rep. anno 1842 (1843 GORI *giornale*) prope Aienem, non longe a Sublaqueo, in fundo Lucidi MELCH. Extat supra portam praedii comitis Lucidi prope Subiaco Romam versus.

. · MAENIVS · Q · F
ANI · SEPVLTVS

Descripsimus ego et de Rossi. Melchiorri ms., cui misit dux a Turre; St. Viola *Tivoli nel decennio* p. 181; Gori *viaggio a Subiaco* (1855) 2 p. 30, *giornale arcad.* vol. 101 (1866) p. 41 [= *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 19]; Iannuccelli *memorie di Subiaco* p. 20.

Similiter in titulis repertis in Aequis et Marsis (Corp. IX 3755. 3880. 4019) *sepultus* vel *sepulta* adscribitur ad nomen defuncti; cf. etiam supra n. 3153 et infra n. 3504.

3461 urna marmorea ornata, litteris evanidis et partim scalpro temptatis. In ecclesia S. Benedicti Sublacensi, ubi est pro vase aquae lustralis.

D · M
V L P I A E
C A L E S
VIX · ANN XII

Descripsimus de Rossi Mommsen Huebner ego.

2 VLPIAE magis quam VIBIAE.

XXV. *Canterano. Rocca Canterano. Agosta. Marano. Anticoli.*

De huius regionis antiqua condicione nihil scimus, nisi quod ibi ubi est Canterano fuisse pagum cum magistris ex n. 3462 et 3463 li... licet colligere.

3462 *scheda(?) in caratteri rozzi semicorrosi ed in pietra indigena, lunga cent. 89 ed altra cent. 18, nel recinto dell' antico castello di Canterano* GORI; *in Canterano innanzi alla chiesa* BRVZZA.

F · FLAVIVS · F · L · HILARVS · PRAENES..
Q · CORDIVS · Q · L · HILARVS · D · MP · F

Bruzza ms. qui vidit. Gori *giornale arc.* vol. 191 (1866) p. 71 [= *le vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 49] indicatam a Philippo et Rocco de Angelis; nobis contulit Benedictus Ricci abbas Canteranensis.

1 fin. PRAEN"..., 2 fin. ·D·M·PF Gori. — Et PRAENES... v. 1 et litterae singulares v. 2 fin. quomodo intellegendae sint, nescio; in his potest latere *d(e) m... p(agi) f(ecerunt)*.

3463 in Canterano, *scalina nella casa dell' arciprete.*

FACIENDVM · QVRAVEI · GRADV.

Bruzza ms. descripsit.

Utrum QVRAVEI fuerit an QVRAVET, incertum.

3464 basis. Rocca Canterano *dentro la chiesa parrocchiale.*

C L O V E N T I A
T F
TITIENIA · M · F
M A X V M A

Descripsi. Gori *viaggio a Subiaco* (1855) 2 p. 38, *giornale arcad.* vol. 191 (1866) p. 73 [= *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 51]: Bruzza descripsit.

3465 Rocca Canterano in muro domus privatae [*nel muro di una casa detta di Merlitto, nella via di sotto* BRVZZA].

FLAVIA · Q · L · A
· F L A V I A ·

Descripsimus ego et Bruzza. Memorat Gori *viaggio a Subiaco* (1855) 2 p. 30 not.

3466 prope Rocca Canterano, Canterano versus, *sui gradini della chiesa detta Madonna del brecciaro.*

NIVS · ST · F · ANI MESIA
NIVS · T · F · ANI SALV
NIVS · T · F · ANI POL
NIVS · M · F · ANI RE

Descripsimus ego et Bruzza. Iannuccelli *mem. di Subiaco* p. 452; Gori *giornale arc.* vol. 191 (1866) p. 72 [= *le vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 50], nobis contulit Bernardinus Picconi medicus Rocca-Canteranensis.

ANI vocabulum litteris minoribus quater repetitum a me praetermissum suppleverunt Bruzza et Picconius.

3467 tabula. Rocca Canterano *incastrata facciata della chiesa parrocchiale.*

C · VETILIVS · C · L ·
NICO
VETILIA · C · L
FLORA

Recognovi. Gori *viaggio a Subiaco* p. 30, *giornale arcad* vol. 191 (186[6]) [= *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia*] Iannuccelli *mem. di Subiaco* p. 452. Br...

3468 prope Rocca di Mezzo *vicino della famiglia Cimaglia* repertum ... culo XVII sepulchrum cum tribus ... mores, quae ossa continebant, non ... non laudato, Gori *viaggio a Subiaco* ... not. 1. *Le casse*, pergit idem, *fu... al Cardinal Barberini che le ripo... fortezza di Collalto; i coperchi ... maggiori stanno murate nel pare... casa Cimaglia in Rocca di Mezzo ... che fosse nelle casse la iscrizione ... prete della stessa famiglia ne ... memoria in iscritto.*

3469 iacet *alla chiesa di S. Giovanni di Agosta, prossima alla fonte.*

IOVI OPT [*mae perpetuae?*]
ONI IVNONI MINE[*rvae*]
C · SERVILIVS [*septidianus*]
FIRMV S M [*martius*]
TORQVATV[*s q. finnius*]
VALER[*ianus saxius*]
MARSVS C[*alestrius*]
MAXIMVS

Ex Pierantonii *memorie del Lazio* volumine VII (cf. supra p. 353) excerpsit Gori *giornale arcad.* vol. 191 p. 108 [= *delle vere sorgenti dell' acqua Marcia* p. 84]. Traditur sic: IOVI OPT ONI IVNONI MIN ET · C · SERVILIVS · FIRMVS M · TORQVATV VALERI · MARSVS O MAXIMVS, nec deesse aliquid adnotatur. — V. 1 supplevit Mommsen.

3470 in Marano oppido iuxta Anienem.

MATRI DEVM IDAEAE
C · SERVILIVS
SEPTIDIANVS FIRMVS
M · MARTIVS TORQVATVS
Q · FINNIVS
VALERIANVS SAXIVS
MAGIVS CALESTRIVS
MAXIMVS HORATIVS MACER
VII VIRI EPVLONVM . . F.

Servavit appendix Mazorhii Ticinensis bibl. universitatis ...

V. 9 si recte descriptus ad nos pervenit, habemus ... parte collegii septemvirum epulonum, fortasse a magistr... Sed magis crediderim pro VIRI scribendum esse VIR et ... hominem.

Inscriptionem n. 3469 dedicatam esse ab eisdem hominibus sive, quod magis crediderim, ab eodem homine atque n. 3470, supplevi n. 3469 v. 3—8. Ceterum complura ex illis nominibus *Septidianus, Martius, Saxius* corrupta tradi videntur. — Quomodo ex duobus titulis positis ab eodem homine sive eisdem hominibus alter descriptus sit Marani in sinistra Anienis, alter Agostae a... incerto relinquo.

3471 saxum Tiburtinum tripertitum. Rep. prope Anticoli-Corrado, extat ibi in horto syndici. — Addit Zdekauer. *Le rovine dove venne trovata, sono di poco estensione, nè si può ammettere che vi sia stata una città; anzi debbono aver appartenuto ad una tenuta di piccola estensione.*

A · FVRIVS · R	S QVOD IN EVM T	ANSCRIPTV
EST · A · C · CA	BASSO APSENTE	DITORE
N O M I N I B V S	O B V S S V B S I G N	IS PRAEDIS
S O L V I T · M · I V	S I L A N O	XII MI
S O H LVIII · M · N · SOLVIT	ICII · SCIPION	IDIECIC · I
		IICI

Descripsit Zdekauer et edidit *bull. dell' Inst.* 1882 p. 282.

A. Furius Rufu[s], quod in eum t[r]anscriptum | est a C. Caesio] Basso, apsente [venditore | nominibus duobus, subsignatis praedis | solvit: M. Iunio Silano | [solvit HS] XII m(ilia) n(ummum); HS LVIII m(ilia) n(ummum) solvit... icii (?) Scipioni ... odiect... | .... iic .... Sic legit Mommsen, qui ita interpretatur: C. Caesius Bassus [v. 2] agrum eum, in quo titulus repertus est, vendidit cuidam homini, mandatario opinor A. Furii Rufi [v. 1], pretio sestertium LXX m. n., quam summam deinde secundum formulam a Gaio 3, 129 indicatam expensam tulit eidem Rufo. Iam is cum solvere vellet, venditor autem [sic supple v. 2] abesset, pecuniam solvit duobus nominibus Silano et Scipioni, scilicet XII m. n. illi, huic autem LVIII, ita ut hi praediis subsignatis se obligarent pecuniam eam Basso se exsoluturos esse. Simul ad fidem plene liberandam id ipsum in fundo suo incidendum curavit. — C. Caesius Bassus non solum nihil impedit quominus habeatur pro amico Persii, sed favent aliquatenus nomina M. Iunii Silani et nescio cuius Scipionis apta omnino aetati Tiberianae.

XXVI. VARIA (*Vicovaro*). Vallis Digentiae.

Tituli qui sequuntur reperti sunt partim ad vicos sitos a dextra Anienis, ibi ubi Licenza rivus ei miscetur, Cantalupo-Bardella (nunc Mandela) et Vicovaro (n. 3472—3484), partim in ipsa valle Licenzae ad vicos Roccagiovene Licenza Civitelle Percile (n. 3485—3490). Vicovaro Romanorum esse Variam, indicatam in tabula Peutingerana (ubi legitur *Variae* pluraliter) inter Tibur et Carsiolos, VIII millibus passuum a Tibure, memoratam etiam a Strabone 5 p. 238, ubi tamen pro Οὐαρία traditur Οὐαλερία, inter oppida Latina site ad viam Valeriam, et ab Horatio ep. 1, 14, 3, qui significat vicinam eam fuisse ruri ipsius, olim viderunt partim Cluverius Ital. antiq. p. 783, partim Holstenius. Oppidum sui iuris fuisse Variam, non vicum subiectum reipublicae Tiburtinorum, probabile est, cum Strabo l. c. enumeret eam una cum Carsiolis et Alba Fucente inter πόλεις sitas ad viam Valeriam; certe res esset, si constaret verba Horatii adfirmantis agellum suum *quinque bonos solitum esse Variam dimittere patres*, recte accipi, ita ut accepit ea commentator Horatii Porphyrio, de decurionibus, quod longe secus est; inscriptionem autem n. 3472, in qua memorantur municipes et incolae cur non ad Variam pertinere putem, exposui ad ipsam. Latinam urbem Strabo Variam appellat, ut et Carsiolos et Albam Fucentem; hae fuerunt quidem coloniae Latinae, sed deductae in agrum seu Marsorum sive Aequorum; Varia quoque non videtur fuisse Latina, sed Sabina, cum Horatius fundum suum situm, ut apparet ex loco supra citato, prope Variam constanter appellet Sabinum.

Licenza rivus, qui duobus millibus passuum supra Vicovaro in Anienem influit, videtur esse, ut primus monuit Holstenius, *gelidus Digentia rivus* memoratus ab Horatio ep. 1, 18, 104; Bardellam autem sitam loco edito a sinistra Licenzae Mandelam esse *rugosum frigore pagum* ab Horatio una cum Digentia rivo memoratam paene certum est, ex quo ad ripam Anienis inter Bardella et Vicovaro repertus est titulus n. 3482 aevi labentis cum mentione *massae Mandelanae*.

3472 tabula lapidis Tiburtini longa metr. circiter 0,75, lata metr. 0,50. Vicovari *nella piazza del palazzo* REV. (Berol.). Vicovarii in atrio [sic potius quam 'area'] palatii com(itum) de Bolognettis COD BON. Extat Vicovero in aedibus Bolognetti-Cenci muro scalarum adfixa.

M · HELVIVS M · F · CAM · RVFVS
CIVICA · PRIM · PIL
BALNEVM
MVNICIPIBVS · ET · INCOLIS
5 D E D I T

Descripsi. Revillas sched. Berol. et apud Muratorium sched. 18, 224, ed. 476, 11 (inde Cassio *corso dell' acque* 1 p. 103), Anonymus in codice universitatis Bononiensis n. 9, qui dicit se descripsisse; Galletti cod. Vat. 7935 f. 98' descriptam anno 1754; Bianchi *Novelle Fior.* 1764 p. 803, Chaupy *maison d'Horace* III p. 254; de Sanctis *della villa di Orazio Flacco* (ed. a. 1784) p. 80; Marini ms. Vat. 9125 f. 59' descriptam ab Amatio anno 1807; Nibby *viaggio alla villa di Orazio* in *memorie romane* vol. 4 (1827) p. 20, *analisi* 3 p. 487; Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 382; Marocco *stato pontificio* 7 p. 170; St. Viola *Tivoli nel decennio* p. 241; F. Gori *viaggio a Tivoli e Subiaco* 2 p. 6.

Nibbyus (*mem. rom.*) ex hac inscriptione et alia infra edita n. 3665, quae extat in via Valeria duobus millibus passuum a Vicovaro, effecit tribum Varianorum fuisse Camiliam. E contrario mihi, cum constet Camiliam fuisse tribum Tiburtinorum, inscriptio quoque n. 3665 sine dubio sit hominis Tiburtini, etiam haec inscriptio n. 3472 non Variana creditur, sed Tiburtina. De loco ubi haec primum e terra prodierit, nil traditur: nam quod Chaupyus p. 255 ait balneum ab Helvio Rufo extructum fuisse eo ipso loco ubi est palatium Bolognettorum propter rudera nescio quae ibi reperta (*pavés de mosaique trouvés récemment dans le lieu qu'il occupa [le bain], qui est celui où est maintenant le château du Seigneur, comme cela se voit par les aqueducs antiques qui y aboutissent et dont on s'est servi pour la fontaine publique dont on vient d'orner la place, qui est devant cet edifice*), id quam exigui momenti sit, quivis videt. Potest inscriptio adlata esse Vicovaro in aedes Bolognettorum ex praediis eius gentis inter Vicovaro et Tibur, potest item eo venisse ex ipso Tibure. Nihilo minus, cum res incerta sit, non volui separare hanc inscriptionem ab reliquis Vicovari adservatis. — Qui titulum posuit Helvius Rufus is ipse videtur esse, qui anno p. C. 20 in Africa apud Thalam castellum fortiter se gessit et a proconsule torquibus et basta, a Tiberio corona civica donatus est[1] (Tac. ann. 3, 21), ut observarunt Bianchi Chaupy alii, adstipulantibus Marinio Arv. p. 688 not. 149 et Borghesio (apud Nipperdeium ad Tac. l. c.). Litteratura tituli aetati Tiberianae apta est. Helvius Rufus cum miles gregarius appelletur a Tacito, post illam pugnam Africanam ad centurionatum evectus sit necesse est. Merum agnomen esse Civicam etiam inde colligitur, quod id non cum nominibus in v. 1, sed cum titulo primipilaris in v. 2 coniunctum est.

1 Fieri potest ut eodem pertineat res relata a Masurio Sabino apud Gellium 5, 6, 14

3473 in Vico Vari in lapide intra ecclesiam S. Cosmae SVAR. (Barb.), in S. Cosmae primo lapide a Vico Vari ID. (Vat.). — Romae ... via Valeria prope Vicovarum MALV. (Ael. Lael.), Romae in Sanctorum Cosmae et Damiani ID. (marm. Fels.).

D I̊ O · MAMISVS
ARRVNTIA · PETALE · L · F
V · A · XXXX
L · RVPILIVS · DIADVMENVE
COIVNX · ET · RVPILIA · BLANDA · L · F ·
ET · RVPILIVS · SECVNDVS · L · F ·
PIENTISSIMAE

Suaresius cod. Barb. 30, 182 f. 19, cod. Vat. 9140 f. 31. Ab hoc pendet Malvasia Aelia Laelia Crispis 164, marm. Fels. 341 (inde Mur. 1302, 5).
Dedi ad Suaresium, menda Malvasiae omisi.

3474 in Vico Varii in ecclesia S. Mariae Gratiarum Franciscanorum in urna marmorea SVAR.

D · M
TI · CL · EVENTI
QVI · VIBIT · ANN · XVI
TI · CL · AVG · LIB
SALVIVS · ALVMNO
BEMEMERENTI
FECIT

Suaresius cod. Barb. 30, 182 f. 19, cod. Vat. 9140 f. 32 (inde pendet ut puto Fabretti 351, 43, qui auctorem non laudat; ex hoc Vulpi Lat. 10 p. 560, Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 375).

3475 effossa a Fortunatio anno 1858 in agro Tiburtino, prope Variam.

D · M
MEMOR · CRES
TENI · QVS VI*r*
ANNO · VNO ME
VIIII DIE · III
SATVRNINV*s*
ET · APRILLA
ALVMNE · FEC

Descripsit Pellegrini.
3 fin. 6 fin. deesse aliquid non traditur.

3476 rep. prope Vicovaro, nunc dicitur extare in vico Roccagiovane BELLI (1878).

d M S
A*e*SIDIO LASCIVO
*...*IA VALERIA COIVGI
sic BILIMO CVM QVO VI
xit ann ...III DIEBVS XX
*...*AB CVM MA
*...*NIOS

Ectypum dedit Eman. Belli Mandelae habitans.
4 scr. *incomparabilissimo*.

3477 urna marmorea. In S. Cosmae primo lapide a Vicovari ad puteum.

D · M ·
LVCIANO ·
SACRVM · Q ·
CARINATIVS ·
PAPIAS FECIT ·

Suaresius cod. Barb. 30, 182 f. 19, cod. Vat. 9140 f. 32.
3 CARINITIVS tam Barb. quam Vat., sed in cod. Barb. rubrica correctum in CARINATIVS. — 5 PAPIAS Barb., PARRAS Vat.

3478 basis. In S. Cosmae primo lapide a Vicovari SVAR. (Vat.), in crypta ubi S. Benedicto a monachis venenum comparatum et propinatum [cf. Mabillon annal. Benedict. I p. 8, Nibby *analisi* 3 p. 190] SVAR. (Barb.).

DIS MANIBVS
MANLIAE RHODINI
FIL · VIXIT AN XVI
C · VERATIVS RHODON
PATER
INFELICISSIMVS

Suaresius cod. Barb. 30, 182 f. 19, cod. Vat. 9140 f. 31'.

3479 tabula lapidis ut videtur Tiburtini litteris liberae rei publicae. Rep. *tra Vicovaro, Cantalupo, e Bardela* (DE SANCTIS). Mox Vicovari in aedibus Bolognettii, ubi extat in scalis.

MVNATIA · ST · F
C · MVNATIVS
Ɔ · L · PAMPHIL
IN AGR · P · XIIX

Recognovi. De Sanctis *villa di Orazio* (ed. a. 1784) p. 59. Marini Vat. 9123 f. 89' descriptam ab Amatio anno 1807; Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 379; Nibby *memorie romane* IV p. 20, *analisi* 3 p. 187; Stan. Viola *Giornale arcadico* 105 (1845) p. 31; F. Gori *viaggio a Tivoli e Subiaco* t. 2 p. 6.
1 ST·F est in lapide, non SP·F, ut habet Nibby.

3480 rep. *nel Fosso di Furio, territorio di Mandela*, extat *Castello di Mandela*

C · PIRRIVS
SI QVID PRAETERI*ens*
SI BENE · SIVE · MALE · *dixeris*
PIRRIA · C · L · HIL*ara*

Descripsi ex ectypo communicato a Fiorellio.
2. 3 supersunt ex disticho.

3481 prope Vicovaro *convento di S. Cosimato*.

...STONIS FACTV CAPE COS

Descripsi ex ectypo communicato a Fiorellio.
Non intellego; recens incisam esse suspicio venit.

3482 tabula marmorea. Rep. anno 17.. monachis Franciscanis consistentibus in .. nasterio S. Cosimati sito inter Vicova.. Cantalupo, ibi ubi Licenza rivus influ.. Anienem, in fundo quodam eius monasteri.. curatius nil traditur), adhibita est a mon.. in extructione arae ecclesiae eorum, inde .. bendam curavit CHAVPY et collocavit Vico.. aedibus Bolognetti, ubi extat.

VAL · MAXIMA MATER
DOMNIPREDIA VAL ·
DVLCISSIMA FILIA
QVE VIXIT ANNIS XXX
VI MEN II D XII IN PRE
DIIS · SVIS MASSE · MAN
DELANE SEPRETORVM
HERCVLES · QVESQ N PACE

Descripsi. Primus descripsisse dicitur Pe.. notarius Vicovari, a quo habuerunt .. Sanctis, qui edidit primus in dissertatio.. villa Horatii editione prima mihi no.. (a. 1791), et Chaupy, qui correctam ad l.. edidit *maison d'Horace* 3 p. 249 et aen.. in tabula adiuncta; mox Petroski in t.. phiae agri Tiburtini Revillasanae editione.. de Sanctis *villa di Orazio Flacco* ed .. p. 93, de visu; Marini Vat. 9125 .. descriptam ab Amatio; E. Q. Visconti co.. 9097 f. 97; Nibby *viaggio* 1 p. 199 (a.. n. 104), *memorie romane* 4 p. 27, *analisi* .. Sebastiani *viaggio* p. 383; Marocco *M.. tificio* 7 p. 171; Noel des Vergers *bu.. chéologique de l'Athenaeum français* 18.. F. Gori *viaggio a Tivoli e Subiaco* t.
Puncta quae notavit Chaupy (p. 2.. in v. 2 intra litteras D et in v. 7 p.. RET litteras, non sunt puncta, s.. lapidis.
2 *domnipraedius* vocabulum est et .. scriptione edita *bull. municipale* 1884 .. Corp. VI n. 592. Mox quadratarius vel .. concepit oblitus est addere cognomen .. sequentibus cogitatione supplendum .. nempe *Valeriam filiam in praediis* .. 8 verba *sepretorum Hercules* non in.. mihi videntur referenda esse ad non.. — 8 fin. lege *quiescit in pace*.

3483 fistula plumbea reperta a.. Vicovaro et Tibur, septem mili.. hinc, non longe a sepulcro, e.. sarcophagus cum fabula Melea.. vatus in museo Conservatorum

M · FVLVIVS · EVEMES

Descripsit de Rossi. C. L. Visco.. *cipale* 1 p. 176

3484 fistulae plumbeae duae .. Romam attulit negotians rer.. apud quem vidit Dressel.

T · SABIDIVS · HELICC

Descripsit Dressel.
Cf. infra n. 3706.

3485 tabula marmorea alta 42 cm., lata circiter 129 cm. Ad Vicum Varum in loco cui arx Iunonis [= Rocca Giovine] nomen est in ruinis aedis Victoriae VICT. Ad Vicum Varum in ruinis antiquae aedis GRVT. *Alla porta di Rocca Giovane* ASV. (ap. Mur. ms.). Ibi extat muro adfixa.

IMP · CAESAR · VESPASIANVS
AVG · PONTIFEX · MAXIMVS · TRIB
POTESTATIS · CENSOR AEDEM VICTORIAE
VETVSTATE · DILAPSAM · SVA · IMPENSA
RESTITVIT

Descripsi. Exhibent Marianus Victorius de antiq. Reate cod. Neap. f. 22 (inde Holstenius cod. Dresd. F 193 f. 27, qui extat ad Cluverium p. 197); Sirmondus ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 30 (ab hoc Grut. 1075, 2); Revillas sched. Berol. et apud Muratorium ms. 12, 221; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 170, Petroski (cf. p. 390 cap. XXVII not. 2) in topographia agri Tiburtini; de Sanctis *della villa di Orazio Flacco* (ed. a. 1784) p. 46, Fea ms. f. 102, edidit in opp. Horatii (1811) 2 p. 915 (ad ep. I, 10, 41) descriptam a Laurentio Re; Sebastiani *viaggio* p. 392; Marocco 7, 179; Noël des Vergers *bulletin archéologique de l'Athenaeum français* 1855 p. 26.

3. 4 litterae quas dedi inclinatas perierunt; exhibent eas auctores Fea antiquiores omnes.

Ab hac aede Victoriae propter vetustatem a Vespasiano restituta non diversum esse *fanum putre Vacunae, post* quod Horatius scripsit se dedisse epistulam libri I, 10 ad Aristium Fuscum (v. 49), primus coniecit Holstenius (adnot. ad Cluv. p. 107), repetiverunt paene omnes qui de villa Horatii scripserunt. Sane locus, quo extat haec inscriptio, vicinus et Variae et Mandelae et rivo Digentiae, egregie convenit; sed primum non ita certum est, Vacunam deam Sabinorum a Romanis vulgo habitam esse Victoriam — certe non defuerunt qui Vacunam aliis deabus adsimilarent —, praeterea non liquet cur Vespasianus ex inscriptione templi ab ipso restituti antiquum Vacunae nomen, quod reperitur in compluribus inscriptionibus agri Sabini (Corp. vol. IX, 4232. 4751. 4752), expellere voluerit et substituere ei Victoriam. — Aedes a Vespasiano restituta sive Victoriae sive Vacunae non video cur non possit fuisse eo loco ubi inscriptio iam saeculo XVI extitit, nullius auctoritatis sunt quae de vero et antiquo loco inscriptionis saeculo superiore protulit Chaupy p. 169 (*justement vers le milieu de l'espace* — inter rudera quae vult fuisse villae Horatianae et summum montem S. Gennaro — *on trouve des ruines antiques consistant en des pieces de ces gros murs, que les anciens donnoient à leurs fabriques; le lieu est environ un mille du lieu des ruines, et à un peu moins de Rocca-Giovine; c'est là que fut trouvée l'inscription*), parum probabiles autem coniecturae Bellii *bull. dell' Inst.* 1857 p. 121, immo suspectae, cum locus ubi is templum Victoriae collocavit situs sit, ut ipse non oblitus est adnotare, intra fines territorii eius oppidi, unde ipse erat, Cantalupo-Mandela.

3486 lamella aenea *e* Sabino agro nuper eruta apud Licentiam FABR.: tabella aenea reperta in praedio Ursinae familiae, cui nomen Licenza, prope Tibur sito BONANN. Extat in museo Oxoniensi exemplum quod genuinum esse adfirmat Huebner; id fuit aliquando, ut in ipsa tabella incisum legitur, in 'regiis Christinae (defunctae a. 1689) thesauris', mense Ianuario 1720 emit Romae, teste WARDIO, Rich. Rawlinson, cuius nomen quoque in parte postica ipsius tabellae inscriptum est. — Exemplum ab hoc diversum Romae in museo Kircheriano viderunt LVPI ET RON. — Tertium exemplum, nisi ipsum est alterum furto e museo Kircheriano ablatum, apud negotiantem rerum antiquarum vidit MAR., qui adfirmat falsum esse et addit postea inlatum esse in museum Vaticanum; in bibliotheca Vaticana OSANN. — Quartum exemplum Veronae apud se habuit MVSELLI, inter falsas musei Veronensis collocavit MAFFEI. — Quintum repertum inter Baulos et templum Veneris Baianum adservari apud Andream di Fraja scribit FRATILLI (apud Calogerà *raccolta* vol. 39. 1748 p. 399); id fortasse non diversum est ab eo quod servatur Neapoli in museo. Ceterum hoc exemplum Neapolitanum neque Mommseno neque Huebnero (ex. scr.) suspicionem movit.

FLORAS
TI · PLAVTIVS · DROSVS
MAG · TT
V · S · L · M

Descripsit Huebner exemplum nunc Oxoniense. Habet primum Fabretti p. 742 n. 509. Exemplum nunc Oxoniense rettulit Ward *philosophical transactions* 46 (1750) p. 293 aere expressum; Chandler marm. Oxoniens. part. III tab. I fig. IV. Exemplum olim musei Kircheriani Bonanni mus. Kircher. (1709) p. 61 tab. XXII n. I (inde Mur. 1984, 8); Lupi Vat. 9143 f. 2'. Exemplum Vaticanum Marini, qui memorat Arv. p. 377, sched. Vat. et Osann syll. 462. 901. Exemplum Veronense Muselli archipresbyter Veronensis apud Muratorium sched. XIX, 226 et v. i tantum Maffei mus. Ver. 175. Exemplum nunc Neapolitanum descripsit Mommsen inscr. Neap. n. 6755, ad ectypum delineavit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 891. Orell. 1620.

3487 prope Licenzam ibi ubi sunt rudera, quae villae Horatii credunt, saeculo XVIII exeunte prodiisse fistulam plumbeam inscriptam ···M·RVBEVS ait Sebastiani *viaggio* p. 397; de eadem fistula videtur verba facere Chaupy *maison d'Horace* III p. 11.

3488 propo Roccagiovine sub monte dicto *Marcone*.

F · Q · S · N · ARRE

Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 404.

3489 *nella terra di Civitella sopra altissimo monte* REV. Significatur Civitella sita inter Percile et Licenza, ut colligitur ex SEB.

D · M
EGNATIAE · IANV
ARIAE
C · COMINIVS · PRIS
CVS · COIVGI · B · M

Revillas ms. Berol. et apud Muratorium sched. 18, 994, ed. 1339, 3 (inde Mommsen inscr. Neap. n. 5291); Sebastiani, qui vidit, *viaggio* p. 388.

3490 cippus marmoreus. Percile DE SANCTIS, *presso la chiesa arcipretale* SEB. et adhuc.

D · M
MANLIAS · P · F
MAXIMINAE
VIX · ANN · VI · MEN · X · DIER · XVIII *sic*
P · MANLIVS · STAPHYLVS *sic*
ET · HERENNIA · C · F
MARCELLINA
PARENTES · INFELICISSIMI
FILIAS · PIISSIMAE · ET
C · HERENNIO · DAPHNO
ET · SIBI

Descripsi. De Sanctis *della villa di Orazio* (ed. 1784) p. 60; Sebastiani *viaggio* (1828) p. 389

3491 *nel paese di Scarpa.*

TITIENIAE · SEX · F
MVSAE
SEX · TITIENIVS
........EVS · FILIVS
ET · MVTTIVS · SYNERO[S]
CONIVNX
S · S · P Q EOR

Bruzza ms. ex epistula nescio cuius.

5 SINERO traditur.

XXVII. *Saracinesco. Sambuci. Ciciliano. Gerano.*

Complectitur hoc caput titulos repertos Sambuci et inter Sambuci et Saracinesco (n. 3492—3498), Ciciliani et sub Ciciliano (n. 3499—3511) — n. 3512 et 3513 separavi magis propter auctoritatem suspectam quam propter locum quo reperti esse dicuntur —, denique unam repertam vel descriptam Gerani (n. 3514). Fuit in hac regione, fortasse ibi ubi est Ciciliano, oppidum aliquod sui iuris cum suis magistratibus, testibus titulis potissimum n. 3505 et 3501, nam pertinere hos lapides ad magistratus oppidi alicuius alibi siti, qui casu quodam Ciciliani sepeliri voluerint, non est probabile; et Tiburi certe, ad quod hos lapides pertinere fortasse coniecceris, non conveniunt honores enumerati in n. 3500, nam neque duoviri Tibure umquam fuerunt nec videtur ibi fuisse flamen Augustalis. Tribus quoque frequens est in hac regione Aniensis (n. 3494. 3504. 3508. 3510. 3513) diversa a tribu Tiburtinorum, quamquam semel (n. 3506) reperitur tribus Tiburtinorum Camilia. Nomen oppidi adhuc ignotum est; nam quod de Trebula Suffenatium dixi ad n. 3492, coniectura est nimis incerta. Municipii loco fuisse id oppidum fortasse colligi potest ex n. 3502. Hoc constat, magistratus fuisse ibi duoviros (n. 3500), quinquennales (n. 3501), aediles (n. 3512), sacerdotes salios et flaminem Augustalem (n. 3550), praeterea *praefectus iure dicundo* et *praefectus aerari* fuerat is cuius est titulus saepe memoratus n. 3505.

Inscriptiones huius regionis duobus praecipue debentur viris, Didaco Revillas monacho Hieronymiano, qui inscriptiones ab ipso in agro Tiburtino et potissimum Ciciliani collectas et misit Muratorio et rettulit in schedas anno 1873 emptas a bibliotheca Berolinensi, nonnullas etiam ipse edidit in tabula topographica inscripta[1] 'dioecesis et agri Tiburtini topographia nunc primum trigonometrice delineata'[2]; et ei quem defunctum anno 1883 nondum eluximus Aloysio Bruzza monacho Barnabitae, is enim ut totum Corpus nostrum inscriptionum per multos annos summo studio ubi potuit adiuvit, ita mihi quoque inscriptiones Ciciliani et in regione vicina summa cura investigatas liberaliter communicavit et edendas permisit.

1) Singularum inscriptionum loca in hac tabula non indicantur, unde Muratorius eas quas inde sumpsit collocavit omnes Tibure.

2) Excusa primum est haec tabula teste Fabio Gori giornale arcad. vol. [illegible] p. 87 cf. p. 109 — nam mihi principem editionem videre non contigit — anno 1739 (certe non postea editum esse inde constat, quod Muratorius eam adhibuit in voluminibus novi thesauri), repetita post mortem auctoris anno 17[illegible]. In hac secunda editione, cuius exemplum mihi exhibuit Bruzza, nomen Revillasii non legitur, legitur nomen chalcographi, qui eam cardinali Flavio Chisio dicavit, Ioannis Petroski. Huius additamenta videntur esse quae in angulo separato tabulae leguntur inscriptiones tres, n. 3492 (pluribus annis post mortem Revillasii reperta), et n. 3485, et falsa una Ligoriana sumpta ut videtur ex Vulpio X p. 1[illegible].

3492 rep. *alla chiesa diruta di S. Pietro sotto Saracinesco, trovasi ora nella casa del sig. Arcangelo Ercoli di detto luogo* REV. ms. Berol., nuper rep. *sopra il monte di Sarracinesco* ID. apud Mur. ms. — Frustra quaesivi Saracinesco in aedibus olim Ercoli.

M · VETIVS · M · L · CISSVS
APPARITOR · X · VIR
VI · VIR · AVG · TEBVLAE · SVB 'sic' REV.
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
SVIS · POSTERISQ · EORVM
TESTAMENTO · FIERI · IVSIT 'sic' REV.
ARBITRATV · MARTIALIS · L ·

Servavit Revillas ms. Berol. et apud Muratorium sched. Mutinens. XVIII, 224, ed. 736, 8.

2 *apparitor (decem)vir(um)*. — 3 fin. dedi ut excepit Revillas, attamen valde probabile est fuisse in lapide TREBVLAE·SVF· (quod in mentem venerat etiam Muratorio aut ipsi Revillasio) et significari Trebulam Suffenatium memoratam a Plinio 3, 107 inter civitates Sabinorum, sed una cum Tibure, ita ut nihil obstet quin coniciamus Trebulam illam fuisse si non eo ipso loco ubi hic lapis repertus est, — tunc enim vix adscriptum esset nomen oppidi — sed tamen alicubi in ea regione[1]. Sane Tusculi homines Ostienses seviratu fungi voluerunt (supra n. 372. 421), Trebulam Suffenatium quemquam ex longinquo venisse ad seviratum capessendum non est probabile. Trebulanorum nomen praeterea lectum esse dicitur in inscriptione admodum suspecta n. 3513. — 7 cf. n. 3498.

1) Opinionem aliquam de situ Trebulae Suffenatium temere prolatam refutavit Mommsen huius Corp. vol. IX p. 451.

3493 fragmentum marmoreum. Saracinesco in muro domus privatae.

FILIA · P · F
MAMIDIV
VIVA · SE · FECIT
VIRO

Descripsi. Bruzza ms. qui vidit.

1 PILIA Bruzza.

3494 tabula, lapidis Tiburtini ut mihi videbatur, litteris bonis sub Saracinesco, Sambuci versus, *alla Fontana*.

RVFA
· L · F · ANI · FILO
SIBI · ET ·
...

Descripsi. Bruzza ms. descripsit.

3495 cippus. Sambuci *nel fondo detto delle grotte, della arcipretura*.

L · LICINIVS · L · L
TRYPHO
LICINIA · Ɔ · L · IONIA
IN · FR · P · L
IN · AGR · P · XL

Bruzza ms. ad ectypum. Camillus Trinchieri Sambucensis in schedis, quas vidit Bruzza.

3 L· Bruzza et hic et in n. 3496 v. 2; fortasse fuit L·Ɔ.

3496 Sambuci *nel fondo detto le grotte*.

L · LICINIVS · L · L · TRYPHO
LICINIA · Ɔ · L · IONIA
IN · FR · P · XL
IN · AGR · P · XL

Bruzza ms. qui vidit. Trinchieri ms.

3 lin. XL Bruzza, cum in n. 3495 exhibeat L.

3497 *alle grotte, quarto di S. Martino, distante canne 430 dal castello di Sambuci* BRVZZA I. Vicovari rep. anno 1575 *nel luogo detto San Martino* BRVZZA II., ubi Vicovari memoria forte errori debetur.

P · PLOTIDIVS · M · F
CALVIA · C · F · RVFA
FECIT · VIRO · SVO · ET · SIBI

Bruzza ms. excerpsit ex schedis Camilli Trinchieri ex I; idem dedit enotatam ex epistula cuiusdam.

1 PROTIDIVS ex. II. — M·F exemplum utrumque, sed in exemplo I adscriptum est in m *m* (intellego pro M). — 2 C·F ex. I, GN·F ex. II.

3498 *presso Sambuci lungo la via che dal giardino del Barone porta a Vicovaro, sotto detta uccelliera della signora*.

M · VETIVS
MARTIALIS
VETIA FELICVLA
IN FR L L... A
IN L P L

Descriptam a Pieralice communicavit.

1. 2 idem ut videtur Martialis qui n. 3492 v. 7. — 4. 5 male descripsi attigi.

3499 *pietra nel fondo della valle sotto la Rocchetta a Ciciliano.*

SAC

Bruzza ms.

3500 tabula marmorea litteris ex parte evanidis. Sub Ciciliano loco dicto Valle Cupe, in agro Seraphini Buonuomo.

C · METTIL*ivs* . . *f*. RVFVS
II · VIR · TERT · PRAEF · AERAR
SALIVS · PRAEF · IVR · DIC
FLAMEN · AVGVSTA*lis*

(fragmentum: . . · P · F / . . T S R)

Descripsi et recognovi. Descripsit etiam Bruzza.

1 nomen mihi magis videbatur esse METILIVS quam METTIVS; hoc habet Bruzza. — Frustulum quod continet vv. 1 et 2 fines, ego non vidi, habui a Bruzza.

3501 fragmentum tabulae marmoreae litteris alterius p. C. saeculi. Ciciliani *nel pavimento della casa di Gio. Battista Ceccarelli detto Rolino.*

SERVILIO · C · F
MACRO
QVINQ

Descripsi. Bruzza ms.

3502 Ciciliani *nel luogo detto S. Giovanni.*

. . . NI
DACICI
NICIPI

Bruzza, qui vidit, misit anno 1863.

V. 2 fortasse supplendus [*legato*] vel [*quaestori imp. Caes. Nervae Traiani Aug.*] *Dacici*, v. 3 [*patrono municipi*].

3503 *alla soglia della porta di Ciciliano in caratteri grandi tre quarti di palmo* REV. Frustra quaesivi.

P · AIEDIVS · P
SEV

Revillas ms. Berol. et apud Muratorium sched. Mut. XVIII, 224, item in topographia agri Tiburtini.

Nomen videtur fuisse *P. Aiedius P.* [*l.*] vel. [*f.*]. — 2 potest fuisse *sev(ir)* nempe *Augustalis.*

3504 tabula marmorea, *posta nel muro di una casa di campagna vicina allo spedale di Ciciliano* REV. Extat eodem loco, sub Ciciliano *rimessa Colabucci ora Giuseppe Salviati*, immissa parieti.

C · ANNIVS · T · F · ANI
SALANIA · *M* · F · SEP

Descripsi. Revillas ms. Berol. et apud Muratorium ms. Mutin. XVIII, 224, ed. 1532, 7; Marocco *mon. dello stato pont.* 6 p. 145; St. Viola *giorn. arc.* vol. 119 (1850) p. 308.

2 *sep.* coniato Sublacensi n. 3460 fortasse legi debet *sep(ulta)* vel *sep(ulti)*.

3505 *questi due frammenti trovansi separati in due luoghi di Ciciliano; i vecchi di questa terra dicono che formavano una sol pietra: ed in fatti le linee ed i caratteri concordano* REV. Ego frustra quaesivi.

T ANNIV	
T ANNIVS	
L · CALPVRN	L · EVMENI
AFINIA · \	DIONYSIA
VIVA	FECIT
AFINIA	SECVNDA

Revillas ms. Berol. et apud Muratorium sched. Mut. XVIII, 224 (unde Muratorius 1738, 10 solam partem intuenti dextram), item in topographia agri Tiburtini.

Revillas ms. Berol. coniunxit sic

IANNIV	L·EVMENI
IANNIVS	DIONYSIA

et sic deinceps; separata fragmenta exhibet apud Mur. — 1 in. 2 in. Revillas non videtur agnovisse nisi hastas rectas; incertum igitur utrum praenomen Anniorum fuerit T an L an P. — 4 in. FAFINIA\, 6 AIINIA traditur.

3506 *due pezzi di lapide esistenti nel muro laterale destro della chiesa di S. Pietro di Ciciliano al di fuori lontano dalla detta terra mezzo miglio verso a Tivoli* REV. (Berol.). Nunc pars intuenti sinistra extat intra oppidum Ciciliano inserta muro domus privatae, pars intuenti dextra latet vel periit.

L · CAELIO	TI · F · CAM MONTAN
TONGILIAE · Ↄ · L ·	ANAPAVMAE VRORI
L · CAELIO · L	· L · CHRYSANTO · L ·
L · FVRIO · L	· L · ARASCANTO
L · FVRIO · L	· Ↄ · L · SYNISTORI
TONGILIA · L · L	· CALLITYCHE FECIT
CVNIA · S	IBI · ET SVIS

Descripsi partem intuenti sinistram, eandem descripsit Bruzza. Utramque exhibent Revillas sched. Berol. bis, item apud Muratorium sched. Mutin. XVIII, 224 (unde edidit Murat. 1648, 10 partem sinistram, 1323, 2 partem dextram, denique in topographia agri Tiburtini (inde Mur. 1576, 73 partem sinistram, 1549, 2 partem dextram); Marocco *mon. dello stat. pont.* 6 p. 147.

1 L·CAELIO Rev. Berol.) loco altero (?) et Marocco, I·CAELIO Rev. ap. Mur. et sched. Berol. loco altero; ego ex iis litteris hodie dimidiatis primam L et O non agnovi, agnovit eas Bruzza. — TI·F Mar., II·F Rev. — 2 ...ANAPAVMAE Mar., NAPAVMAE Rev. — 3 CHRISANTO Mar., CHRYSATO Rev. Berol. *II*. — 5 fragmentum, quod superest post FVRIO, videtur fuisse Ⅎ. L·FVRIO·I et deinde Ↄ·L·SINISTORI Rev., L·FVRIO F·Ↄ·L·SYNISTORI Marocc. — 6 CALLITYCHI Rev. (Berol.), CALLITYCHE id. apud Mur., CALLISTICHE Marocc. — 7 CVNIA·S et deinde IBI·ET·SVIS Rev. (qui in schedis Berol. altero loco suppet [*pecunia sua sibi et suis*], ...SVE ....SIBI·ET SVIS Mar.; ego et Bruzza in parte sinistra excepimus CVN, quod superest ex CVNIA vel etiam ex CVM, reliqua perierunt.

3507 tabula parva lapidis ut videtur Tiburtini. Ciciliani supra portam aedium de Luca.

T · DECEMI *sic*
T · L · PHILO
NIQVI *sic*

Descripsi. Marocco *mon. dello stato pont.* 6 p. 142; Bruzza ms.

3508 *lapide intera di marmo duro scritta in caratteri grandi e ben formati, trovasi all' ospitale di Ceciliano, nella Valle* REV. Ibi nunc non extat.

C · MACEDINVS · C · F
ANI RVFVR

Revillas sched. Berol. et apud Muratorium ms. Mutin. XVIII, 224, ed. 1704, 5.

3509 Ciciliani *nel pavimento della casa di Gio. Batt. Ceccarelli detta Rolino.*

A · F · SILVAN

Descripsi. Bruzza ms.

3510 Ciciliani ibi ubi ea quae praecedit.

T · VETI · STI · ANI
LAEONT c NI

Bruzza descripsit, qui de lectione dubitavit.

T. Veti St(ati) f. Ani. Laeontini.

3511 fragmenta duo epistylii lapidis ut videtur Tiburtini litteris cm. 16—12. Sub Ciciliano *nella chiesa della Madonna del Carmine* REV. (Berol.). Extat in huius ecclesiae pariete extrinsecus.

EDIA · F F · L · N*YS*	A · VRO
BI · ET · VIRO · SVO · F*ECIT*	· ET · SVI
ARBITRAT*V·NV*	T AS

Descripsi quae dantur litteris rectis. Utrumque fragmentum exhibent Revillas ms. Berol. et apud Muratorium ms. Mutin. XVIII, 224, ed. 1426, 6 et in topographia agri Tiburtini (inde Mur. 1336, 6) et Marocco *mon. dello stat. pont.* 6 p. 144; solum maius etiam Amati ms. Vat. 9757 f. 74' descriptum a Stephano Rossi. Quae ego, Bruzza quoque descripsit.

Paucas litteras in parte dextra fragmenti maioris nunc effractas dedi typis inclinatis ex Revillasio et Amatio consentientibus (Marocco habet in v. 1 NVS..., in v. 3 non plus quam nunc extat). Apud Revillasium fragmenta sic se excipiunt: v. 1 NYSA·VXO|, v. 2 FECIT·ET·SV|, v. 2 ARBITRATV·NVAE, non recte ut apparet potissimum ex v. 3, ubi ante AS superest fragmentum quod videtur fuisse litterae T, certe non pertinebat ad V; videtur fuisse *Nu*[*meniae liber*]*tas* vel simile quid. — Nomen gentilicium in v. 1 potest fuisse [*Ai*]*edia*, cf. n. 3503.

3512 aestate a. 1786 cum Didacus Noronte, legatus regis Lusitaniae apud pontificem, degeret Ciciliani, effossiones instituit, ut narrat MONTANARI, compluribus locis territorii eius oppidi, et praecipue a *destra della via che porta a Subiaco e in vicinanza d' una fabbrica quasi del tutto diruta, che mostra per alcune pitture, delle quali ve ne resta qualche ombra, esser stati ne' secoli non molto da noi lontani una piccola chiesa, conservando anche il vocabolo*; eo loco prodiisse tradit hanc inscriptionem.

A · FVRIO · A · F
CLEMENT · AEDILI
OPPIDANI

Caietanus Montanari in epistula nescio ad quem vel quando data, quam ipsam non vidi, vidi apographum eius (indicatum a Rossio) in cod. Vat. 9846.

3513 post relationem de effossione, ex qua prodiit n. 3512, ita pergit MONTANARI: *e con* [...] *quanto allo scavo fatto con maggior impegno: degli altri poi niente o poco si* [...] *di modo che il meglio fu un cippo alto palmi cinque e largo due e oncie quattro, in cui leggo quanto segue*

CERVIAE FILIAE
GVLAE · MATRI
PIISSIMAE
A · CERVIO · A · F · ANI ·
5 PLEBEIO · FRATRI
C · CERVIVS · A · F · ANI
FLACCVS · FECIT

M · MINERVINO
10 T · TREBVLANO · MVNICIP
ALBANO
///TEILIAE ////ARINI
TREBVLANO MVNICIP · FERENTIN
/// ANDIAE /// MAIORI

Caietanus Montanari *l. c.*

Post v. 7 requiri vocabulum ET, sed non extare in lapide. vv. 9 seq. paullo aliter exarata esse ac priores (*qualche piccola diversità di caratteri*) ait Montanarius, unde ipsi venisse in mentem, hanc partem postea additam esse (*che i secondi siansi serviti del cippo dei primi per eternarvi la memorie de' loro defonti*). — 1—7 *Cerviae F[elic]ulae matri pissimae; A. Cervio A. f. Ani. Plebeio fratri; C. Cervius A. f. Ani. Flaccus fecit.* Quae sequuntur, facere non possum quin existimem ficticia vel certe gravissime interpolata. Vereor ne Montanarius, qui ad n. 3512 questus erat propter nimiam elegantiam nomen oppidi desiderari (*la molta eleganza di quella iscrizione ci toglie il piacere d' intendere il nome di questo oppido*), huic desiderio satisfecerit addendo ad inscriptionem Cerviae Feliculae mantissam cum mentione municipiorum Trebulae Albani Ferentinensis. De Trebula tamen cf. ad n. 3492.

3514 fragmentum marmoreum. Gerano.



Descripsit Hübner anno ut puto 1857.

Litura in v. 2 et nomen Severi v. 4 demonstrant, hoc fragmentum superesse ex magna inscriptione imperatoria. Vv. 4. 5 fuit fortasse [*Ir...*] *Severi [Pii nep., divi magni Antonini fil.*, et in v. 1 et in v. 3 litterae ducunt ad [*mater cast*]*rorum*, ita ut possis conicere hunc titulum dedicatum fuisse matri et aviae aut Elagabali aut Alexandri.

XXVIII. *Castelmadama.*

Sequuntur tituli reperti Castelmadamae et in agro eius oppidi. — Oppidum quod nunc dicitur Castelmadama (ante medium saeculum XVI dicebatur Castrum S. Angeli) saeculo XVII nonnullis eius civibus placuit derivare ob Empulo antiqua urbe memorata semel tantum apud Livium 7, 18, 2 cf. infra p. 368, situs plane incerti, nisi quod non ita multum a Tibure eam afuisse adparet; — nimirum Empulum fuisse voluerunt sub Castelmadama ubi locus dicitur *Ampiglione*, eius autem incolas medio aevo translatos esse Castelmadamam. Repetivit has nugas et sibi pr[...] fecit Kircherus Lat. p. 177—183, crediderunt multi, in his Nibby [...] 2 p. 5 seq., qui etiam moenia antiquissima Empuli sibi reppersisse [...] est (l. c. p. 10). — Tiburtinorum quin haec tota regio fuerit, [...] dubitari, quamquam mirum est hic quoque tribum non reperiri militiam Tiburtinorum, sed Aniensem (n. 3519. 3521).

3515 tabula marmorea litteris optimae aetatis Castelmadama in aedibus baronalibus muro impluvii inserta.

L · BAEBIO · L · F · SERG
BALBO · TRIB · MIL
LEG · VIII · ITEM · TRIB
M ! /

Recognovi. Memorat Sebastiani *viaggio a Tivoli* (1828) p. 345; exhibet Melchiorri in addendis ms. ad Kellermanni vigiles acceptam a P[...] contio (inde huius Corp. vol. VI n. 3507); Petrus Rosa descripsit.
4 om. Melch.

3516 tabula marmorea rep. anno 1807 *nel territorio di Castelmadama* MAR., anno 1916 loco, qui dicitur *Monte Papese*, deinde Castelmadamae in aedibus baronalibus AM. Ibi extat.

D · M
M · MESSI · M · F · GAL
RVSTICI · AEMILI
AFRI · CVTI · ROMVLI
PRISCIANI
ARRI · PROCVLI
X · VIR · STLITIBVS
IVDICANDIS
AEMILIVS · PAPVS
ET · CVTIA · PRISCA
PARENTES
INFELICISSIMI
FILIO · OPTIMO

Recognovi. Marini syll. dol. ad n. 1149 *a auctore non laudato*; Fea sched. f. 281 manu ignota, Melchiorri ms. acceptam a P. H. Viscontio; Amati ms. Vat. 2745 f. 9. 2749 f. 45', 9762 f. 60, aut idem aut Biondi edidit *Giornale arc.* vol. 21, 1824 p. 69 (inde Henzen syll. n. 6460); Sebastiani *viaggio* p. 345 acceptam a Stephano Rossi; Petrus Rosa descripsit.

Homines oriundi ex Hispania Baetica, ut probant tituli adfinium eorum reperti in ea provincia non pauci (Corp. II, 1172. 1173. 1175. 1282. 1283. 1371); ex eis unus, M. Messius Rusticus Aemilius Papus Arrius Proculus Iulius Celsus, floruit sub Hadriano, alter, M. Cutius M. f. Gal Priscus Messius Rusticus Aemilius Papus Arrius Proculus Iulius Celsus, sub Antonino Pio. L. Messius Rusticus cos. fuit suffectus a. 114, curator alvei Tiberis a. 121 (Corp. vol. VI n. 1240).

3517 tabula marmorea litteris malis et parum alte incisis, altis cm. 5—6. Castelmadamae in aedibus baronalibus.

NIO · TIMBIO · TARXVT
ATTICO · C M · V
PRAETORI TVTELARIO
su. ubv S · F · QVI VIXIT AN · XX·VIII
A · MAXIMA · C · F · A SOLO S
memORIAM FECIT COIVGI
SSIMO · CVM QVO
vixiT · ANN · VIIII · M · VII D XI

Descripsi. Descripsit etiam Bruzza ms.
9 fin. XII Bruzza.

3518 a *Castelmadama presso Collescarano.*

TRICIS · LEG · LEG · XI · CLAVD · SODAL · TITI
S · QVAEST · VRB · QVI · VIR · ANNIS · X
..IANI · C · PO

Bruzza ms. ad ectypum. Idem habuit apographum nescio a quo confectum.
1 lin. IIII apographum Bruzzae. — 2 in. [*decemviro stl. iudicandis.*

3519 *pietra montana Castelmadame in Collemurato, infissa nel muro del fabbricato del sig. Perugini.*

protome

T · ANNIOAENVS · M · F · OLIA
ANIE

Bruzza ms. delineavit. Ex Bruzzae apographo ed. Garrucci syll. n. 2302 p. 556.
T. Annioleni M. f. Anie[nsi] et Oliae lapis sepulcralis.

3520 *scolpite sopra uno scoglio che sorge da terra nel bosco che è a sinistra della strada che dal fosso di S. Cecilia* [inter Castelmadamam et Ciciliano] *va a Sambuci, nel punto quasi culminante detto il Morone alla Forcella* BRVZZA, qui addit: *nella parte superiore, ove lo scoglio è piano, è scolpito un vano quadrilatero, profondo circa 30 centimetri ove erano le ceneri.*

T CORNELIVS L L
PHILEROS =

Bruzza ms. qui descripsit.

3521 rep. *presso alla chiesa ora distrutta in vicinanza dei ruderi di Ampilione.*

.. domITIO T · F · AN ·
aVSTO

Bruzza ms., qui videtur vidisse. — In latere averso Bruzza tradit extare ornamenta quae medium aevum referant, cum litteris his (fortasse finibus hexametrorum)

sALVTIS
CORDIS

3522 Castelmadama, *luogo detto Collemare presso Luigi Santelomazzo detto Miscitto*; inde ibidem *nel Castello.*

P · FORBEIVS · Ɔ · L · OPTATVS
VIXIT · ANN · I · ET · MENS · VII

Bruzza descripsit.

3523 tabula marmorea Castelmadama rep. *vicino al casino Pappi*, nunc in aedibus baronalibus muro cavaedii inserta.

C · GELLIVS · GELLIANVS
VIXIT · ANNIS · XXIIII
MENSIBVS · VIII
H · S · EST

Recognovi. Amati ms. Vat. 9745 f. 9, 2747 f. 53' descriptam a Stephano Rossi; *Giornale arcad.* vol. 21 (1824) p. 62; Sebastiani *viaggio* (1828) p. 345 memorat, non exhibet; St. Viola *giornale arcadico* vol. 124 (1851) p. 329.

3524 rep. prope Castelmadama *in una vigna sita presso il Monte detto Papese.*

M · IVLIVS · CELADI
AVGVSTAE · L · L
CELER

Bruzza habuit descriptam ab Eduardo Sassi, ipse vidit ectypum.

Celadus Augustae libertus fortasse non diversus est a Celado, quem libertum Augustus in honore et usu maximo habuit teste Suetonio Aug. c. 67; ad familiam eius videtur pertinuisse Ti. Caesaris servus Celadianus, huius Corp. vol. VI n. 8909. Cf. etiam infra n. 3908.

3525 cippus, *due chilometri fuori di Castelmadama a destra della strada Empolitana di là del fosso presso la falda della montagna di S. Gregorio, territorio di Castelmadama.*

IN AGR P · XXXV
EXCIPITVR · HVIC
SEPVLCRO
M · TVLLI · SPERATI
ADITVS AMBITVS FVNERIS
SACRIFICIO FACIVNDI
CAVSA

Bruzza ms. descripsit.

3526 ara marmorea litteris evanidis, *all' osteria di Ampiglione* (medio fere itinere inter Tibur et Ciciliano).

flos P VETVRIVS P L PHILEROS flos
P VETVRIVS P L FELIX

Descripsit Bormann, vidi ipse. Nibby *anal.* II p. 10.
VPPVRIVS (pro VETVRIVS) bis, 2 HELLIX (pro FELIX) Nibby.

3527 Castelmadamae.

FATIGAS SVBITO
VERAQVE NOBIS
SERVANTVR IACRum *sic*
CINERES VT TVOS
IN CAELO COIVM
eDVENIES SVBITO

Descripsi ex ectypo misso a Bruzza.

3528 litteris rudibus; *la iscrizione non sembra terminata, poichè terminava alla metà della pietra e l' altra metà rimaneva in bianco.* Rep. *presso Ampiglione; il contadino che la trovò la vendè subito ad un muratore.*

DIS MA
NIBVS
FAXINIIS
PIENISSIMI SID

Eduardus Sassi in epistula data ad Bruzzam Castelmadamae d. 2. Apr. 1880, communicavit Bruzza.
Dedi ut excepit Sassius; 3 scr. PARENTES, 4 PIENTISSIMI.

3529 cippi duo, *alla formella di Agostino Pascucci, territorio di Castelmadama presso i confini di Ciciliano.*

IN FRON	IN FRON
P · LV	P · LV
IN · AGR	IN AGR
P · XX	P · XXV

Bruzza ms. exhibet utrumque; alterum vidi ipse et descripsi vv. 1—3 (v. 4 in terra latebat).

XXIX. *S. Gregorio.* AEFVLA?

Ubi hodie est vicus S. Gregorii, ibi Sassulam urbem fuisse memoratam a Livio 7, 16 (cf. infra p. 385), 'variis coniecturis sedulo ex huiusmodi locorum inspectione', ut ipse eleganter ait, adfirmavit summus nugator Kircherus (Lat. p. 184 cf. tabula p. 178); qua re effecit ut hodie vicus ille publice appelletur *S. Gregorio di Sassola*. — Alicubi in ea regione fuisse Aefulam colligi potest ex n. 3530 v. 7, ubi cf. adnotata. Aetate imperatorum, qua Aefula esse desierat, non dubi[…] quin haec regio fuerit comprehensa finibus Tiburtinorum, praeserti[m] cum in fistula aquaria n. 3832 inscriptum sit nomen aquarii Tiburt[…] qua de re cf. ad n. 3704—3707.

3530 tabula marmorea. Extabat, cum priorum descripta est, in oppido S. Gregorii in aedibus baronalibus; verum non ex agro eius oppidi produc[…] sed repertam esse *nel territorio di Tivoli verso la terra di San Gregorio nella montagna detta di Santo Angelo in valle di Faccia s[…]* *Arcense* auctor est ANT. DEL RE (ed.); similiter *stava nella chiesa di S. Angelo in terr(itorio) di Tivoli nella sommità d' un monte .. hoggi* […] *di sant' Angelo in Valle Arcense o vero in Valle di Fiaccio* ait IDEM (ms.). Mons ille medius est inter Tibur et S. Gregorio. Unde hanc de tra[ns]latione inscriptionis habuerit notitiam, Antonius del Re non tradit; nec multum ei narrationi auctoritatis tribuo. Multo veri similius est inscriptionem adservatam in aedibus baronalibus oppidi S. Gregorii eo adlatam esse ex agro eius oppidi, quam ex territorio Tiburtino (quod tam[en] Albertus Cassio *corso dell' acque* I p. 215, auctore non laudato, et repetiverunt multi, versus annum 1600 cecidisse inscriptionem ex cacumine montis S. Ang[eli in] vallem dictum *valle Arcese* ibique repertam esse a domino oppidi S. Gregorii Lothario Conti, id totum Cassii ingenio debetur). Falsus amor p[a]triae potest Antonium del Re induxisse, ut etiam sine idoneis testibus hanc inscriptionem repertam esse scriberet intra territorium oppidi e[i]unde ipse erat. — *Adesso d(etta) inscrittione sta nella terra di S. Gregorio nel palazzo del Duca di Poli sig(nore) di d(etta) terra* ANT. DEL R[E] (ms. et ita fere ed.). Ibidem vidit DONI. Tiburi SVAR., errore ut puto. Locus non adnotatur in COD. BARB. XXX, 62. Partem Romae in aedib[us] Barberinorum vidit SEGVIER. Ea hodie quoque ibi extat inter reposita. — Extare adhuc in vico S. Gregorii dicit Lanciani *acquedotti* p. 11[…] auctorem citans Bruzzam, errore manifesto.

B O N A E D E A E · S A N C T I S S I M A E
CAELESTI · L · PAQ V E D I V S F E S T V S
R E D E M P T O R · O P E *R V M C A E S A R*
E T P V P L I C O R V M · A E D *E M D I R V T A M*
R E F E C I T Q V O D A D I V T O *R I O E I V S*
R I V O M A Q V A E C L A V D *I A E A V G V S T*
S V B M O N T E A E F L A N O *C O N S V M M A*
VIT · IMP · DOMIT · CAESAR · AVG · GE*RM* · *XIIII* · *COS* · *V* · *NON* · *IVL*   5 Iul. 88

Partem quae superest descripsit Bormann. Primus descripsit Antonius del Re cap. V (ed. p. 92) et cap. VI (ms. Barb. LIII, 32). Inde pendet Marzi II p. 193; Holstenius ad Cluverium p. 200 (inde Fabretti 637, 316, ex hoc Vulpi 10 p. 218. 467); Spon misc. p. 93 qui laudat fo. Vaillant. Item ex lapide Donius ms. Neap. 33, 1, ed. 1, 121 (inde Mur. 138, 3); manus ignota delineavit in folio singulari cod. Barb. XXX, 92 f. 73 (ol[im] f. 232) (inde fortasse repetita est in folio singulari inter schedas Moronii cod. Barb. XXIX, 148); nescio unde, certe non de visu, Suaresius V[at.] 9140 f. 212. A prioribus Orelli 1523. — Partem eam quae nunc extat de visu dat Seguier ms. Paris. f. 185.

Quae perierunt, dedi inclinatis.

Vv. non recte divisit Ant. del Re; idem 2 PASQVIDIVS, 3 CAES (ms., CAESAR ed.), 4 ET om., PVBLICORVM, DIRVTAM, 5 EIVS om., 6 AVGVSTAE 7 AFLIANO (ms., AFFLIANO ed.), 7. 8 CONSVMAVIT, 8 XIIII om. — Reliqui fere consentiunt, nisi quod in v. 4 PVBLICORVM Barb. XXXIX, 7 o ..AN Suar., 7 AEFLIANO Don., 8 CONS Barb. XXX.

Primus editor Antonius del Re cum audisset vel certa sibi persuasisset, inscriptionem, antequam S. Gregorium afferretur, stetisse in summo mo[nte] S. Angeli, credidit hunc ipsum esse montem Aeflanum (sive, ut ipsi dicebatur, Afflianum) memoratum in inscriptione v. 7; unde ex eo tempo[re] mons ille chorographis dicitur mons Afflianus vel Aeflianus. Ego non video, cur aedes Bonae deae restituta a L. Paquedio Festo, redempto[re] operum Caesaris et publicorum (cf. huius corp. vol. VI n. 9634), post consummatum sub monte Aeflano rivum aquae Claudiae, sita esse debe[at] in ipso monte Aeflano; atque, etiam si constaret de loco ubi antiquitus inscriptio stetit, nequaquam decisum esse mihi videtur de situ mo[ntis] Aeflani; hoc tantum probabiliter statui potest, vicinam fuisse aedem Bonae deae monti Aeflano. Nomen autem habuit mons Aeflanus, ubicunque fuit, sine d[ubio] ab Aefula veteris Latii oppido, quod memorat Horatius carmine 3, 29, 6, quo Maecenatem invitat his verbis: *eripe te morae, ne semper ud[um] Tibur et Aefulae*[1]) *declive contempleris arvum et Telegoni iuga parricidae*[2]), et cuius arcem memorat Livius 26, 9, 9 narrans, adpropinqu[ante] Hannibale via Latina a. u. c. 543 praesidia esse posita *in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam Albano atque arce A[efu]lana*[3]), cives Plinius hist. nat. 3, 69 inter populos olim carnem in monte Albano accipere solitos, sed iam nullos (ubi tamen tra[dunt] *Aesolani*). Ex Horatio et Livio colligi potest, Aefulam sitam fuisse loco edito et munito, ita ut et ipsa una cum Tibure et Tusculo in conspectu esset collibus urbis Romae, et ex ipsius arce, similiter ut ex monte Albano, prospectus pateret Romam et meridiem versus. Sed haec non s[uffi]ciunt ad determinandum et digito monstrandum locum ubi olim Aefulae moenia steterint. Nibby tamen (*analisi* I p. 32) eis quae tradunt [de] Aefula nisus, censuit, *che debba collocarsi* (Aefula sive, ut ipsi dicebatur, Aesula), *o sulla falda, che domina immediatamente il Colle Fau[stiniano]* *o sul Colle Faustiniano medesimo*. Collis Faustinianus ab oppido S. Gregorii, ubi haec inscriptio primum descripta est, duobus vel ad sum[mum] tribus milibus passuum distat. Contra num ei regioni, ex qua hanc inscriptionem prodiisse Antonius del Re affirmavit, ea conveniant quae [Hora]tius et Livius de Aefulae situ tradunt, valde dubito. — 2 Bonam deam Caelestem dictam cave confundas, quod fecerunt nonnulli, cum C[aelesti] dea Africana.

1) Pars codicum Horatii habet *Aesulae*, quam lectionem in omnes editiones receptam expulit Huebner Hermae vol. I p. 426.
2) Quae commentator Horatii quem Acronem appellare solent adscripsit: *nomen alterius urbis in latere montis constitutae*, nihil docent.
3) Male et contra codicem Puteanum edebatur *Aesulana*, correxit Huebner l. c. Idem praeterea observavit nomen *Aefulanus* (*Aefolanus*, *Aeflanus*) pluribus inscriptionibus (huius Corp. vol. I, 4555=II, 3456, VI, 13556. 13557. 13564, *Bull. comunale* 1886 p. 375 n. 1444, C. I. Gr. 5157) repertum ab eodem oppido esse de[…]

3531 S. Gregorio *in casa di Gio. Batt. Rocco.*

D · M
M · AVRELIO
FELICISSIMO
SATVRNINA
5 FECIT

Revillas sched. Berol.

3532 fistula plumbea rep. Castel S. Gregorio *nelle ruine di una antica chiesa nel monte di Folta Cerella* anno 1744, cum ab incolis eius oppidi reliquiae S. Silviae quaererentur CASS. Aedificiorum antiquorum eo loco repertorum ichnographiam dat Cassius in tab. ad p. 100.

SABIDIVS DIONYSIVS FEC

Cassio *memorie di S. Silvia* (1757) p. 190.

Repetivi infra n. 3705, ubi cf.

XXX. TIBVR (*Tivoli*). Tribu Camilia.

Tiburis[1] conditorem alii ex antiquis Tiburnum[2] voluerunt fuisse sive Tiburtum[3], cuius Tiburni memoria etiam imperatorum aetate Tibure celebatur[4], alii Catillum[5], quod nomen monti erat sito iuxta Tibur[6]. Hunc Catillum Cato, teste Solino[7], scripsit fuisse Arcadem, praefectum classis Euandri; alii[8], inter quos fuit Sextius aliquis praeterea ignotus, tam Catillum quam Tiburnum, quos fratres fuisse voluerunt et quibus tertium addiderant fratrem Coram[9], Argivos fecerunt, Amphiarai regis vel filios[10] vel nepotes[11]; quam opinionem sequuntur Vergilius Horatius Ovidius[12]. Ei qui primos Latii incolas statuerant fuisse Siculos, his supervenisse Aborigines, ad Siculos Tiburis originem referebant, argumento etiam usi quod pars urbis nomen retineret Sicelio (Dionys. 1, 16; cf. Solinus l. c.: *depulsis ex oppido Siciliae veteribus Sicanis*); qui totum Latium ab Alba Longa repetebant, non potuerunt non enumerare Tibur inter colonias ab Albanis regibus deductas (Diodor. lib. VII). Vergilio placuit commemorare Tibur inter civitates Latino regi contra Aeneam auxilium ferentes (Aen. 7, 630. 670); eidem (l. c. v. 630) cur in mentem venerit Tibur appellare *superbum* (a Vergilio pendet Symmachus ep. 7, 16), ego nescio, sed certe id ille non fecit propter eam causam quam sibi excogitavit grammaticus nescio quis apud Servium. Situm fuit Tibur in ripa sinistra Anienis ibi ubi hodie est *Tivoli*; finitimum igitur fuit Sabinis — adeo ut fundos Catulli ab ipso dici potuerit Tibers, ab aliis Sabinos (Catull. 44, 1—6)[13] — nec tamen ipsum Sabinum; nam quod Plinius in chorographia Italiae (6, 107) Tibur Sabinis adscripsit, id omnino errore factum est, nato ut puto inde quod Tiburtini ab Augusto non, ut reliqui Latini, regioni Italiae primae, sed, ut Sabini, regioni quartae adtributi erant[14]. Adest Tibur in elencho populorum Latii inserto a Dionysio 5, 61 historiae anni ab u. c. 258; fuisse Tiburtinos inter eos populos Latinos quibuscum anno 261 Sp. Cassius foedus percussit Cicero significat oratione qua Balbum defendit 23, 53[15]. — Bellorum quae urbs olim valida gesserit cum Volscis et victoriae de his reportatae tenuis memoria superest apud Servium ad Verg. Aen. 6, 285[16]. — In historia urbis Romae Tiburtini memorantur primum anno u. c. 393, quo anno dicuntur consulibus Romanis portas clausisse (Liv. 7, 9, 1) — quasi aperire eas debuerint — et mox se coniunxisse cum Gallis (Liv. 7, 11, 1). Bellum inde ortum, quo saepius Tiburtini victi esse dicuntur, capta ex eis oppida non alioquin ignota Empulum (Liv. 7, 18, 2) et Sassula (ib. c. 19, 1), bis de eis triumphatum, anno 394 et anno 400 (fasti triumph. Capitolini; Liv. 7, 11, 9, c. 19, 2). Deinde bello Latino a. 415 iterumque anno 416 coniuncti cum Praenestinis ad Pedum urbem cum Romanis conflixerunt (Liv. 8, 12, 7; c. 13, 4), sed victi sunt (Liv. 8, 13, 6: fasti triumph.) agroque multati (Liv. 8, 14, 9). Fuerunt inde ab hoc tempore socii Romanorum, eodem iure quo Praenestini, sed animis ut puto multo pacatioribus quam illi: certe cum de Praenestinis complura narrentur unde apparet veteres suos spiritus eos ne sexto quidem urbis conditae saeculo deposuisse (cf. supra p. 250), Tiburtinorum benevole tantum et officiose facta Romanorum memoriae videntur inhaesisse. Dicuntur anno u. c. 443, cum tibicines qui sacris publicis Romae praesto erant civibus suis irati Tibur secessissent, rogati a Romanis operam dedisse et effecisse ut hi homines Romanis restituerentur (Liv. 9, 30, unde Val. Max. 2, 5, 4; Ovid. fast. 6, 667 seq.); sed haec res fortasse magis apte ficta est quam vera, ad annum autem 443 sine dubio ideo tantum relata ut coniungeretur cum censura Appi Claudii et Plautii Venocis. Ceterum quo ducit haec narratio, Tiburtinis ius fuisse exules Romanos apud se recipiendi, id diserte testatur Polybius

1) Latinis constanter dicitur Tibur genere neutro. Graeci vario se torserunt ut nomen ipsorum sermoni adaptarent: modo eis dicitur Τίβυρ (unde declinatum est Τίβυρος apud Appianum b. c. 5, 94), modo Τίβουρον (Appian. b. c. 1, 65. 69, Procop. b. Goth. 3, 10. 11. 24), modo Τιβουρτόν sive Τιβουρτίς (Appian. 1, 65), modo Τίβυρις (Stephanus s. v.), denique pluraliter Τίβυρα (Artemidorus geographus citatus a Stephano; Dionys. 3, 37) vel Τίβουρα (Nicanor Hermiae f. citatus a Stephano s. v.; Strabo p. 238. Procop. Goth. 2, 4). — Ethnicum in inscriptione saeculi sexti exeuntis n. 3384 est *Tiburs*, Varroni de l. L. 5, 33. 6, 24 *Tiburs*, reliquis auctoribus qui extant modo *Tiburs* modo *Tiburtinus*, plane promiscue, ceterum illud fuisse usus vetustioris inde apparet quod in inscriptionibus senatus populusque dicitur Tibure (n. 3582. 3613. 3636. 3657), item decuriones (3588. 3611. 3674) et sacerdotes publici (n. 3577. 3679), collegia denique Tibure constituta (n. 3561. 3648. 3677) semper appellantur Tiburtes, non Tiburtini.

2) Plin. h. n. 16, 237: *Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent: apud eos extant ilices tres etiam Tiburno conditore eorum vetustiores apud quas inauguratus dicitur.*

3) Tiburnus dicitur Horatio carm. 1, 7, 13, Statio silv. 1, 3, 77, Plinio (not. 2), Tiburtus Vergilio Aen. 7, 671, item ei auctori ex quo pendent Solinus et Servius (not. 8), licet hic ex *Tiburti* male effecerit primum casum *Tibur*.

4) Certe *Tiburni lucus* memoratur ab Horatio carm. 1, 7, 13, *Tiburni luculus* a Suetonio in vita Hor. p. 47 ed. Reifferscheid.

5) Is, Catillus dictus reliquis auctoribus omnibus, imprimis Vergilio, Horatio carm. 1, 18, 2 (*nulla sit vitem ... solum Tiburis et moenia Catili*) dicitur *Catilus* paenultima correpta.

6) Serv. ad Verg. Aen. 7, 672: *Catillus, unde mons Catilli, quem Catelli dicunt per corruptionem, iuxta Tibur.*

7) Vide not. 8.

8) Solinus 2, 8 p. 38 M.: *Tibur, sicut Cato facit testimonium* (conditum a *Catillo Arcade, praefecto classis Euandri, sicut Sextius, ab Argiva iuventute. Catillus enim, Amphiarai filius, post prodigialem patris apud Thebas interitum Oeclei avi iussu cum omni fetu ver sacrum missus tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum Coram Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliae veteribus Sicanis a nomine Tiburti fratris maximi urbem vocaverunt.* Servius ad Verg. Aen. 7, 672: *de Graecia tres fratres venere ad Italiam, Catillus, Coras, Tibur vel Tiburnus, hi simul omnes unam fecere civitatem et eam de fratris maioris nomine Tibur appellaverunt.*

9) Hoc nomen cur addiderint Tiburis conditori, non satis liquet. Servius ad Aen. 7, 678 significat, id quod etiam per se probabile est, nomen illud ductum esse a Cora oppido (sive, quod eodem redit, ab Argivi Corae nomine civitatem esse appellatam). Possis inde conicere coniunctionem aliquam antiquitus fuisse inter Tiburtinos et Coranos nobis ignotam.

10) Plin. 16, 237 post relata in not. 2 pergit: *fuisse autem eum* (Tiburnum) *tradunt filium Amphiarai qui apud Thebas obierit una aetate ante Iliacum bellum.* Etiam is a quo pendet Servius (not. 8) cum ait tres fratres venisse in Italiam, non potest putavisse in Italia a Catillo maiore eos esse procreatos.

11) Sextius apud Solinum (vide not. 8).

12) Vergil. Aen. 7, 670: *tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt, fratris Tiburti dictam cognomine gentem, Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus.* Idem Vergilius cur alio loco (Aen. 9, 360) Tiburtem aliquem nomine Remulum in carmen induxerit, non liquet (a Vergilio id nomen mutuatus est Silius Ital. 4, 186). — Horat. carm. 2, 6, 5: *Tibur Argeo positum colono.* — Ovidius amor. 3, 6, 46: *Tiburis Argei arva*, fast. 4, 71: *moenia Tiburis udi, Argolicae quod posuere manus.*

13) Similiter Suetonius in vita Horatii ait Horatium plurimum vixisse in *secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini*, cogitans sine dubio de eo praedio quod ipse Horatius constanter appellat Sabinum.

14) Simili errore Nomentani Fidenates Ficolenses a Plinio bis, et in quarta regione Italiae et in prima, enumerantur. — Ipse Plinius cum alio loco (3, 54) scribit Latium a tergo includi Aniene, Tibur Latio vindicat.

15) Numquam videtur dubitatum esse de Tibure, utrum Latinum esset an Sabinum, ut dubitatum est de Nomento et de Fidenis (cf. infra p. 448. 453).

16) Apud Festum quoque p. 321 s. v. *Sonates* mentio fieri videtur alicuius facti ex vetere historia Tiburtium; sed is locus Festi nimium mutilus est quam ut intellegatur.

9, 14. 8 et confirmat Livius duobus exemplis (3, 98, 10. 13, 3). Anno u. c. 498 cum aquam quae postea dicebatur Anio vetus sumptam ex flumine Aniene paullo supra Tibur Romam ducerent Romani, fortasse iam tunc concesserunt ut eius aquae pars derivaretur in usus Tiburtium (Frontin. c. 6) (quamquam fieri potest ut haec res multo post sit instituta in usus nobilium Romanorum qui Tibure villas habebant). Etiam antea, medio fere quinto post u. c. saeculo, cum deducerentur coloniae Carsioli et Alba Fucens, via quae postea Valeria dicebatur, per medium agrum Tiburtinum in Aequos et Marsos strata esse videtur. — Bello Hannibalico Tiburtini non memorantur, urbs eorum memoratur quod a. u. c. 937 Fabius dictator novos milites eo convenire iussit (Liv. 88, 11. 13), et quod anno 653 Syphax rex ibi mortuus est, ab Alba Fucente eo, triumphi ut puto causa, traductus (Liv. 30, 45, 4; inde Valer. Max. 5, 1, 1). Cum legibus nonnullis Romae septimo ab u. c. saeculo latis cautum esset, ut si quis Latinus civem Romanum eis legibus accusasset et condemnasset, is eius loco ipse fieret civis Romanus, complures Tiburtinos hac via ad civitatem Romanam pervenisse, T. Coponium — et videtur gens Coponia sive Cauponia antiquae nobilitatis fuisse inter Tiburtinos, cf. infra n. 3538. 3540. 3710 et praeterea huius corporis vol. V n. 1887 — et L. Cossinium, quod nomen item repertum est in inscriptione Tiburtina n. 3795, narrat Cicero pro Balbo 83, 53. — Nihilo minus vergente ut videtur saeculo ab urbe condita sexto Tiburtes nescimus quas ob causas senatui Romano in suspicionem venerant, sed mox legatis Romam missis se purgaverunt; extatque responsum C. Cornelii praetoris senatus nomine legatis datum (n. 3994). Ad civitatem Romanam universi Tiburtini sine dubio pervenerunt bello Marsico, — unde inter civitates τὰς οὐ πρὸ πολλοῦ πολίτιδας Ῥωμαίων γενομένας enumerat Tibur Appianus b. c. 1, 65 sub a. 697 —, facti municipium Romanorum, id quod manserunt etiam sub imperatoribus (infra n. 3583. 9589, 14. 3991, 10. 3909. 3610. 3611. 3613. 3999. 3663. 3674. 3682; Plin. h. n. 14, 38, *Tiburtes municipes* n. 3663 et in testamento relato a Scaevola Dig. 30, 33, 3). Tribus Tiburtinorum non fuit ea, cui supra p. 391. 364. 399 vidimus fuisse adtributam magnam partem regionis sitae supra Tibur ad ripas Anienis, Aniensis, fuit Camilia, testibus multis titulis infra editis, ut n. 3994. 3669. 3660. 3684, qui sunt virorum magistratibus Tibure functorum, in his n. 3669 fortasse Augusto antiquior, praeterea n. 3591. 3865. 3807. 3813. 3945, cf. praeterea supra n. 3478, sed etiam diserte tribus Camilia cum origine Tiburtina coniungitur in titulis militum repertis in urbe Roma Corp. VI, 8487. 3864, IV, 12[1]. — Bellis civilibus Tiburtini incolumes manserunt, memoratur tantum Tibur anno 718 propterea quod Antonius aestate eius anni in villa sua Tiburtina, quae antea fuerat Metelli Scipionis, saepius degit (Cic. ad Att. 16. 3, 1, Phil. 8, 7, 19) et quod idem exeunte eodem anno legiones eo adduxit (Cic. Phil. 13, 9, 19; Appian. b. c. 9, 49. 99). Agri Tiburtini amoenitas et salubritas etiam antequam Tibur fieret municipium Romanum omnibus Romanis causa fuerat ut praedia ibi emerent et villas aedificarent: praedium certe in agro Tiburtino habuit D. Iunius Brutus iuris consultus, qui floruit anno u. c. 909, villam Tibure quae a porta Esquilina urbis Romae conspici posset Metellus Numidicus consul a. u. c. 945 censor a. 658 (Cic. de or. 2, 95, 934 et pro Cluent. 51, 141; id. de or. 2, 63, 293 et 98, 279); de cuius villae fatis cf. ad n. 3580. Delectabant Romanos Tibure eadem quae nos hodie quoque ibi delectant, aer purus et frigidus, colles fertiles, arbores pomis onustae, imprimis autem copia aquarum[2], in his ipsae aquae Anienis ex alto desilientes. Memorant cataractam Anienis Dionysius 9, 37, Strabo 9 p. 238, alii; apud antiquiores auctores videtur nomen e[...] fuisse tantum *Tiburtes*, cf. Festus p. 352 et Plinius h. n. 17, 120 cum emendatione O. Iahnii *bull. dell' Inst.* 1841 p. 10. Longum est enumerare vel solutae orationis scriptores vel poetas, qui sub Augusto et post Augustum usque ad Traiani aetatem Tiburtinos colles laudibus celebrarint; nec minus longum recensere nobiles Romanos, quos villas Tibure habuisse ex illis scriptoribus effici posse videtur. Superiorum in agro Tiburtino aedificationes vicit Hadrianus aedificata ibi sub finem vitae villa, de qua testes habemus et biographum Hadriani c. 86 et inscriptiones n. 3635–3637, quas posuerunt Tibure paullo post Hadrianum (sed n. 3636 etiam Hadriano vivo posita esse potest) liberti domus Augustae, Aelii appellati omnes, n. 3635. 3637 *tabularii villae Tiburtis*, n. 3639 *commentariensis villae Tiburtis*, sine dubio non privati alicuius, sed imperatoris (praeterea [...] *villa* memoratur in titulo infra edito n. 3911), denique ipsa rudera[a]. Etiam quarto p. C. saeculo Symmachus et ex eius amicis complures praedia Tibure habebant, quae secessus aestivi causa petebant (Symm. ep. 9, 78. 91; ibid. 7, 15. 18—20; id. 7, 31). Id quoque quod Constantio et Constante imperantibus (a. 340—350) senatus Romanus pontem Anienis ut videtur prope Tibur reficiendum et clivum Tiburtinum in planitiem redigendum curavit (n. 3582. 3583), explicari fortasse potest ea re quod Tibur etiam illa aetate habitum est quasi suburbium urbis Romae. — Ab Augusto, cum is Italiam in undecim regiones divideret, Tibur non ut maior pars veteris Latii primae, sed una cum Sabinis quartae regioni adtributum est (Plin. 3, 107); similiter quarto p. C. saeculo Tibur non fuit sub proconsulibus Campaniae, sed sub correctoribus Flaminiae et Piceni, testibus titulis n. 3581. 358[...] 3994; et recensetur inter civitates Piceni in libro coloniarum deterior[e] (Grom. p. 358, fundi constituti in *provincia Piceni Tiburtino territorio* enumerantur in instrumento scripto anno p. C. 471, de quo dixi p. 36[...] not. 1); item saeculis insequentibus fuit provinciae Valeriae (Paul. hist. Lang. 3, 90). — Bello Gothico Iustiniani Tibur primum a Belisarii militibus occupatum et munitum est (Procop. Goth. 2, 4), deinde a. p. C. 540 a Totila proditione captum et paene excisum (ib. 3, 10), mox tamen ab eodem novis moenibus cinctum (ib. 3, 34). Dominationis Byzantinae memoriam Tibure servavit titulus sepulcralis n. 3898 scriptus, ut ipse legitur, *sub imperium domni Eracli imperatoris piissimi indictione prima.*

Haec habui quae dicerem de rebus gestis Tiburtium et de fatis urbis Tiburtinae; restat ut videamus quid ex inscriptionibus infra editis discipossit de institutis rei publicae Tiburtinae sive potius municipii Tiburtini, nam ad aetatem bello Marsico superiorem fortasse nulla ex inscriptionibus infra editis pertinet (sed cf. quae infra dicentur de quaestoribus).

Ordinarii magistratus municipii Tiburtinorum fuerunt quattuorviri, quorum duo dicebantur quattuorviri iure dicundo, sed etiam appellabantur quattuorviri nude (cf. infra), duo appellabantur quattuorviri aedilicia potestate vel aediles (cf. item infra). Titulos positos ab universo collegio quattuorvirum habemus duos, n. 3664 et 3666, utrumque Augusto antiquiorem — uterque autem pertinet ad opus publicum de senatus sententia factum —; similis his et eiusdem fere aetatis est n. 3967/8 positus a duobus quattuorviris iure dicundo sine dubio, quamquam id non additur; item sine dubio iure dicundo fuerunt quattuorviri duo, qui anno p. C. 187 senatus consultum fecerunt perscriptum in n. 3670, et ii, sub quorum cura [...] statua cum titulo n. 3863 erecta est; denique in n. 3679 quattuorvirorum par videtur fuisse nominatum. Contra appellantur (iure dicundo) ii magistratus, quattuorviri, sine dubio, licet id vocabulum perierit, aetate imperatoria uescio quae aedificia pecunia publica reficienda curaverant, in titulo n. 3662. Singuli quattuorviri iure dicundo sunt n. 3[...] 3953. 3696. 3669 (hic non diversus ab eo qui in n. 3667/8 appellatur quattuorvir nude); *IIII vir tert*(io) n. 3672, *IIII vir* n. 3993 (una iungendum est *aedilis IIII vir*). Duplex quattuorviratus, alter iure dicundo, alter aedilicia potestate, videtur memorari in inscriptione [...] n. 3689. — Aedilium paria habemus in titulis valde antiquis n. 3518 [...] quorum hic certe pertinet ad opus publicum factum ab eis ex aere multaticio. Praeterea *aedilis* est in titulis n. 3653 et aetatis Tiberianae n. 3665 [...]

1) Inscriptiones quibus usus Grotefendius (Imper. Rom. tributim descr. p. 81) Tibur Aniensi tribui adscripsit (relicta inscriptione supra memorata Corp. VI n. 8427 quam male lectam esse sibi persuasit, l. c. p. 70, inscriptionem Corp. VI n. 8884 nondum noverat), pleraeque sunt Ligorianae, nonnullae mero errore a Grotefendio citatae (quippe in quibus ne mentio quidem Aniensis tribus fiat). Plautiorum denique inscriptiones, in quarum una (n. 3608) est tribus Aniensis, nihil probant, cum Plautios origine fuisse Tiburtinos minime constet. Immo nulla extat inscriptio hominis Tiburtini cum mentione tribus Aniensis; nam n. 3778 potest esse adlata Romam ex regione illa sita supra Tibur.

2) Quam bene Tiburtini perspexerint, quantam fertilitatem et amoenitatem ipsorum ager debuerit copiae aquarum, apparet ex cura quam publice aquis impenderunt, de qua re cf. p. 367.

a) Hermas virorum illustrium Graece inscriptos, qui magno numero e ruderibus prodierunt, composuit Kaibel inscr. Graec. Ital. p. 384 seq.

iungendum est aedilis IIII vir, quattuorvir aedilis n. 3561; singuli quattuorviri aedilicia potestate sunt n. 3680 et 3662. — Interdum, quinto quoque ut videtur anno, creabantur censores (n. 3641. 3666) sive, ut postea dicebantur, quinquennales (n. 3586. 3689. 3658. 3666. 3674, cf. n. 3663: *honore sibi quinquennalitatis oblato; IIII vir quinquennalis* est n. 3661). Non raro quinquennalitate fungebantur senatores populi Romani origine a Tibure oriundi (n. 3599. 3606), eidem plerumque patroni municipii. — Quaestores dederunt duae inscriptiones n. 3665 et 3686 valde antiquae, utraque posita a binis quaestoribus, cum aedificium aliquod publicum de senatus sententia faciendum curavissent. Haec cura cum, ut supra vidimus ex titulis n. 3664. 3666—3686, in municipio Tiburtino fuerit quattuorvirorum, possis conicere hos duos titulos superesse ex aetate bello Marsico antiquiore; verum fatendum est litteraturam tituli certe n. 3666 (n. 3665 olim periit) non videri esse tam remotae antiquitatis. *Quaestor quartum* est in inscriptione longe recentiore n. 3581. — Quanta diligentia Tiburtini tractaverint omnia quae ad aquas publicas earumque iustam distributionem spectabant, apparet et ex aliis, ut ex tabula 3676, et inde quod cura aquarum non uni magistratui commissa erat: reperitur enim in inscriptione Circeiensi huius Corp. vol. X n. 6474, semel tantum descripta et fortasse male, *curator) aquae Tiburtis)*, in inscriptionibus infra editis n. 3674 *tribunus aquarum*, n. 3662 *praefectus rivi supern(atis)*, qui item fortasse fuerat *praefectus) saluentium)* [1]. — *Scriba r(ei) publicae)* est n. 3666. Munus ignotum fortasse latet in inscriptione lateris basis n. 3614. Curator Tiburtium sub Severo ut videtur fuit is cui positus est titulus Volsiniensis Orell. n. 65 = Corp. IX n. 2699. — Consilio publico Tiburtium etiam aetate imperatoria mansit nomen senatus (*senatus populusq. Tiburs* n. 3580. 3637, *senatus p. q. Tiburs* n. 3616, *s. p. q. Tiburs* n. 3636, *s. p. q. T.* n. 3593. 3606. 3644. 3864. 3696; *senatus Tiburs* n. 3611; *s(enatus) s(ententia)* n. 3665. 3866. 3667/8. 3670. 3666; *s(enatus) c(onsultum)* n. 3661. 3612. 3643. 3667. 3653. 3661. 3677. 3560; *senatus consultum* factum a. p. Chr. 127, sive ea fuit *auctoritas*, legitur in latere basis n. 3679; *decretum senatus Tiburtium* n. 3674); ceterum in titulis quos senatores suis impensis (*ex aere collato* n. 3599) posuerunt patronis municipii, interdum (non semper, cf. n. 3611) appellantur *decuriones Tiburtes* (n. 3566. 3599). — Sacerdotes publicos novimus pontifices (n. 3650. 3674, ubi vix intellegendi sunt pontifices minores populi Romani) augures (n. 3672. 3673) salios (n. 3601. 3666,16. 3612. 3673. 3674. 3686, cf. praeterea Servius et Macrobius infra citati) flaminem Dialem (n. 3386). Ex saliis quos novimus multi (n. 3601. 3699. 3612), item flamen Dialis quem unum novimus, non Tiburtini municipes fuerunt, sed senatores populi Romani, eidem plerumque patroni municipii. Salii autem Tibure non Marti dicati erant ut Romae, sed Herculi, testibus Servio ad Vergilii Aen. 8, 285 et Macrobio sat. 3, 12, 7 ad eundem locum; ei aut instituti esse dicebantur post victoriam aliquam Tiburtinorum de Volscis aut certe tunc inducti ut armati tripudiarent (Serv. l. c.); de sacris saliaribus Tiburtium peculiarem librum scripsisse dicatur Octavius Hersennius nescio quis (Macrob. l. c.) [2]. Virgines quoque Vestales Tibure fuerunt (n. 3677. 3679), nec sine aliquo splendore, ut ex his ipsis inscriptionibus colligi potest. — Sacerdos Isidis commemoratur n. 3633, *sacerdos matris) d(eum) m(agnae) Idaeae) ad aquas Albulas* n. 3634 cf. p. 436 cap. XXXIII. — Nullos habemus Tibure sacerdotes divorum Augustorum, nam *flamen Augustalis* n. 3560 sine dubio, ut ipsa inscriptio, a Tibure alienus est. Susceperat in se cultum domus divinae collegium Herculaneorum (sive Herculaniorum [3]) olim Herculis cultui, ut nomen ostendit, sacratum [4], dictum tum *Herculanei Augustales* sive etiam *Herculanei et Augustales*. Hi aetate imperatoria in republica Tiburtina eodem loco fuisse videntur quo in aliis municipiis *Augustales* simpliciter dicti; et appellantur *ordo Augustalium* in inscriptione lateris basis ab ipsis positae n. 3661. Plerumque, non semper, fuerunt libertini (n. 3540. 3661. 3632. 3658. 3681. 3676. 3681. 3664,4. 3687. 3666; ingenuos habemus n. 3663. 3660. 3664,1, quorum duos n. 3665. 3660 etiam honoribus publicis functos. Item sine dubio fuit ingenuus is qui Ostiae publicis honoribus functus est, *Hercul(aneus) Augustalis Tibure* inscriptionis n. 316 dummodo recte a me suppletae; res non certa est de n. 3561. 3533. 3555. 3666. 3691). Fuerunt sub magistris (*mag. Herculan. et Aug.* n. 3652. 3683. 3581. *mag. Hercul. Aug.* n. 3646, *mag. Hercul.* n. 3667. 3666); habuerunt praeterea curatorem (n. 3676. 3676) et quaestores (n. 3661. 3676); *Herculanus Aug(ustalis)*, *gratis creatus duplicarius* est n. 3566. Mirus est titulus n. 3657, quo mulier aliqua dicitur adlecta esse *ab ordine*, id est ut puto a decurionibus Tiburtium, *in d.... Augustal.* — Praeter Herculaneos Augustales Tibure novimus iuvenum corpus, cum aedile suo, ex n. 3684; iidem ut puto in titulo scripto sub Caracalla n. 3636 videntur appellari *iuvenes Anto(niniani) Herculan(ii)*. — *Collegium fabrum Tiburtium* [5]) posuit titulum n. 3643, *caplatores Tiburtes* n. 3677. *Collegium iumentariorum qui est in cinoriis Tiburtsis Herculis* memoratur eidemque multa destinatur in titulo sepulcrali reperto Romae, huius Corp. vol. VI n. 9466. — Denique collegia funeraticia tenuiorum videntur fuisse *cultores domus divinae et Fortunae Aug.* n. 3661, *cultores Fortunae praetoriae* n. 3648, denique id ad quod pertinet titulus mutilus n. 3656.

Deorum Tibure maxime colebatur Hercules, dictus eodem nomine, sub quo Romae ad aram maximam colebatur, Victor (*Hercules Victor* plene perscriptum n. 3636; *Victor Hercules* n. 3546; *Herc. Vict.* n. 3346. 3650; *Hercules V.* n. 3674; *Herc. V.* n. 3666; *H. V.* n. 3544. 3659. 3651. 3661. 3869. 3611?; *Hercules Tiburt. Vict.* n. 3664; *Hercules Victor Certencinus* n. 3633) vel Invictus (n. 3343. 3546; *Hercules* nude reperitur tantum in titulo valde antiquo n. 3541; *Hercules Tiburtinus* n. 3552, diversus ab Victore est Hercules Saxanus n. 3643). Putabatur autem, ut ex inscriptione n. 3666 colligi potest, Hercules ipse iter faciens Tibur adiisse ibique Iovi patri aram dicavisse, fortasse simul suum ipsius cultum instituisse. Urbs Herculi sacra Tibur appellatur a Phlegonte (apud Suetonium Calig. n. 6), *Tibur Herculeum* saepius apud poetas aetatis imperatoriae (Propert. 2, 32, 5; Martial. 1, 12, 1. 4, 62 cf. Sil. Ital. 4, 224; *Herculei muri*, Martial. 7, 13; *Herculei colles*, et alia similia; Symmachus ep. 7, 19: *ut urbem Tiburtem ... communem Iunoni et Herculi facias*). Ex sacerdotibus publicis Tiburtium Herculi proprie dicatos fuisse salios supra diximus; item supra dictum est de collegio Herculaneorum Augustalium. Templum Herculis saepe memoratur ab auctoribus (Τίβουρα, ἧ τὸ Ἡρακλεῖον Strabo 5 p. 238); ab eo pecuniam mutuam sumpsit Caesar Octovianus anno 713 (Appian. b. c. 5, 24); idem postea in porticibus eius templi saepe ius dixit (Suet. Aug. 72); bibliothecam Tibure "in Herculis templo satis

1) Circitores quoque, quorum matriculam scriptam saeculo p. C. quarto vel quinto habemus infra n. 3648, aquaeductus ('formae', ib. III v. 14) alicuius tutelae deputati erant, sed is aquaeductus magis videtur fuisse unus ex eis qui urbi Romae aquam suppeditabant (Marcia fortasse) quam proprius Tiburtinorum. Ceterum aetate labente onera quaedam imposita fuisse dominis praediorum Tiburtinorum per quae aquae urbis Romae fluebant videtur posse colligi ex instrumento scripto anno p. C. 471 (edito olim a Mabillonio de re diplomatica lib. VI et in Donii inscriptionibus p. 504 seq., nuper a Bruzza *Regesto della chiesa di Tivoli* n. 1), quo Flavius Valila qui et Theodovius, sive quo alio nomine fuit, vir clarissimus et inlustris et magister utriusque militiae, ecclesiae alicui Tiburtinae certos fundos donavit sub ea condicione, ut non *solum solemnem modo agnoscat fiscalium functionem, verum etiam propagationi (pro reparatione?) formarum* (hic excidisse nonnulla putanda sunt), *peracti (?) ab omnibus dominis huiusmodi praediorum dependi consuevit*, ex eodem instrumento praeterea colligi posse videtur, talia praedia a formis fuisse appellata *formensia*.

2) Sine dubio non casui tribuendum est, quod eodem paene nomine, Marcus Octavius Herennius, appellatur apud Macrobium sat. 3, 6, 11 et apud Servium qui dicitur ad Aen. 8, 363 mercator aliquis qui Herculi decimam profanasse eidemque aedem sub titulo Victoris dedicasse ferebatur. Videtur communis auctor Macrobii et Servii in exscribendo sive Varronis libro divinarum quarto sive potius Masurii Sabini memorialium libro secundo (uterque auctor citatur apud Macrobium) aliquid turbasse. Sed has turbas explicare ego mihi non sumo.

3) *Herculanius* vel *Herculanii* est n. 3621. 6578, *Herculaneus* n. 3563, *Herculanus* n. 3658, in reliquis titulis vocabulum non plene perscriptum est (*H. A.* notatum est in n. 3561).

4) Ab his Herculaneis Augustalibus, quos noverat solum ex inscriptione falsa Grut. 1017, 5, non diversam fuisse decuriam Herculeam, cui etiam quarto p. C. saeculo privilegia quaedam fuisse apparet ex constitutione anni 385 (cod. Theod. 8, 5, 48), putavit Gothofredus (ad cod. l. c.), sed vix recte.

5) *Collegia(a) centonariorum et dendrophororum Tiburtium* inscriptionis editae primum a Manutio orth. 178, 8, nuperrime a Mommseno Corp. IX n. 5182, fictitia sunt, cf. quae adnotavi Corp. vol. cit. p. 639 ad n. 5182.

commode libris instructam' laudat Gellius 16, 6, 4 (cf. 6, 13, 3). *Thensaurus Herculis* memoratur infra n. 3676 inscr. lat. Sortes fatidicas similes Praenestinis fuisse in templo Herculis Tiburtino videtur significare Statius silv. 1, 3, 79 (*quodni templa darent alias Tirynthia sortes, et Praenestinae poterant migrare sorores*). Aetate imperatoria Herculis templum quasi commune factum esse Herculis et domus Augustae colligi posse videtur non solum inde quod antiquum collegium Herculaneorum tunc cultum domus divinae in se suscepit dictum collegium Herculaneorum Augustalium (cf. supra), sed magis etiam inde, quod qui in inscriptione n. 3676 lat. v. 16 dicitur *thensaurus Herc[ulis]*, in eadem inscriptione v. 6 dicitur thensaurus *Herculis et Augusti*] vel *Augu[storum]*. Coniecturas topographorum de loco ubi situm fuerit templum Herculis nobis persequi non licet. Curam *fani Herculis victoris* (sic constanter tituli; nisi quod in n. 3044 est *fani curator*) libenter susceperunt nobiles Romani ei ut puto potissimum qui villas Tibure habuerunt (n. 3566. 3600. 3001. 3600. 3611?, qui omnes sunt senatores populi Romani; Popillius quoque Pedo in titulo n. 3610 appellatus *curator maximi exempli* fortasse non reipublicae Tiburtium, sed templi Herculis curam gesserat; praeterea n. 3644. 3000. 3673. 3674. 3080, qui, excepto fortasse solo eo cuius est n. 3674, omnes videntur fuisse equites Romani), honorati deinde statuis modo a decurionibus (n. 3696. 3011), modo a senatu populoque Tiburtium (n. 3600. 3016), modo ab Herculaneis Augustalibus (n. 3601). — Praeter Herculem peculiare Tiburtibus numen erat Albunea, ut dea culta iuxta ripas Anienis, teste Varrone (apud Lactantium inst. 1, 6), qui addit simulacrum eius inventum in gurgite Anienis in manu tenuisse librum cum vaticiniis, eum librum iussu senatus Romani Romam translatum esse in Capitolium, ubi Sibyllini quoque libri adservabantur; quae res sine dubio causa fuit Varroni, ut eam Albuneam novem Sibyllis quas ex Graecis scriptoribus noverat decimam adderet [1]. Memorant hanc Albuneam praeterea Horatius carmine 1, 7, 12 scripto anno fere ab u. c. 722 vel paullo post, qui de loco ubi Albunea colebatur videtur consentire cum Varrone, nam coniunguntur ab eo *domus Albuneae resonantis et praeceps Anio*, et Vergilius Aen. 7, 83, qui significat sacrum ei fuisse fontem aquae sulfureae, fortasse eum ex quo oriuntur aquae Albulae; qua de re cf. infra p. 436. — Tiburnum quoque sive Tiburtum apud Tiburtes pro numine cultum esse videri supra dictum est p. 366.

Territorii antiqui urbis Tiburtinae qui termini fuerint, parum notum est. Vix videtur posse dubitari quin sub dicione Tiburtium fuerit bona pars vallis Anienis fluminis supra Tibur orientem versus; et repertus est in valle Anienis sexto fere milliario supra Tibur titulus sepulcralis magistratus alicuius Tiburtini (n. 3605): sed et Varia videtur habuisse suam rempublicam, et cur Tacito (ann. 14, 3) Sublaqueum finibus Tiburtium comprehendenti parum fidam, supra p. 354 exposui. Item sui iuris videtur fuisse oppidum id situm in montibus medio fere intervallo inter Sublaqueum et Tibur, de quo egi p. 360. Contra Tiburtium videtur fuisse aetate certe imperatoria — nam antiquiore aetate potest ibi extitisse oppidum sui iuris — ea regio ubi hodie est S. Gregorio, cum ibi reperta sit fistula plumbea inscripta nomine hominis Tiburtini (n. 3632 cf. n. 3790); item puto fuisse Tiburtium trans Anienem aquas Albulas propter causas expositas infra p. 435. — Nihil compertum est de finibus agri Tiburtini Nomentum versus. — Ego recepi in hoc caput et Tiburtinis interposui inscriptionem supra memoratam magistratus Tiburtini repertam in valle Anienis n. 3665, duas prolatas ex vico S. Polo de' Cavalieri n. 3666. 3626, ex eadem fere regione n. 3756 et 3672, unam n. 3615 ex fundo *in Marcellina*. Contra separare a Tiburtinis visum est non solum n. 3616 seq. repertas inter Tibur et Nomentum Sabinos versus, sed etiam inscriptiones n. 3908 seq. dedicatas aquis Albulis, item n. 3900—3904 repertas inter Tibur et Gabios loco dicto Corcollo.

Sequuntur auctores praecipui in edendis inscriptionibus Tiburtinis a me adhibiti.

I. Primus quem scimus Tibure antiquas inscriptiones vel descripsisse vel ab aliis descriptas habuisse POGGIVS BRACCIOLINIVS est Florentinus, qui inde ab anno 1400 usque ad a. 1453 Romae potissimum degebat (cf. huius Corp. vol. VI p. XXVIII). Is enim in epistula data Romae d. XVI. Kal. Iunias a. 1427 ad Nicolaum de Nicolis (Poggii epistol. ed. Thom. de Tonellis vol. I p. 207 seq.), postquam egit de spe recuperandi Cornelium Tacitum et Ammianum Marcellinum, item verba fecit de itinere Ostiensi et de epigrammate descripto in via Ostiensi prope Romam (Corp. VI, 1343), 'epigrammata Tiburtina', ait, 'iamdudum a me habuisti omnia' (l. c. p. 210). Fuerat autem Tibure Poggius, ut colligitur ex epistulis eius ad eundem Nicolaum et ad Petrum Donatum archiepiscopum tunc Cretensem mox episcopum Patavinum (l. c. p. 121 [illegible] 137), aestate anni 1424, quo tempore pestis Romae saeviebat. — Exempla inscriptionum Tiburtinarum Poggiana num ad nostram aetatem pervenerint, non constat. Reperitur quidem ad syllogen inscriptionum urbanarum Poggii, servatam in codicibus duobus Romanis Vaticano 9152 et Angelicano D 4, 10, in calce adiecta una cum aliis inscriptionibus Italiae etiam Tiburtina n. 3006, sed codices illi, scripti ambo multo post Poggium, saeculo XVI vergente, in hac certe inscriptione ita negligenter exarati sunt, ut apographum primarium ex quo pendent vix inde recuperari possit. Praeterea non epigramma, sed epigrammata Tiburtina Nicolao se misisse scripsit Poggius, ita ut si aliquam certe minimam partem operae a Poggio in inscriptionibus Tiburtinis collocatae in iis codicibus Romanis servatam habeamus.

II. Paullo post Poggium, scilicet anno 1433, Tibur adiit Cyriacus Anconitanus, teste biographo eius Scalamontio (ad. Colucci p. LXXXVIII. LXXXIX), quo in itinere, ut refert idem Scalamontius, 'ad pontem Lucanum M. Plautii insignia triumphalia ornamenta (cf. n. 3006 v. 1) [illegible]que Hadriani Caesaris hortos', mox in ipsa Tiburtina civitate 'sacram Saxono Herculi atque dirruptam aedem (cf. n. 3643)' admiratus est. Et reperiuntur inscriptiones tumuli Plautiorum, quarum unam Scalamontius verbis illis significavit, in codice Hamiltoniano nunc Berolinensi quem non [illegible] multo post annum 1432 (anno 1430, ut videtur) ex schedis potissimum Cyriaci, sed confusis, compilavit Petrus Donatus episcopus Patavinus, non [illegible] codice et ipso ex Cyriacanis excerpto olim Petri Vitelis nunc bibliothecae Parmensis; et hac et inscriptio illa Herculis Saxani, quam et ipsam a Cyriaco descriptam esse Scalamontius indicat, in codice quem adhuc vivi etiamtum Cyriaci schedis (ante annum 1440 ut videtur) conscripsit amicus aliquis eius Dalmata, nunc Marciano XIV, 124, et in [illegible] codice nunc Vaticano 6875. Vix igitur dubium est quin ad Cyriacum redeant etiam reliquae Tiburtinae quae leguntur apud Petrum Donatum et in codice Parmensi n. 3579 a, in solo codice Parmensi n. 3661, [illegible] apud Donatum quam in codicibus Marciano et Vaticano n. 3061. 3667 [illegible] Item probabile est sumptas esse ex schedis Cyriaci quae primum [illegible] exemplis Cyriacanis inscriptionum illarum leguntur apud notos Cyriacanorum expilatores Felicianum et Marcanovam n. 3530 et 3022 et n. 385[illegible] curtata, apud solum Felicianum n. 3757, praesertim cum indicio [illegible] adscripto apud Felicianum ad n. 3857 ('ad aedem S. Combusti' [illegible] stilum Cyriaci; quamquam unam certe alteramve earum fieri potest Felicianus et Marcanova habuerint ab aliquo auctore nobis ignoto. — Qui[illegible] cianum et Marcanovam exscripserint, hoc loco non attinet enumer[illegible]

III. In sylloge inscriptionum, quae extat in codice Hamiltoniano n. 25[illegible] Berolinensi f. 31—90, perscripta circa annum 1464 [2] sed [illegible] sine dubio ex exemplo paullo antiquiore, [3] leguntur a f. 59 usque f. 64 primum inscriptiones tumuli Plautiorum tres (n. 3006—3[illegible] deinde aliae inscriptiones agri et urbis Tiburtinae undecim n. [illegible] 3610. 3636. 3643. 3664. 3007. 3666. 3685 3712. 3797.

1) Qui Varronem secuti mentionem Tiburtinae Sibyllae fecerint, non huius loci est recensere; cf. Maass de Sibyllarum indicibus (Gryphiae 1879) p. 22. 27 seq. — Num Tibullus quoque (2, 5, 22) Tiburtinam Sibyllam memoraverit, non constat, neququam enim certum est, id quod ibi traditur *quodque Albana sacras Tiberis per flumina sortes portarit sicco pertuleritque sinu* recte ab Italis saeculi XV mutatum esse in *quasque Aniena sacras Tibur per flumina* est.

2) Memoratur is annus f. 87, sed ad inscriptionem quae fortasse postea [illegible] addita est.

3) Certe descriptus est ex exemplo antiquiore qui in eodem codice [illegible] cf. f. 110') eadem ut puto manu perscriptus extat libellus de 'notis publica[illegible] late approbatis' Andreae de Sancta Cruce datus ad Iacobum cardinalem [illegible] sogont dictum cardinalem Papiensem, nam et Andreas ille et Iacobus [illegible] multo ante a. 1464 diem obierunt (Andreas a. 1471, Tiraboschi VI p. [illegible] Moden., Iacobus cardinalis anno 1479, cf. Ciacconius vit. pont. II, [illegible] minus accurate Mommsen huius Corp. vol. IX.X praef. p. LXI).

accedit decima quinta Sublacensis n. 3457. Huius syllogae pars prior, continens ea inscriptiones tumuli Plautiorum et n. 3610. 3667. 3666. 3685, reperitur etiam in codice Marucelliano A 76, 1 f. 2—4. 6. Praeterea n. 3616. 3667. 3666. 3685 reperiuntur etiam in codice Ottoboniano 2667 f. 63', solae n. 3606 et 3685 inter ea quae ex collectaneis Laurentii Behemo (Behem) exolare placuit Hartmanno Schedel in codice nunc Monacensi Lat. 716 f. 60. 66[1]). Omnes inscriptiones Tiburtinae codicis Hamiltoniani redeunt in codice Rediano n. 77 f. 124—126; sed huius scriptor non solum interposuit eis inscriptiones aliunde, imprimis ex Feliciano, petitas, sed etiam quas communes sunt Feliciano et syllogae Hamiltonianae, plerumque non ad hanc exhibuit sed ad illum; nihilominus reliquas inscriptiones Tiburtinas codicis Rediani petitas esse ex archetypo syllogae Hamiltonianae apparet potissimum ex locorum indicationibus, quamquam Rediani scriptor eas interdum breviavit. — In archetypo ex quo pendent omnes hi quos enumeravi codices inscriptiones plane mira cum cura ad lapides descriptae fuerint necesse est; servata enim erat in eo vera versuum distributio[2]), apices multi enotati[3]), litterarum contignationes repraesentatae[4]); denique ad diversam magnitudinem litterarum adtenderat auctor[5]); veros errores, si exceperis inscriptiones fractas vel male habitas n. 3457. 3563, vix umquam commisit[6]). Ex codicibus supra enumeratis archetypum reliquis multo accuratius videtur expressisse Marucellianus; hoc inferior est Hamiltonianus, quem potissimum secutus sum ibi ubi Marucellianus deficit, sed idem praestat Rediano. Ceterum etiam Marucellianus sua habet menda sive potius lapsus calami, a quibus Hamiltonianus et Redianus sunt immunes. Auctor huius syllogae quis fuerit definire mihi non contigit[7]); hoc constat vixisse eum non multo post medium saeculum XV. Non diversus autem esse videtur ab eo homine qui anno circiter 1460 etiam in urbe Roma inscriptiones descripsit vel collegit nec paucas ibi solus servavit, ut inscriptiones columbarii alicuius editas huius Corp. vol. VI n. 4327 seq., relatas in eisdem codicibus Marucelliano Hamiltoniano Rediano, item inter excerpta Hartmanni Schedel, una cum inscriptionibus Tiburtinis. Auctor ille ab editoribus eius partis nostri Corporis quae inscriptiones urbanas continet Henzeno et Bormanno dictus est ANONYMVS MARVCELLIANVS (Corp. vol. VI praef. p. XLII); mihi infra dicitur ANTIQVVS TIBVRTINVS vel simpliciter ANTIQVVS. Ceterum cum inscriptiones urbanae ab ignoto illo auctore descriptae magna ex parte redeant in codicibus nonnullis Iucundianis et postea apud Mazochium, sylloge Tiburtina, praeter unam, quam inde videtur habuisse Iucundus (cf. cap. IV), nemini videtur innotuisse.

IV. IVCVNDVS in codice Veronensi f. 130—134 (cui respondet fere Magliabecchianus f. 106'—116, nisi quod hic omittit n. 3676. 3746. 3640. 3634), exhibet inscriptiones Tibure et in agro Tiburtino descriptas viginti octo, quarum Graecas tres, reliquas Latinas, ex his quindecim quae etiam apud auctores superiores inveniebantur, decem novas. Sed et illarum quindecim plerasque certe ex lapidibus esse descriptas apparet et ex locorum indicationibus et ex ipsis exemplis. Solas n. 3666 et 3626, quae ultimae sunt inscriptionum Tiburtinarum apud Iucundum, fieri potest ut descriptae sint illa ex exemplo Antiqui, haec ex Ferrarino. Solus servavit Iucundus n. 3665 et 3766.

V. In codice nunc Mutinensi VI F 26, quem scripsit anno 1603 Martinus Sieder nescio quis, inter multa excerpta ex schedis variis et hodie exigui pretii, extat inde a f. 73 usque ad f. 76 uberrima sylloge inscriptionum Tiburtinarum, continens ea inscriptiones Latinas antiquas XLVI, noviciam (medii aevi?) unam, Graecas decem (i. e. eam quam ad n. 3534 rettulimus C. I. Gr. n. 5967, epigramma C. I. Gr. 6242, praeterea hermarum inscriptiones C. I. Gr. n. 6024. 6027. 6024b. 6046. 6066. 6066. 6087, unam ineditam). Quanta diligentia haec sylloge confecta sit, apparet inde quod etiam in apographo Siederiano vera versuum distributio plerumque servata est, item in n. 3664 certe uno loco servatum est discrimen maiorum minorumque litterarum. Verus auctor quis fuerit cum non constet, citavi eam sub nomine Siederi. Solus servavit Sieder n. 3536. 3653. 3716. 3716. 3743, praeterea Graecas complures. — Partem syllogae Siederianae novit etiam Rambertus[8]) et recepit in collectanea, quorum infra citavi solum apographum Patavinum (cf. huius corp. vol. VI p. XLVIII); a Ramberto pendent exempla edita ab APIANO. Complures inscriptiones Siederianas exhibet etiam, qui reliquas Tiburtinas suas ex Iucundo habuit, ALCIATVS in codice qui fuit Fane. — Ipsum codicem Mutinensem ante nos adhibuit Muratorius, qui solet citare nomine schedarum suarum.

VI. In libro nunc Marucelliano A 76, 1, quem coepit 'scribere et pingere' (ita f. 2) Baptista de BRVNELLESCHI Florentinus anno 1569, sed inter manus habuit etiam annis insequentibus, certe anno 1613 (cf. huius Corp. vol. VI p. XLV), leguntur f. 66—72 inscriptiones quae dicuntur esse Tiburtinae, sed quarum tres vere sunt Trebulanae (Corp. vol. IX n. 1660. 1685. 4696), quinque (Corp. vol. VI n. 3472. 3466. 13667, Grut. 624, 24. 666, 1) constat esse urbanas. Restant triginta, quas certum est esse Tiburtinas quippe quae ab aliis quoque illic descriptae sint, praeterea n. 3764. 3767. 3761. 3865 aliunde plane ignotae, quas in re incerta inter Tiburtinas relinquere placuit. In f. 73 leguntur ex inscriptionibus tumuli Plautiorum duae, sed quarum alteram sibi non visam esse auctor adnotavit. Praeterea inscriptionis n. 3667, quam vidit sine dubio, extantem in foro civitatis Tiburtinae, proponit exemplum non diversum a Siederiano (alibi nulla affinitas inter Siederum et Brunelleschium deprehenditur). Reliquas si non omnes certe plerasque ipse descripsit Brunelleschius — delineavit etiam (cod. cit. f. 33) arae Bacchicae tunc Tibure in ecclesia S. Laurentii extantis opus anaglyphum —, in his nonnullas quae postea demum per saecula latuerunt (n. 3626. 3631).

VII. ACCVRSIVS in fasciculo foliorum decem nunc inserto codici bibliothecae Ambrosianae O 125 sup. sollerter, ut solebat, descripsit inscriptiones Tiburtinas Latinas XXXVI, Graecas quinque. Accedunt inscriptiones duae altera Latina, altera Graeca relatae in foliis solitariis nunc eidem codici insertis, quas etsi loci indicatione destitutas tamen constat esse Tiburtinas (cf. ad n. 3600). Praeterea Accursius ad Apianum suum nunc eiusdem bibliothecae Ambrosianae adscripsit exempla sua earum inscriptionum Tiburtinarum quae in libro illo editae extabant, in his exemplum inscriptionis n. 3543, quod in codice O 146 sup. desideratur. — Usus est schedis Accursii Muratorius, qui solet citare nomine schedarum Ambrosianarum.

1) Ipsi Behemio aut plenam syllogen praesto fuisse aut certe plures quam quas exhibet Schedel inde apparet, quod etiam apud Schedelium inscriptioni n. 3606, plane ut in codicibus Hamiltoniano et Marucelliano, praescriptum est 'in primo marmore huius tumuli', sed cum in codicibus illis sequatur n. 3606 et n. 3607, Schedelius ne n. 4666 quidem plene perscripsit, sed substitit in v. 27.

2) Paene constanter servata est vera versuum distributio in Marucelliano, interdum (ut n. 3666) etiam in Hamiltoniano, in quo alibi (n. 3595. 3640. 4664) vestigia tantum eius apparent.

3) In inscriptione n. 4682 codex Marucellianus apices exhibet uno minus quadraginta septem (ex sexaginta eis quos ego in lapide deprehendi), ex his quadraginta septem Hamiltonianus duos tantum servavit (Redianus hanc inscriptionem sumpsit ex Feliciano).

4) Certe contignationem PH in n. 4606 v. 4 recte exhibet Hamiltonianus.

5) Apparet hoc ex exemplis inscriptionum n. 3667. 4685 in codice Marucelliano.

6) Fuit tempus quo cogitavi de ipso Poggio propterea quod constat huic fuisse syllogen inscriptionum Tiburtinarum, accedit quod Tiburtina ea quae adnexa est ad syllogen inscriptionum urbanarum Poggii (n. 4666) in illa Tiburtina sylloge est prima; denique reperire mihi visus sum similitudinem quandam sermonis Poggiani cum indicationibus adiectis ad singulas inscriptiones syllogae Tiburtinae (ita 'summitas' vocabulo adhibito ab ignoto illo auctore in designando loco inscriptionis n. 4667 Poggius usus est in describendo situ inscriptionis Ferentinatis huius Corp. vol. X n. 4667). Sed haec argumenta non solum singula per se sed etiam coniuncte nimis infirma sunt. — Io. Antonius Campanus, qui floruit sub Pio II et Paulo II pontificibus et obiit anno 1477 quinquagenario maior, ad inscriptiones, cum Tibure nescio quo tempore moraretur, adtendit quidem, ut ostendit descriptio Tiburis ab eo data ad Nicolaum Lucensem, quae et manuscripta extat in eodem codice Hartmanni Schedel (f. 65. 66'), qui duas ex illa sylloge inscriptiones Tiburtinas exhibet, et edita est inter epistolas Campani (ed. Io. Burchardus Menckenius, Lips. 1707, p. 45), sed vix inscriptiones ibi descripsit; similiter idem Campanus in descriptione Terami, cuius urbis fuerat episcopus, inscriptiones memoravit (cf. huius corp. vol. IX n. 5066. 5576), sed ita ut nihil inde proficiamus.

7) In n. 4667. 4666 v. 5 pro CVRAVER exhibet CVRAVERE, in n. 4712 pro MASCARPI STRICARIVS, in n. 6846 O·M·S litteras omisit.

8) Quoties infra dixi inscriptionem aliquam habere Rambertum ex Siedero, id nolim ita intellegi ac si Rambertus ipsum codicem scriptum a Siedero nunc Mutinensem ante oculos habuerit.

VIII. In fasciculo foliorum sex nunc inserto codici bibliothecae municipalis Senensis C III. 27 Calistus LEONCINVS de Spoleto, homo aliunde mihi ignotus, praemissa epistula inscripta 'reverendis dominis Marcello Cervino et Bernardino Maffeo a secretis et familiaribus cardinalis de Farnesio', data Tibure X kal. Martias anni 1637, exhibet primum inscriptiones tumuli Plautiorum n. 3666. 3608, deinde inscriptiones urbis Tiburtinas Latinas XXX (ita ut semel numerentur complures quas bis exhibuit), Graecas tres (C. I. Gr. 6997. 6617, unam ineditam), quas, si fides est ei quam citavi epistulae dedicatoriae, ipse Leoncinus e lapidibus exscripsit. — Hic fasciculus Cervino et Maffeo Romam missus vel certe eis destinatus a nullo videtur esse adhibitus; sed ipse Leoncinus alterum eius exemplum videtur Tibure reliquisse vel certe apographa sua amicis Tiburtinis describenda permisisse. Nam cum anno 1546 Tibur venisset Metellus, invenit ibi apud Franciscum Mancinum civem Tiburtinum et in usum proprium descripsit (unde nunc extat manu Metelli in codice Vat. 6039 f. 343—346) syllogen inscriptionum Tiburtinarum, quam Mancinus Metello ex ipsis saxis se compilavisse affirmavit, sed cuius pars longe maxima, nempe inscriptiones n. 3534. 3560. 3580. 3611. 3637. 3638. 3655. 6664. 3666. 3667. 3668. 3682. 3684. 3766. 3787. 3613. 3621. 3844. 4866. quibus accedunt cippus aquarius Caesaris Augusti (editus huius Corp. VI, 1243 g ut infra repetendus) et Graecae tres (Corp. inscr. Graec. n. 5977. 8617 et una inedita); aperte descripta est ex Leoncinianis. (Omisit aut ipse Mancinius aut certe Metellus ex Leoncinianis inscriptiones tumuli Plautiorum n. 3606. 3668, et praeterea n. 3661. 6666. 3676. 6748. 3766. 3773. 3796. 3796). Quae novae apud eum adsunt n. 3679. 3843. 3657. 3634. 3657, item quas exemplis melioribus quam Leoncinus exhibet n. 3616. 3628, eas quominus ipse ex lapidibus, ut voluit, compilaverit, nihil obstat. Eiusdem syllogae alterum exemplum scriptum manu Itali mihi ignota, sed quae potest esse ipsius Mancini, Tibure Romam indeque in patriam reportavit Pighius nunc insertum codici bibliothecae (antea musei) Berolinensis (lib. pict. A 104 nunc A 61f). Hoc exemplum alioquin ei quod Mancinius Metello exhibuerat simillimum, interdum lectiones praebet emendatiores et insuper in fine auctum est inscriptionibus novis compluribus, in his fragmento aliunde plane ignoto n. 3646, praeterea n. 3646. 3644. 3576. 3712 et cippo aquario huius Corp. VI, 1243 f. Praeterea pleraeque inscriptiones Mancinianae reperiuntur etiam apud Pingonium f. 64. 66, ex schedis ut puto Budaei (ex quibus sumptae sunt quae praecedunt apud Pingonium Praenestinae cf. supra p. 291. VI), cui et ipsi Mancinius potest exhibuisse. Noverunt hanc syllogen etiam Manutius, qui partem eius, nempe inscriptiones n. 3634. 3579. 3560. 6611. 3637. 3636. 3643. 3635. 3864. 3666—3666. 3683. 3857, denique cippum aquarium Corp. VI, 1243 g, rettulit in cod. Vat. 5237 p. 303—309 (nunc f. 438′—444′, et Ligorius, qui in libris nunc Neapolitanis (scriptis anno fere 1553) hinc illinc inscriptiones inde excerpsit vel inde sumptas interpolavit[1]). Ex excerptis Manutianis vel Manutianorum simillimis fluxerunt exempla inscriptionum n. 3580 b et 3853 et cippi aquarii Corp. VI, 1243 g a Grutero prolata tamquam ex schedis Ursini. — Ego adhibui in textu Mancinianae syllogae constituendo Metelli potissimum apographum et exemplum Pighianum (illud sibi dicitur MANCINI apud Metellum, hoc MANCINI apud Pighium), interdum etiam Manutium et Ligorium, Pingoniana abici posse videbantur.

IX. Multo minus bene quam haec sylloge nota est sylloge paullo recentior, quippe cuius unum tantum exemplum habeamus plenum, idque neglegenter exaratum, in codice nunc Ottoboniano 3970 f. 16—26. Continet is codex inscriptiones Tiburtinas plus minus sexaginta. Auctor, quisquis fuit, interdum sed raro adhibuit syllogen Mancinianam (cf. n. 3656), plerumque etiam in eis quas cum illa habet communes sua exempla proposuit (cf. potissimum n. 3579), quae optima fuisse passim apparet[2]). Invenitur in sylloge Ottoboniana exemplum interpolatum inscriptionis n. 3534 petitum ut videtur ex libro edito anno 1587, sed id fieri potest ut genuinis interpositum sit non ab auctore syllogae, sed ab eo homine qui exemplum nunc Ottobonianum exaravit. Noverunt hanc syllogen vel partem eius Ligorius, cum scriberet volumen Taurinensium numero vicesimum, unde lectiones corruptae codicis Ottoboniani non raro emendantur, et Marzius in de quo dicam infra cap. XVI. — Aut ex ipso codice nunc Ottoboniano aut ex libro plane gemello veniunt exempla inscriptionum n. 3544. 3647. 3574. 3671. 3843 edita a Fabretto ex schedis, ut ait, Holsteni, item quae Kircherus edidit n. 3604. 3884 ex schedis Vaticanis.

X. Interea iuvenes illi Transalpini, qui medio saeculo XVI ingenti numero inscriptionum Romae accurate descripto prima artis nostrae epigraphicae iusta fundamenta iecerunt, PIGHIVS SMETIVS METELLVS VOXILLONIVS, Tibur adierant et inscriptiones in publico aut in atriis ecclesiarum prostantes descripserant, sed paucas tantum Smetius et Morillonius, plures Pighius, plurimas Metellus (n. 3638. 6543. 3355. 6373. 3575. 3579. 3698. 3605. 3606. 6606. 3634. 6638. 3657. 3661. 6661. 3666. 3667. 3868. 3879. 3738. 3745. 3773. 3896. 3667), sed hic testimonio non ipse semper mihi satisfaciens (cf. n. 3579). — His adiungam nonnullos alios Transalpinos, qui vergente saeculo XVI inscriptiones Tibure descripserunt: SCVLTETVM, cuius apographa habuit Gruterus (n. 3616. 6667. 3661. 3818), ignotum auctorem eum a quo Tiburtina sua (n. 3543. 3806. 3848. 3858. 6867. 3863) habuit Lantelmus de ROMIEV Arelatensis in sylloge ex cuius exemplum adhibuimus Leidense (cf. Hirschfeld huius Corp. vol. XII p. 84 — nam ex lapidibus venire exempla inscriptionum Tiburtinarum ibi relata probabile est —), denique qui multo plura quam illi excepit SIRMONDVM (ms. Paris.

XI. LIGORIVS in recensione antiquitatum suarum priore nunc Neapolitana inscriptiones Tiburtinas, praeter eas quas ex exemplo suo syllogae Mancinianae repetivit (cf. supra cap. VIII) et eas quas ipse impudentissime finxit exhibet paucas et eas notissimas; vix ullas genuinas habet in scripto de quo separatim de antiquitatibus Tiburtinis egit et cuius variae circumferuntur recensiones, ego adhibui exemplum nunc Vaticanum (cod. 5295), inscriptum *Trattato dell' antichita di Tivoli et della villa Hadriana*.[3]) Postea diutius fortasse Tibure moratus in recensione antiquitatum suarum posteriore nunc Taurinensi, non contentus suo loco egisse de Tibure (s. v. Tibur. vol. 17), peculiare volumen antiquitatibus Tiburtinis dicavit[4]) (nunc vol. 26), cui complures inseruit minime vulgares (ut n. 3633. 3696. 3676. 3679 cum inscr. ... a se cum cura ut videtur descriptas, praeterea multas protulit ex sylloge s... dicta Ottoboniana, cuius interim nactus esse videtur exemplum ... saepius praeferendum.

XII. MANVTIO, cum orthographiam iterum ederet (a. 1566), praeter apographa inscriptionum Tiburtinarum Smetiana — ea habuit ex exemplo suo syllogae Smetianae nunc cod. Vaticano 5234 descripto ... ex codice Smetii nunc Neapolitano — ut excerpta ex sylloge Manciniana etiam alia complura exempla inscriptionum Tiburtinarum praesto erant, nempe inscriptionum n. 3534. 3661. 3712. 3646. 3841 (hanc sola Manutii orthographia servavit) missa ut puto a Bonganellio, de quo cf. huius Corp. vol. X p. 186, XVI — (certe n. 3684 extat una cum aliis inscriptionibus ... a Bonganellio in codice Manutii nunc Vaticano 5237, ad n. 3682 ... in orthographia omissam ipse Manutius cod. Vat. 5246 laudat Antonii Casarli Bonganellii amicum, cf. huius Corp. vol. IX X praef. p. XX — et praeterea inscriptionis n. 3808, quam, cum ante Manutium ... solus Accursius, ipse quoque Manutius potest habuisse ex Accursii apographa quaedam Accursiana ad Manutium pervenisse etiam alibi ... vatum est, cf. huius corp. vol. IX. X praef. p. LI).

1) In exempla Ligorii videntur extitisse complures Leoncinianae, quae in reliquis exemplis syllogae Mancinianae omissae sunt, ut n. 3766 et n. 3796.

2) Velut in inscriptionibus longis et difficilibus fecit n. 3579 et 3678 auctor syllogae Ottobonianae veras lectiones saepius quam reliqui auctores servavit. — Verum versuum distributionem etiam scriptor codicis Ottoboniani servavit in n. 3380. 3544. 3578. 3883. 3898. 3608. 3610. 3629. 3876. 3841 C. I. Gr. 5987. 6468, alibi eam perturbavit.

3) Respicit ad illud scriptum (dedicatum Hippolyto cardinali Estensi ...) cum ait antiquitatum suarum nunc Taurinensium volumine decimo ... ubi agit de Tibure: *Tibur . . . città antichissima . . . quantunque ne ho scritto nelle cose de la villa Hadriana, non di meno qui habbiamo voluto ... poco di elogio accio che stia con le altre citta per alfabeto locato.* Idem ... tatione voluminis nunc Taurinensium vicesimi ait, non primum ... tertium se separatim scribere de Tibure, primum ex illis scriptis ... cavisse Hippolyto cardinali Estensi, alterum Alexandro cardinali Farnese ... autem sacrum esse debere divinae Trinitati. — Praeterea etiam formam ... Hadriani Tiburtinae dicitur delineavisse Ligorius (cf. Kircher Lat. p. 146 ... anal. 3 p. 858 = villa Adriana p. 48), eique suam eiusdem villae formam ... struxisse saeculo XVII Franciscus Contintus.

4) Id volumen, quamquam inter volumina decimum septimum ... potest, tamen ab ipso Ligorio ad corpus nunc Taurinense appendix adiectum est, ipse enim et superscripsit *Libro o vera trattato XXII ... Ligorio.*

XIII. Qui vergente saeculo XVI Tibure antiquitatibus et historiae patriae studuisse dicitur Iohannes Maria ZAPPI, ad inscriptiones non multum videtur adtendisse; certe in schedis eius, quas nunc servat curia Tiburtina, non refertur nisi una n. 3564 reperta ipso eo tempore quo scribebat id est anno 1563 (pertinent autem eae schedae omnes ad historiam eius aetatis qua vivebat Zappius), memorantur praeterea duae vulgares n. 3643. 3666; nec plures puto erant relatae, vix multo plures erant memoratae, in eis schedis Zappii servatis tunc apud Iesuitas Tibure aut diversis ab eis quae extant aut certe plenioribus, quas saeculo superiore adhibuerunt Vulpius et Faustus del Re.

XIV. Iustam historiam urbis Tiburtinae primus scripsit Marcus Antonius NICODEMVS, medicus et civis Tiburtinus[1], eamque typis quoque mandavit inter annos 1586 et 1590 — nam pontifex Sixtus V saepius in ea memoratur ut vivus — sive potius mandare coepit; nam rem ad exitum non videtur perduxisse, typotheta, ut conicio, non progresso ultra paginam CCXL. Certe non solum exemplum libri Nicodemiani quod hodie solum notum est et quod unicum esse dicitur[2], servatum ad ante annum 1666 Romae in bibliotheca hospitii cuiusdam monachorum ordinis S. Benedicti dicta Aniciana[3], quo anno cum reliquis eius bibliothecae libris cessit bibliothecae universitatis Romanae q. d. Sapientiae, ubi hodie quoque extat, finitur in pagina CCXL medio in enuntiato (et caret praeterea eo folio quod titulum operis continere debebat), sed etiam qui paullo post Nicodemum de rebus Tiburtinis scripserunt Antonius del Re (cap. XV), hic et civis Nicodemi et paene aequalis, Franciscus Marzi (cap. XVI), et ipse Tiburtinus, Michael Giustiniani (*de' vescovi e de' governatori di Tivoli*, Romae 1665), cum librum Nicodemi passim adhibeant et citent nec tamen quicquam ex illo proferant quod non reperiatur in primis illis ducentis quadraginta paginis, aperte et ipsi adhibuerunt exempla similiter imperfecta[4]. Ipsam raritatem exemplorum non est cur miremur, si liber mansit imperfectus ideoque numquam emissus est in publicum. Ceterum reliqua pars historiae Tiburtinae Nicodemi non solum non extat typis impressa, sed ne manuscripta quidem cuiquam visa est. Quae res magnopere est dolenda. Nam cum non paucas inscriptiones Nicodemus proferat in parte libri quae superest, multo plures eum puto propositurum fuisse in ea parte qua caremus. Rem enim ita instituerat Nicodemus, ut argumentum in duas partes divideret, 'pentadas' ipsi appellatas, quippe quae singulae complecterentur quinos libros: quarum in altera res gestas Tiburtinorum inde ab Hercule usque ad pontificatum Sixti quinti enarraverat, in altera 'civitatem Tiburtinam, villas maiorum illustriores, aerem, aquam, solum, cives civiumque mores praecipuos describere' sibi proposuerat. Harum pentadum prior extat paene integra (usque ad Pium II pontificem; in ipsa pagina quae ultima extat CCXL memoratur annus 1461); secunda tota deperdita est aut latet. At ut inscriptiones proferret multo magis secundae partis argumentum Nicodemum invitare debuit quam prioris. Quid quod in parte priore complures inscriptiones (n. 3661. 3660. 3766) obiter tantum commemorat, quas sine dubio plenas propositurus erat in parte altera. Nihilominus etiam in priore illa parte tres insunt inscriptiones quas soli Nicodemo debemus, in his n. 3656 satis longa et lectu difficilis, praeterea n. 3564. 3765, ab ipso ut puto descriptae; item de visu exhibentur ab aliis quoque descriptae n. 3576. 3643. 3666. 3677. 3662. 3740, fortasse etiam n. 3664; quas editas reppererat in Manutii orthographia (n. 3662. 3666. 3668. 3646. 3660. 3602), eas plerumque ex hac repetere quam ad lapides corrigere maluit.

XV. Sequitur auctor longe inferior ANTONIVS DEL RE et ipse civis Tiburtinus. Huic operis de antiquitatibus Tiburtinis in decem capita distributi edere contigit caput quintum inscriptum *delle ville di Tivoli* (Romae 1611. 4°); reliqua capita novem manu scripta adservantur Romae in bibliotheca Barberina (cod. LIII, 52. 63, olim 2976)[5]. Inscriptiones Antonius non multas proponit et eas plerumque petitas ex Nicodemo sive ex Manutii orthographia; novas habet in parte edita operis duas n. 3536. 3535: aliae complures ab ipso ut videtur descriptae leguntur (vel legebantur, n. 3664, 3666) in schedulis solitariis insertis volumini eius nunc Barberiniano (n. 3561. 3624. 3916). Suspectae fidei est ea quam capite decimo profert n. 3694.

XVI. Hunc excepit Franciscus MARZI[6] (1606—1662) canonicus Tiburtinus, edito libello inscripto *Historia tiburtine, libri tre, nelli quali si narrano i successi dall' origine di essa città sino al parto della Vergine* (Tibure 1646), quo volumine auctor solito more inscriptiones editas a superioribus, potissimum ab Antonio del Re, repetivit, sed et novas addidit complures, partim ab ipso primum descriptas (n. 3540. 3516. 3666. 3686), partim sumptas ex exemplo aliquo syllogae de qua dixi supra cap. IX codicis Ottoboniani (n. 3547. 3666). Libellus Marzii, brevi tempore ut videtur divenditus, repetitus est ab eodem typographo qui primum excudera sub eodem titulo Romae anno 1653. Hic successus Marzium videtur incitavisse, ut libri sui ampliorem et auctiorem editionem pararet; sed ea lucem vidit post mortem demum auctoris Romae anno 1665, inscripta *Historia ampliata di Tivoli*. Huius editionis causa Marzius schedas suas multo plenius videtur expilavisse; certe ex exemplo suo syllogae Ottobonianae tunc primum protulit n. 3534. 3576. 3566. 3637. 3638. 3636. 3610. 3641. 3679. 3788; item tunc primum edidit ab ipso ut videtur descriptas n. 3551. 3636. 3690. 3722, praeterea quas ipse non potest vidisse, potest habuisse ex schedis Nicodemi (nam hic eas noverat) n. 3604 et 3650. Mihi recensio libri Marziana prior (a. 1646 et 1653) infra dicitur simpliciter MARZI I, posterior MARZI II.

XVII. Ex viris doctis Romae degentibus saeculo XVII paullo maiorem numerum inscriptionum Tiburtinarum — nam unam vel alteram etiam Fabrettius et Donius viderant — descripsit solus SVARESIVS (cod. Vat. 9136. 9140), cura, ut alibi quoque in hoc viro observatum est, non aequabili, nam et accuratissima exempla insunt inter eius autographa (ut inscriptionis longae et difficilis lectu n. 3676) et neglegentissima (n. 3690 al.).

XVIII. Ut ad ipsos Tiburtinos redeamus, Marzium sequitur intervallo paullo longiore Io. Carolus CROCCHIANTE, et ipse canonicus Tiburtinus, qui libello inscripto *Istoria delle chiese di Tivoli*, edito Romae anno 1726, inseruit praeter inscriptiones ex Marzio repetitas complures tunc recens repertas n. 3567. 3570. 3646. 3775. 3776.

XIX. Eas ipsas, quas primus Crocchiante ediderat et insuper alias quae Tibure inter annos circiter 1720—1746 prodierant, descriptas habemus a Didaco REVILLAS, de quo cf. supra p. 360, a LVPIO in schedis collectis a Zaccaria (cod. Vat. 9143); a LESLEIO apud eundem Lupium et apud Vulpium (Leslei autographa latent); denique a VVLPIO, qui quas vel ipse Tibure descripserat vel a Lesleio et Lupio acceperat edidit et in actis academiae Etruscae Cortonensis (vol. II. 1738 p. 63 seq.) et apud Calogeram *raccolta d' opuscoli* vol. 19 (1736), repetivit, ut

1) Memorat Nicodemum auctor aequalis Zappius (ms. Tib.), ibi ubi recenset pestes Tiburtinas suae aetatis nobiliores aut de gente Nicodemia, his verbis *Messer Marcantonio, dottore in l'arte della medicina, homo sensatiro litterato . . . si fa honore in la sua professione et vive honoratamente da gentilhomo.* Ex silentio Zappii colligi potest Nicodemum tunc cum Zappius scribebat, id est anno 1583, nondum ad historiam patriae enarrandam accessisse vel certe id consilium nondum cum amicis communicavisse. Ceterum Tibur dici voluit Nicodemus in epitaphio quod posuit ipse anno 1589 coniugi et filio Romae in S. Barbarae (edito a Martinellio Roma ex ethnica sacra p. 77 et a Forcella *iscrizioni delle chiese di Roma* VII p. 231 n. 403), item Tibur patriam appellat in libro impresso p. 8. Nescio unde Vulpius (Lat. X p. 316) habuerit, natum quidem eum esse Tibure, sed Bergomensem fuisse origine.

2) 'Nicodemi Marci Antonii unicum quod extat exemplar' inscriptum est, sed nescio quo tempore, in interiore parte involucri. — Manu scripta exempla quae extant complura, — unum extat Romae in bibliotheca Barberina (cod. XXX, 55 antea 1072), adnotatum id hic illic a Suaresio, alterum possidet Franciscus Bulgarini Tiburtinus, tertium Tibure apud Fulvium Grigantem viderat Vulpius (Lat. X p. 346) —, omnia ducta sunt ex exemplo impresso bibliothecae Sapientiae.

3) 'Ex Bibliotheca Aniciana collegii Gregoriani de Urbe ordinis S. Benedicti' inscriptum est in p. 1. Egit de hac bibliotheca Narducci *notizie della biblioteca Alessandrina* p. 8, cf. catalog. bibliothecae Alexandr. cod. 88. Condiderat eam bibliothecam Constantinus Caetani Siculus, monachus Benedictinus, ante annum 1611, qui eam hospitio supra memorato donavit, sed fieri potest ut liber Nicodemi etiam post eum annum (inter annos 1614 et 1666) nescio qua vi in eam bibliothecam inlatus sit.

4) Fieri potest ut etiam Antonius del Re et Marzius adhibuerint id ipsum exemplum quod nunc extat in bibliotheca Sapientiae, sed omnino id ipsum vix casu aliquo mutilum factum est, sed mansit imperfectum.

5) Transtulit eum Romam Franciscus cardinalis Barberinus, teste Giustiniano *de vescovi e de' governatori di Tivoli* (1665) p. 254.

6) Ipse MARZIO dici voluit in titulo praemisso duabus editionibus recensionis primae, sed MARZII vel MARTII dicitur typographo in praefatione ad editionem anni 1653, item in titulo recensionis secundae.

soiebat, una cum incondita farragine observationum nullius pretii in veteris Latii volumine decimo (edito a. 1745).

XX. Vergente saeculo decimo octavo Tibure inscriptiones domi suae congesserunt Boschii cives Tiburtini, praecipue ut videtur Stanislaus Boschi capitaneus[1]), descriptas deinde ibi et ab aliis et a MARINIO Mariniive amicis (cf. cap. XXI) et a ZOEGA (sched. Havn.). Ex his inscriptionibus nonnullas ipsi Boschii effossionibus institutis videntur repperisse (cf. n. 3638)[2]), alias ab aliis recens tunc repertas videntur emisse vel dono accepisse, multo plures iam diu notas et extantes tunc in variis locis oppidi Tiburtini (n. 3548. 3626. 3640. 3683. 3734. 3831. 3867) variis modis sibi comparaverint necesse est, nullas videntur habuisse ex urbe Roma[3]). Manserunt inscriptiones in domo Boschi usque ad annum huius saeculi 26, cuius anni mense Novembri domus illius pars ab Aniene flumine rapta et diruta est; tunc dispergi coeptae sunt inscriptiones, multae translatae Romam anno 1828 in aedes Vaticanas, unde postea venerunt in aedes Lateranenses, ubi extant inter reposita; alias suas fecit Stanislaus Viola (cap. XXII). Hodie in domo olim Boschi nunc Petrucci del Re ex inscriptionibus, quas constat ibi fuisse saeculo superiore, duae tantum extant n. 3627 et 3666, extant illarum vice multae aliae, sed quarum pleraque vel certum vel veri simile est eo venisse ex urbe Roma; eas vide enumeratas in parte huius voluminis inscriptionibus falsis et alienis destinata.

XXI. *Delle ville e de' più notabili monumenti antichi della città e del territorio di Tivoli, nuove ricerche di Stefano* CABRAL *e Fausto* DEL RE inscriptus est liber editus Romae a. 1779 (cum appendice non ad omnia exemplaria adiecta quae prodiit sine anno, sed videtur excusa esse anno 1785), quo libro continentur accurate descriptae non paucae inscriptiones vel recens tunc repertae vel ab ipsis auctoribus investigatae. — Alterius ex his auctoribus, Fausti DEL RE, vidi schedulas nonnullas cum apographis inscriptionum (n. 3542. 3571. 3621. 3626. 3817) Tibure apud gentilem eius Aloysium del Re advocatum; eidem ut puto debentur apographa inscriptionum Tiburtinarum quae extant Marinii manu perscripta in schedis huius nunc Vaticanis (cod. 9127 f. 356 seq.) vel certe ex iis ea ad quae Marinius adscripsit 'exscripsit Regius'[4]) (cod. cit. f. 266), nam inter ea apographa, ad quae Marinius nullum auctorem adscripsit, possunt esse tum accepta ab aliis, — et laudat Marinius in libro de Arvalibus ad inscriptionem n. 3743 schedas Mauri Sarti abbatis — quam excepta ab ipso Marinio.

XXII. Nostro saeculo bene de inscriptionibus Tiburtinis meruerunt cives Tiburtini Philippus Alex. SEBASTIANI[5]), nam huius liber inscriptus *Viaggio a Tivoli antichissima città Latino-Sabina fatto nel 1825* (Fulginei 1826. 8°. 623 pp.) inter multa futilia nonnulla tamen habet nova et bona (cf. n. 3603. 3626). Stephanus ROSSI medicus (notus is etiam propter nummos a se collectos, qui nuper transierunt in nummophylacium regium Taurinense), qui quas inscriptiones Tibure et in agro Tiburtino descripserat communicavit alias cum Amatio (n. 3511. 3523), alias cum instituto nostro archaeologico Romano (n. 3660. 3651). Sante VIOLA (1773—1838)[6]) laudandus non tam propter editam tribus voluminibus historiam Tiburtinam (*storia di Tivoli dalla sua origine fino al secolo XVII*. Romae 1819 8° — nam in hac exiguum meritum est —), quam propterea quod cum inter fossiones publica institutas Anienis fluminis ex vetere suo alveo per novos cuniculos longius ab urbe Tiburtina derivandi causa non parvus numerus inscriptionum prodiisset, eas publici iuris fecit partim in actis Arcadum (*Traforo del monte Catillo*, *Giornale arcadico* vol. 55, 1832 p. 309—328), partim in libro separatim edito *Cronaca delle diverse vicende del fiume Aniene* (Romae 1835; accedit *parte seconda con appendice*. Romae 1836) — ceterum elenchum harum inscriptionum continet etiam liber inscriptus *Relazione storica del traforo nel monte Catillo a Tivoli per l'inalveazione del fiume Aniene compilata da monsignor don Francesco Massimo* (Romae 1838) p. 366—387 (erlavi MASSIMO relatore); ipsae autem inscriptiones paene omnes adservantur eo fere loco ubi prodierunt, in hortis publicis (*villa Gregoriana*)[7]), denique STANISLAVS VIOLA Santis filius, qui patris operam continuans inscriptiones repertas inter annos 1835 et 1846 edidit et enarravit libro inscripto *Tivoli nel decennio dalla deviazione del fiume Aniene nel traforo del monte Catillo avvenuta li 7 ottobre 1835 sino all' ottobre del 1845 con la serie di antichi monumenti scritti ritrovati e loro illustrazione*, con appendice (erlavi ST. VIOLA decennio), postea repertas usque ad annum 1851 quo immatura morte obiit, edidit in actis Arcadum. Idem Stanislaus Viola una cum aliis civibus Tiburtinis patriarum antiquitatum amantibus — erat in his et Bulgarinius is de quo statim dicam — societate inita et agrum Tiburtinum compluribus locis et ipsius oppidi solum tempore fossionibus institutis anno 1615 et insequentibus, quae dederunt paucorum inscriptiones n. 3593. 3599. 3673. — Praeterea idem Viola cum ut inscriptiones non paucas publice Tibure adservarentur et in cura et in hortis publicis, consilium cepit privatam collectionem inscriptionum instituendi; sed ea res male cessit: nam defuncto Viola sine liberis anno ut supra dixi 1852, eae inscriptiones — erant autem plus minus quadraginta, teste elencho earum ab ipso Viola edito in actis Arcadum vol. 118 119 — praeter paucas a me in cubiculo quodam subterraneo aedium ubi habitaverat Viola repertas (n. 3600. 3619. 3616a. 3640. 3695. 3831. 3649. 3872), nusquam comparent. — Postremo nominandus est cum honore Franciscus BVLGARINI, qui non solum in libro *Notizie storiche antiquarie statistiche ed agronomiche intorno all' antichissima città di Tivoli e suo territorio* edito Romae anno 1848 composuit quae ad antiquitates Tiburtinas melius cognoscendas pertinent, sed etiam in publicis muneribus, quibus per multos annos in patria functus est, curam rerum antiquarum numquam neglexit. — Quae his ultimis annis Tibure prodierunt, eas edidit LANCIANIVS in actis Fiorelli *notizie degli scavi*.

---

1) Boschi canonicus Tiburtinus quem Winckelmannus epistula data d. 9 Nov. 1763 ad baronem Riedesel scribit repperisse prope Tibur effossionibus institutis un *gruppo il quale rappresenta Amore e Psiche* (Winckelmanni epist. ad amicos, ed. Dassdorf, Dresd. 1777 p. 336), aut is ipse est, errore Winckelmanni factus canonicus ex capitaneo, aut affinis eius. — Ceterum iam tunc cum Vulpius scribebat, Benedictus Boschi apud se habuit inscriptionem n. 3818.

2) Cf. etiam quae de canonico Boschi scribit Winckelmannus (not. 1).

3) Habuerant tamen inscriptionis Tiburtinae n. 3538 exemplum falsum.

4) Non recte olim (ann. dell' inst. 1882 p. 118 not. 1) hoc rettuli ad Reggium. — Nescio cur Marinius, cum in libro de Arvalibus inscriptionem n. 3878a ex apographo Regii edidit, nullum certum auctorem laudaverit, sed dicat habere se eas '*dalle mie schede*'.

5) Civem Tiburtinum eum nominat Bulgarinius *notizie* p. 87, ipsi per totum librum asteri hominis personam induere placuit.

6) Cf. *dissertazioni della pont. accademia di arch.* X p. IV—VI.

7) De fossionibus illis egit praeterea Folchi architectus in dissertatione academiae pont. arch. vol. 6 p. 33 seq.

3533 ara rotunda marmorea encarpiis et bucraniis ornata. Rep. prope Tibur a dextra viae dictae *di Cassiano* una cum statuis Apollinis et Musarum nunc Vaticanis VISCONTI (mus. Pio-Clem.). Romae in museo Vaticano CARDINALI. Ibi extat (*galleria de' candelabri*).

ab altera parte	ab altera parte
AGATHO · DAEMONI SACRVM S V S	ΑΓΑΘΩΙ ΔΑΙΜΟΝΙ

Descripsi. E. Q. Visconti sched. Paris. 9697 f. 66, mus. Pio-Clement. (ed. Mediol. 1616) I p. 101 not. 1 (inde Orelli n. 1760; item ex Visconte sumunt ea quae profert Sebastiani p. 220), Cardinali *memorie romane* 2 p. 67 not. 1; Osann syll. p. 426 n. 7.

3 *s(oto) s(uscepto)* Orelli, *e(x) v(oto) s(oluto)* Cardinali.

3534 Tibure in pavimento aedis S. Benedicti ACC. In S. Benedicti (*nella chiesa di S. Benedetto che e appresso di S. Valerio* LIG. Taur.) BRVN. LEONC. LIG. OTTOB. Rep. ad aquas Albulas LIG. (Taur.) coniectura potius quam mala fraude. — S. I. REVILL.

ATTINI · AVG
SAC
C · IVLIVS · SP · F · IVLIANVS
PROCVLVS · SACERDOS
S M · D · M · I
AD · AQVAS · ALBVLAS
D · D

Brunelleschi f. 72': Accursius ms. f. 1' (inde Mur. 93, 2 'e schedis meis'; ex hoc Orelli 1904); Leoncini ms. f. 4' (inde Mancini apud Metellum f. 346', apud Pighium f. 4, apud Manutium Vat. 5237 p. 422); Ligorius Neap. lib. 26 p. 167, Taur. vol. 20 f. 72 (e Ligorio pendet Reinesius 1, 280 qui habuit e schedis Langermanni); cod. Ottob. 2970 f. 12 eodemque exemplo Marzi II p. 172 (inde Vulpi Lat. 10 p. 470); manus ignota in schedis Didaci Revillas Berolinens.

1 AFFINI Leonc. (non Manc.; ATTIN Manc. ap. Pigh.). — 2 SACR Brun. Ottob., SACRVM Rev. — 3 I longas dedi ex Accursio — IVLIANVS] IVLIA Ottob., om Marzi. — 4 om. Ottob. Marz. — SACER Brunn. — 5 lio. 1/2 Leonc. cum suis, om. Marz. Revill. — 6 ALBVLAS Brun. Ligor. (Taur.) Ottob. Marz. Revill., ALBVLAS Accurs., ALBVNEAS Leonc. cum suis (ALBVRNEAS Manut.), ALBVMS Lig. (Neap.).

Vv. 4—7 separati et interpolati sic PROCVLVS SACERDOS M·D·M·IGIAE (*Hygiam* voluit falsarius) SAC·AD AQVAS ALBVLAS D·D leguntur apud Marianum Victorium de antiq. Reate cod. Neap. f. 55 (inde per Antinorium Murat. 169, 5; ex hoc Orelli 1807), apud Andream Bacci delle Therme *discorso delle acque Albule* cet. (Romae 1567) p. 3 (ex hoc Antonius del Re ms. Barb. cap. VI et Suaresius Vat. 9140 f. 206; ex Ant. del Re ed. Cabral et del Re p. 63); denique in cod. Ottob. 2970 f. 22 et apud Marzium II p. 172, qui et ipsi videntur pendere ex Baccio. Repertam ad aquas Albulas facit Bacci, 'ad aquas Albulas via Tiburtina XIII ab urbe lapide et ab Adriani Caesaris villa secundo' Victorius.

3535 tabula marmorea. Tibure *in terra appresso al tempio anticamente della Tosse* [significatur aedificium rotundum vetustum quod extat Tibure extra portam Collis] DEL RE. Romae in Vaticano FEA. Ibi extat (*Galleria lapidaria* dir. II).

ANTINOO · ET BELENO PAR AETAS FORMAQVE SI PAR
CVR NON ANTINOVS · SIT QVOQVE QVI BELENVS
S · S I C V L V S

Descripsi post Henzenum. Exhibet primus Antonius del Re ed. p. 68. Inde pendent Vulpi Lat. 10 p. 24, Murat. 24, 9 (ex hoc Orelli 922); S. Viola *giornale arcadico* 6 (1820) p. 207; Sebastiani p. 124. Denuo de visu Fea *Castel Gandolfo* p. XIII.

2 in. C litteram nunc deperditam habent del Re et Fea. — 3 in. Q del Re: ex eodem in fin. dedi S litteram nunc deperditam; ceterum quid sibi velit hoc vocabulum, ego nescio.

3536 basis marmorea quadrata litteris bonis. Repertam esse propter S. Andreae et S. Vincentii aedes, ubi thermas et templum Dianae fuisse volunt, sine certo auctore narrant VIOLA et a Viola pendens GORI (p. 19). — Fuit olim Tibure in monasterio Franciscanorum adnexo ecclesiae S. Francisci sive S. Mariae Maioris (quod idem est, cf. Gori p. 45), ibi collocant fere omnes plus minus accurate locum definientes inde a MARCANOVA usque ad SEBAST. VIOL. GORI (*a piè d'una cisterna* LIG., *presso la cisterna* REVILL.), nuper translata est in aedes publicas Tiburtium. — Tibure in villa d'Este LIGOR. (Taur.). *Nella piazza di Tivoli* BRVN. — Romae FELIC. FERRAR.

DIANAE · CAELESTI
SACRVM
Q · CORNELIVS
THEOPHILVS
S CVM · QVINTIA · M · L
LVPERCA

Recognovi. Exhibent Marcanova Mutin. f. 84; Felicianus Ver. f. 135 (inde Ferrarinus Traiect. f. 88, Paris. f. 91', Regiens. f. 44); Iucundus Ver. f. 132, Magl. f. 108, Sieder ms. f. 74 (inde Rambertus Patav. f. 141', ex quo Apianus 187, 2), Brunelleschi f. 71'; Accursius ms. f. 7; Pighius cod. Luzac. p. 32 (a Pighio Smetius ms. Neap. p. 87, ed. 22, 11; e Smetio Grut. 41, 1'); Metellus Vat. 6040 f. 63; Manutius orth. 124, 2. Ligorius Neap. lib. 25 et 35, Taur. vol. 20 f. 15; Panvinius Vat. 6035 f. 2; cod. Ott. 2970 f. 10'; Suaresius Vat. 9140 f. 205'; Revillas sched. Berol.; Casimiro da Roma *memorie storiche* p. 374, Sebastiani p. 356 citans Gruterum, sed videtur vidisse (a Sebastiano pendere videntur Viola *decennio* p. 202 et Gori *viaggio da Roma a Subiaco* I p. 45).

Exemplum novicium in tabula marmorea exaratum, visum olim a Zoëga (ms. p. 676, 6) et a Sartio Tibure in aedibus Boschi, nuper in repositis musei Lateranensis descripsit Henzen. Differt v. 1 DIANE, 5 QVINTIA·M·L.

Ad hunc Ligorius (ms. Neap. 35 p. 187) finxit titulum: *Dianae caelesti | Feridia M. f. Rufa | e. d. d. l. m.*

3537 in ara aut basi SMET. Tibure in S. Dominico [autem pro 'Dominico' scripserat 'Clementa' SIED.] SIED. PIGH., in S. Biasio (Biagio) BRVN.

DIANAI · OPIFEE
NEMOEENSEI
L · APVLEIVS · L · L · ANTIO

Sieder ms. f. 73 (inde pendet Rambertus Pat. f. 141); Brunelleschi f. 72'; Pighius Luzac. p. 35, cod. museı f. 26. A Pighio Smetius ed. 22, 15, ex hoc Grut. 41, 6 (inde Vulpi Lat. 10 p. 206; Orelli 1456).

Ipsum lapidem Pighio visum esse vix crediderim. — 2 NEMORENSEI Sied. Brun., NEMORENSI Ramb. Pigh. — 3 in duas lineas distribuit Pigh. — APPVLEVS Sied. (APVLEIVS Ramb.) — ANTIO Sied., ANTIO Brun. Pigh., fuitne ANTIOCVS?

3538 tabula marmorea litteris bonis ZOEGA. Rep. in una scavo fatto in Tivoli nel vicolo detto delli Giudei, deinde inserta muro impluvii aedium Boschi CABR. et DEL RE. In aedibus Boschi MAR. ZOEG. SEBAST. Inde venit pars dimidia intuenti dextra ad Violam VIOLA.

FELI|CITATSI
T · CAVPO|NIVS · T · F
C · AVFEST|IVS · C · F AED

Cabral et del Re p. 127 (inde Henzen 5816), Marini Vat. 9127 f. 259 descriptam ut dicit a Regio, i. e. puto a Fausto del Re; Zoega ms. p. 575, 5; Sebastiani p. 321; St. Viola giorn. arc. 112 (1850) p. 215, hic de visu tantum partem intuenti dextram, quam linea separavi. Est huius Corp. vol. I n. 1112.

2. 3 AED inter duos versus positum, ita ut ad utrumque pertineat, dat solus Zoega, priori versui adscribunt Cabr. et del Re, Mar., Seb., posteriori Viola. — 3 L·F Cabr. et del Re. — Ut versum quartum haec . . . NVCOC exhibet Marinius, quae omissa ab reliquis omnibus, si vere extiterunt in lapide neque orta sunt a manu recenti nescio quid in margine tabulae ludente, certe male excepta sunt.

Aufestius nomen alibi fortasse nondum repertum redit in Tiburtina infra n. 3716.

3539 Tibure in claustro S. Stephani.

C · IVLIVS POLYBI DIVI
AVGVSTI LIBERTI · L · ANTHVS
SALTVM FORTVNAE OPIFEEAE
EESTITVIT PRO SALVTE
5 POLYBI · F · LIBERALIS PATRIS

Servavit Sieder ms. f. 75. Inde pendent Rambertus Pat. f. 141' et Apianus 167, 3 (ex hoc Smetius ed. 145, 16; ex Smetio Grut. 75, 9; ex hoc rursus Orelli 1751).

Vv. divisionem auctor Siederi videtur retinuisse — 1 fin. DIVI, 5 PATP traditur. — 4 lege *Polybi f(ili) Liberalis patris*.

3540 tabula marmorea. Rep. Tibure a. 1610 in ecclesia cathedrali VGHELL. *Si ritrovò a Tivoli nell' anno 1610 un' antica inscrittione, giunto con una statua della Fortuna presso la muraglia laterale del Duomo* MARZI I p. 154. *Nello scavare i fondamenti* [ecclesiae cathedralis] *si sono dissotterrate alcune inscrittioni*, scilicet haec et n. 3548 MARZI I p. 26. Similiter HOLSTENIVS qui habuit fortasse ex ipsius Marzii ore et ex Marzii libro repetunt POSTERIORES. *La qual inscrittione appresso di me si ritrova* MARZI II p. 157. In domo dd. de Marzio (et) *nel palazzo del signor Giuseppe Marzi* GALLETT. — Romae in museo Vaticano MARIN. Ibi extat (*Galleria lapidaria* Dii I).

FOETVN · PEAETOEIAE
SACRVM
L · MVCIVS · NICEPHOR
MAG · HEECVL · AVG
5 CN · COPONIVS · EPAGATVS sic
CVEATOE · PRIMI · D · S · P
CVLTORIBVS · D · D

Descripsit Henzen. Ughelli Ital. sacra I (1644) p. 214 (inde Mur. 63, 3) auctore non laudato. Marzi I p. 27 et p. 154, II p. 64 et p. 157 (ex Marzii libro petitam misit Ficoronius Romae in schedula quae extat inter schedas Muratorii Mutinenses; inde repetivit Murat. 1981, 11. et Marzio etiam Gori ad Donium 1, 138, unde Morcelli de stil. p. 381. et Cabral et del Re p. 12), Holstenius cod Dresd. F 193 f. 29', qui vidit, Vulpi Lat. 10 p. 152 descriptam a Lesleo, ib. p. 526 auctore non laudato; Lupi Vat. 9143 f. 15, qui vidit; Galletti apud Marinum ms. Vat. 9126; E. Q. Visconti cod. Paris. 3697, Marini ms. Vat. 9124 f. 178 de visu. Orelli n. 1754 ex prioribus.

Fortun(ae) praetoriae sacrum. L. Mucius Nicephor(us) mag(ister) Hercul(aneus) Aug(ustalis) et Coponius Epagatus, curator(es) primi, d(e) s(ua) p(ecunia) cultoribus d(ono) d(ederunt).

3541 parva basis marmorea rep. Tibure a. 1736 *nel sito del collegio vecchio de PP. della c(ongregazione) d(el) G(esù)* VVLPI (Cort.). Sine loco inter Tiburtinas REV. — Romae in collegio pp. societatis Iesu MVR., errore.

HERCVLEI
C · ANTRSTIVS · CN · F
CENS
DECVMA FACTA ITERVM
5 DAT

Nevillas sched. Berol. de visu ut videtur; Vulpi diss. Corton. II p. 176 (inde Mur. 60, 1. et Orelli 1528), Lat. 10 p. 151; Philippus Valenti apud Amaduzzium collect. vet. inscr. fasc. 2 (sched. bibl. Savignan.). Est huius Corp. vol. I n. 1113.

Ex Valentii exemplo enotatos habui solos vv. 1—3.

3542 *base di marmo pario, di circa un palmo di altezza: reggeva una statua di Ercole, di statura superiore alla naturale, come denotano le de' piedi e la porzione della clava e della spoglia leonina, che vi rimangono* CABRAL et DEL RE. item clavae, pedum duorum, pellis leonis vestigia in superficie basis certa notavit SARTI. Rep. intra tertium a Tibure milliarium extra portam S. Crucis *sulla strada Corciana*, unde apud Laurentium Bernini CABR. et DEL RE. In agro Tiburtino nuper detecta MORC. — Romae inter inscriptiones Ostienses Cartonii (cf. supra not. 3) descripsit SARTI addens 'nondum mihi liquet an ad Ostienses pertineat'. Locum non indicat FAVST. DEL RE sched.; item s. l. dd.

HEECVLI · DOMESTICO
T · AELI · EVBRI · SVPERSTITIS

Faustus del Re in schedula quam vidi Tibure apud Aloys. del Re, idem posuit in libro, edidit una cum Cabral p. 139, ab eodem habuit Morcelli de stilo inscript. ed. I (1781) ut testatur epistula eius ad illum data Romae d. 13 Iun. 1778 quam vidi Tibure; ex libro Fausti del Re puto Nibby viaggio I p. 180, non laudato, ex Nibbyo et Morcellio. Orelli 1538. Nescio unde E. Q. Visconti sched. Paris. 9697 f. 63. De visu refert Sarti sched.

1 HERCVL DOMESTICO Sarti, HERCVL AL SAILO stilo scripsit del Re, postea calamo atramentoque inscriptionem repetens dedit HERCVLI·DO et sic habet ed., itemque Morc. Nibb. Visc.; sed cum Morc. et Nibb. pendeant a del Re nec certum sit unde habuerit Viscontius, fieri DOMESTICO vox mera coniectura sit Fausti del Re. — 2 HELI Visc. — SVPERSTIS Faustus del Re cum primum inscriptionem perscripsit, sed eum eam postea repetivit.

3543 in quadrato parvo lapide METELL., tabella marmorea SMET. (ed.). Post M. Plautii 'insignia triumphalia ornamente regiosque Hadriani Caesaris hortos' in ipsa civitate Tiburtina vidisse CYRIACVM 'sacram Saxono Herculi atque dirruptam aedem' refert SCALAMONTI. Tibure ad templum Herculis vetustate collapsum CYR. (Vat.) (similiter MARCANOVA). In platea ante basilicam Laurentii IVC., similiter SIED. *Nella piaza* BRVN. In platea prope arborem METELL. In foro e regione summi templi in pariete domus privatae PIGH. In pariete hospitii publici ad forum SMET. (ms., similiter ed.). *Sulla porta di una bottega nella piazza di Tivoli* LIG. (Neap.). *Ne la piazza di l'olmo* OTTOB. *Un tempo stette nel luogo fuor della città, dove chiamano Carciano, et hora si troua nella piazza di San Lorenzo murata in una casa privata* LIGOR. (Taur.), priorem narrationis partem ex ingenio. — *E stata tolta via* ANT. DEL RE cap. 2; *è stata levata da pochi anni in quà e portata a Roma* IDEM cap. 6. — Romae 'in viridario urbano Ducis Sfortiae Cesarini' vidit BIANCHINI *d.* 28 Apr. 1786. — Incerto loco MAZOCHI.

HÉRCVLI · SAXÁNO · SACRVM
SER · SVLPICIVS · TROPHIMVS
AEDEM · ZOTHECAM · CVLÍNAM
PECVNIÁ · SVÁ · Á · SOLÓ · RESTITVIT
ÍDEMQVE · DEDICÁVIT · K · DECEMBR
L · TVRPILIO · DEXTRO · M · MAÉCIO · RVFO · COS
EVTYCHVS · SER · PERAGENDVM · CVRÁVIT

Cyriacum descripsisse auctor est Scalamontius biographus eius (ms. Tarv.; ed. Colucci p. LXXXIX) qui etiam exemplum inscriptionis proponit; inde videntur pendere Felicianus Ver. f. 146 et per hunc Ferrarinus Traiect. f. 86, Par. f. 78'. 103, Reg. f. 82. 126'. Diversum ab hoc et magis ipsius Cyriaci exemplum proponit cod. Vat. 8875 f. 65'; pendent a Cyriaco Marcanova Bern. f. 86', Mut. f. 106; Felicianus Ver. f. 146 (inde Redianus f. 125); Lilius cod. Helmst. f. 89; Sanutus cod. Ver. f. 227; codex Pandulfin. olim bibl. Ashburnham nunc Laurentianae f. 88' (inde Borghini ms. p. 124). Post Cyriacum descripserunt Iucundus Ver. f. 133, Magl. f. 108, optime; auctor Siederi f. 74, item optime (inde pendent Rambertus Pal. f. 146'; Alciatus Fene f. 62'; Apianus 187, 3 nisi quod hic v. 1 SAXONO dedit pro SAXANO ex Cyriacanis exemplis peioribus); Brunelleschi f. 71; Accursius qui emendavit ad Apianum suum nunc bibl. Ambr.; Mancini apud Pighium f. 6; Metellus Vat. 6039 f. 340' et ad Mazochium suum nunc bibl. Vaticanae; Smetius ms. Neap. p. 8, ed. 6, 4 (inde Grut. 46, 3); Pighius cod. Luzac. p. 68, cod. musei f. 13 (ex Pighiana Woelseappin f. 70), Herc. Prodic. p. 536 (inde Schottus itinerar. Italiae p. 590); Ligorius Neap. 38 p. 185, Bodl. f. 129, Vat. 5295 f. 8, Taur. 20 f. 8'; is a quo pendet Romieu f. 147; Gudius, cuius exemplum adhibitum est in altera editione corporis Gruteriani; ultimus Bianchini cod. Ver. 347 f. 26. Exhibent praeterea Mazochi f. 188; Manutius orth. 469, 18 (inde Ant. del Re ms. Barb. cap. II et cap. VI), cod. Ottob. 2676 f. 17; Panvinius fast. ad a. 878; Scaliger commentar. in catalecta p. 229 (ed. Lugd. Bat. 1617), nescio unde, Marzi I p. 29 (inde Kircher Lat. p. 133), II p. 58 (inde Kircher p. 163) laudans Schotti itinerar., ex eodem ut puto descriptam Muratorio misit Philipp. Camerini (sched. Murat. XXI, 231); Spon *voyage* III p. 47 (cf. I p. 48), non de visu; Vulpi Lat. 18 p. 118. Orelli 2008.

Verba inscriptionis sic ut dedi exhibent Inc. Sied. Lig. (Neap. Taur.), item Gudius in Grut. ed. 2. Varias lectiones adscripsi Cyriaci (apud Scal. et codicis Vaticani) Brunelleschi Metelli Pighii Smetii Bianchinii. — 1 SAXONO Cyriacus apud Scalam. — SACRV Met., SAXVM Cyr. (Scal.). — 2 SAX Cyr. ap. Scal., SEAVIVS Met., SERGIVS Brun. — SVLPITIVS Cyr. (Scal.) Brun. — TORPHIMVS Cyr. (Vat.). — 3 CVLLINAM Cyr. (Scal.). — 5 DECEMB Pigh. — 6 DE..RO Bianch. — MOECIO Cyr. (Vat., MOETIO Scal.), MECIO Bianch. — RVFFO Cyr. (Vat., RVPHO Scal.). — 7 EVTYCHVS] T·VTYCHVS Cyr. (Vat., T·VTHYCVS Scal.), VTACHICVS Smet. — SER in lacuna om. Bianch. — PEREGRINANTIB (pro PERAGENDVM) Scaliger. Apices dedi ex Pighio (ms. Luzac.) et Smetio; apices in v. 4 PECVNIÁ, SOLÓ, 6 MAÉCIO habet solus Smetius (Smetius cod. Neap. habet praeterea v. 3 AEDÉM), in v. 7 CVRÁVIT solus Pighius. Paucos apices exhibet etiam Ligor. (Taur.), reliqui eos omittunt.

Recens incisa extabat Neapoli in domo Ioviani Pontani ad exemplum aliquod ex Cyriacanis, sed pro SER (v. 7) quadratarius dederat SAXONVS, scilicet 'in uxoris' Pontani 'gratiam quae Saxona fuerit et pro insigni generis Herculem gestarit Nemeum leonem comprimentem', ut ait Accursius. Viderunt Neapoli Augustinus Tyfernus et Accursius; edidit Apianus 114, 4. Recensuit Mommsen vol. X, 198*.

Herculi Saxano dicati tituli praeter hunc prodierunt unus Tridenti (Corp. V n. 5013) dedicatus fortasse ab homine stirpis Gallicae, permulti in valle Brohl prope Andernach (Freudenberg *das Denkmal des Hercules Saxanus im Brohlthal*, Bonn 1862 p. 4 seq.; Brambach corp. inscr. Rhen. 651 seq.; Orell. Henzen 2007. 2008. 2010. 3479. 5657), item tres in valle Mosellae ad pagum dictum Norroy-sous-Prény prope Pont-à-Mousson (Freudenberg l. c. p. 11; Ch. Robert *Mélanges Graux* p. 329 seq.; Orelli 2008) positi a militibus exercitus Germaniei occupatis ut videtur in lapicidinis exercendis. Hoc titulo Tiburtino optimae aetatis (cf. infra) videntur refelli, qui Herculem Saxanum habent pro numine veterum Germanorum. — 6 consules hi cuius anni ultimis mensibus fasces tenuerint, ignoratur (male anno 225 eos ut consules ordinarios adtribuit Panvinius, quo Fuscum et Dextrum consules signant fasti). M. Maecius Rufus, qui fuit proconsul Bithyniae sub Vespasiano et Tito, id est anno 79, testibus nummis apud Borghesium opp. I p. 511, non diversus fortasse est ab hoc nostro. Certe non tertio saeculo, sed aetati meliori hanc inscriptionem praeter alia id ipsum vindicat quod nominantur consules suffecti.

3544 basis marmorea. Extra Tibur in aede S. Angeli q. d. *in Piaola* PRIORES OMNES (in S. Angeli montis Olivetani extra urbem SVAR., apud monachos montis Olivetani LVPI S. Sev.). *Nel convento di S. Francesca Romana* (Romae scilicet) ZOEGA. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap. intranti a sinistra*).

H · V · V · S
C · IVLIVS · C · F ·
PAL · RVFVS
TRIB · MILITVM · BIS
FANI · CVRATOR
V · Q
AB AERARIO · SATVRNI

Descripsit Henzen. Exhibent Sieder ms. f. 76' (inde pendet Apianus 189, 5); Brunelleschi f. 72'; Accursius ms. f. 5'; Mancini apud Pighium f. 6'. Smetius ed. 82, 8 'e Pighianis' (e Smetio Grut. 424, 8, Grut. ed. 2 correctam e schedis Ursini). Ligorius Taur. 20 f. 8. cod. Ottob. 2978 f. 26. Marzi I p. 21 (inde Kircher Lat. p. 132), II p. 53 (inde Kircher Lat. p. 193 auctore non laudato); Suaresius Vat. 9140 f. 201; Fabretti 692, 136 et 706, 273 ex schedis Holstenii; Lupi Vat. 8113 f. 21', idem S. Sever. p. 18 versum solum primum; Vulpi Lat. 10 p. 109. 145. Zoega ms. p. 507. Ex Grut. et Fabr. Orelli 3984.

1 *H(erculi) V(ictori) v(otum) s(olvit)*. 6 *v(iator) q(uaestorius)*.

Exemplum novicium cum simpulo et patera extat in museo Vaticano (*Galleria delle statue*); ibi iam viderat Marinius (sched. Vat. 9126 f. 174). Descripsit Henzen sic: *h. u. v. s. | g iulius cc. f. | pal. rufus | trib. militum bis | fani. curator | v. o. | ob erraria | saturni.*

3545 ara marmorea (cum simpulo ac patera, addit VVLPI). Rep. Tibure mense Iulio 1739 *nei fondamenti sotto la casa del canonico Regnoni sulla piazza dello Regno presso un antico pavimento di musaico* REVILL., similiter VVLP. — Romae MVR. Nunc extat muro immissa in museo Vaticano (*Gall. lap. dii* II).

HERCVLI
INVICTO
P · LVCILIVS · P · F
OVF · SVCCES
SOR · MEDIOLAN
QVOT · VOTVM
· FECERAT ·
CENTVRIO
P · P · SOL · L · M

Descripsit Henzen. Revillas sched. Berol.; Vulpi Lat. 16 p. 164; Murat. spp 16, 2 cui misit Chiappinius. Est huius corp. vol. VI n. 326 inter urbanas, non recte.

6—9 *quod votum fecerat centurio, p(rimus) p(ilus) sol(vit) l(ibens) m(erito).*

3546 in fronte magnae tabulae marmoreae, quae videtur sustinuisse donarium, effossae Tibure a Thierry architecto Francogallo in ruderibus quae villam Maecenatis appellant ROSA. Nunc Tibure in curia.

POMPONIA · L · F · NVNNVLEI · HERC · VICT   C · NVNNVLEIO · C · F · NVDO · LEG · PRO · PRAET
POMPONIA · L · F · VXOR · POSVIT

Descripsit Benndorf, recognovi ipse. Petrus Rosa *bull. dell' Inst.* 1862 p. 6; Foucart *revue archeol. nouv. serie* vol. 7 (1863) p. 82.

3547 Tibure rep. circa basilicam S. Laurentii MARZI I, *nella diruta chiesa della Madonna del Passo* MARZI II. Tibure MVR. Sine loco inter Tiburtinas OTTOB.

P · RVSTICELIVS
SALTATOR
HER · VICT · M

Semel descripta est. Codex Ottob. 2970 f. 19 (inde puto Fabretti 243, 668 'ex ms Holstenii'), Marzi I p. 26, II p. 53 (inde Kircher Lat. p. 133. 163; Vulpi Lat. 16 p. 145; Muratori 675, 4 'e schedis meis' nescio quibus. Ex Mur. Orelli 2661.

Versuum distributionem, quos continuat Ottob., dedi ex Marzio et Murat. — 2 R praemisit Marzi. — 1 RVSTICELLIVS Marz. Mur. — 2 HERCVL Mur. — VICT Marzi. VIC Ottob. Mur. V Fabr.

3548 basis parva marmorea. Rep. Tibure una cum n. 3540 MARZ. HOLST., ibi ubi n. 3540, sed antea, scilicet anno 1635, cum ecclesiae cathedralis fundamenta a Iulio card. Roma episcopo refoderentur UGHELL. Tibure in domo prope ecclesiam cathedralem GIORG., similiter REVILL. VVLP. LVPI. In aedibus Boschi ZOEG. MARIN. Ex aedibus Boschi Romam translata anno 1826 FEA. Romae antea erat in Vaticano, nunc est in Laterano inter reposita.

C · VIBIVS · C · F · VEL ·
PVBLILIANVS · SCR · Q
PRAEF · COM · IIII
THRACVM EQVITATAE
TRIBVNVS MILITVM BIS
LEG · IIII · MACEDONICAE · ET
LEGION · XXI · RAPACIS
IN · GERMANIA
REVERSVS · INDE
HERCVLI · INVICTO · D · D

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Marzi I p. 26, II p. 64; Ughelli Italia sacr. I (1644) p. 213 (inde Mur. 63, 6) auctore non laudato; Holstenius cod. Dresd. F 163 f. 26, qui vidit; Revillas sched. Berol.; Giorgi sched. Casanat.; Vulpi 16 p. 155 qui vidit, sed supplevit ex Marzio: Lupi cod. Vat. 6143 f. 49', Marini cod. Vat. 9127 f. 256; Zoega ms. p. 376 n. 7: Fea sched. f. 174. Orelli 1549 cum adn. Henzeni.

Vv. 4. 5 ex parte evanuerunt. Litteris rectis dedi ea quae ipse vidi, litteris inclinatis ea quae fortasse viderunt priores; litteris minusculis orta ex coniecturis. — 4 TRACVM EQVITVM [THRACVM · EQVIT Holst.] ALAE [AIAE Marz. I] Marz. Ugh. Holst., T... C...EQVIT...E Revill., T....EQVIT...E Giorg. Lupi, T...... Zoeg. Mar., ut evanidum totum versum om. Fea; EQVITATAE Henzen in suppl. ad Orellium. — 5 TRIBVNVS MILITVMBIS Marz. Ugh. Holst., TR · ISIN · S (vel E) MIBT..M..S Revill., TRIB...M.. .AS Giorg. Lup., TR......S Zoeg., TR...... Mar., ut evanidum totum versum omittit Fea.

Titulus primi p. C. saeculi, ut ostendit mentio legionum quartae Macedonicae et unetvicesimae Rapacis.

3549 parva basis marmorea. Rep. Tibure a. 1721 *sotto la chiesa del Carmine* REV. Eruta ex agro Tiburtino anno 1736 VVLP. Extat in impluvio aedium Sabbi-Colonna (iam Serbucci).

VICTORI
HERCVLI ·
SACRVM

Descripsi post Mommsenum. Revillas sched. Berol. et in topographio agri Tiburtini (inde Mur. 1066, 5), si quidem eadem est; Vulpi Lat. 10 p. 156, cui dedit Paulus Colomnus Tiburtinus; Canina *edifizi antichi de Roma* vol. V p. 121 not. 26.

1 TIOVRS, 2 HAERCVLI (sched., non in topogr.) Revill.

3550 (Tibure) paullo propius eandem portam (Collis) in aede Ioannis Baptistae ACC. Tibure in hortis monasterii SMET. — S. l. VRS.

T · ALLIVS · MEDICVS
MAG
M V

Accursius ms. Ambros. f. 9' (inde Mur. 91? 1); Smetius ms. Neap. p. 216, unde pendet Pighius Vat. 6035 f. 96' et Ursinus imag. et elog. p. 100 (ex hoc Ligorius Taur. vol. 13 ...) Grut. 635, 4 'ex Ursino et Smetianis'.

1 T · ALLIVS Acc., TALLVS Smet. (cum Pighio et Grut.), THALLVS Urs.

3551 Tibure *nelle scale della chiesa de PP. Capuccini* MARZI; in limine ecclesiae Capuccinorum extra urbem SVAR.

PRO SALVTE
AVGVSTAE
. . . IVS L · F
H · V · V · S ·

Marzi II p. 53 (inde Vulpi Lat. 10 p. 1..) Suaresius cod. Vat. 9140 f. 32' iterum f. 204.

1 ....ALVTE Suar. f. 204, ...SALVTE Suar. f. 32', PRO SALVTE Marzi. — 2 IAVSTAE ... f. 204, AVGVSTAE Marzi at Suar. f. 32' (hic lacuna in principio indicata). — 4 H · V · V · S ... V S V S Suar. (utroque loco), si recte legit Marzius, est *H(erculi) v(ictori) v(otum) s(olvit).*

3552 fragmentum marmoreum Romae in tabulario HENZ. Nunc in museo Capitolino. Rep. Romae sub tabulario faciunt SCHEDAE SARTII, sed quarum testimonio non multum tribuendum est, cum ex eis qui effossionibus fori Romani aetatis illius institerunt nemo hoc fragmentum noverit, praeterea similem errorem Sartii supra quoque ad n. 20 observaverimus. — ... Herculi Tiburtino etiam Romae ara dedicari; sed in re incerta hunc inter Tiburtinas ... placuit.

HERCVLI TIBVRTINO · ...
...IVS · ASINIVS · PANARIST...
IDEMQVS · STATIONE...

Descripserunt Henzen et Bormann, ediderunt huius Corp. vol. VI n. 342. Sarti ms. ...

V. 1 scriptus est in spatio depresso, fortasse substitutus in locum vocabulorum erasorum. 2 in. IVS Borm., IVS Henz.

3553 basis marmorea. Rep. Tibure d. 3 Mart. 1858 *nello scavare presso i fondamenti del palazzo Lolli, lungo il vicolo che conduce alla piazza di S. Andrea* VIOL. Extat non longe ab eo loco ubi reperta est in impluvio aedium nunc advocati Bellini.

in *latere intuentibus sinistro*:

DEDICATA · ID · IN
IVLIANO II ET · CRISPINO
urceus COS ·

13 Ian.
224

HERCVLI VICTORI
CERTENCINO *ala*
M · AVREL · AVG · LIB ·
ZOTICVS *patera*
HON · A · CENSIBVS
D · D

GREGORIVS

Recognovi. St. Viola *bull. dell' Inst.* 1858 p. 14. 84 (inde Henzen 6727) et apud Borghesium opp. 6 p. 636; Canina *edifizj antichi di Roma* vol. V p. 116 not. 26, auctore non laudato.

6 *Certencinus* cognomen videtur derivatum a loco nobis ignoto. — 7 GREGORIVS vocabulum litteris scriptum est diversis a reliqua inscriptione frontis et manus bonis, sed similibus litteris eis quae sunt in latere basis.

3554 basis marmorea Tibure in S. Vincentii PRIORES OMNES, in aedibus publicis Tiburtium MARIN. VIOL. Ibi adhuc extat frons desecta et muro inserta.

HERCVLI
TIBVRT · VICT
ET · CETERIS DIS
PRAEST · TIBVRT
L · MINICIVS
NATALIS
COS · AVGVR
LEG · AVG · PR · PR
PROVINCIAE
MOESIAE · INFER
VOT · SVSCEP

Descripsi. Exhibent Sieder f. 73' (inde Rambertus Petav. f. 132'; Apianus 168, 4); Brunelleschi f. 72'; Accursius ms. f. 6; Pighius cod. Luzac. p. 64, Herc. Prodic. p. 666 (inde Schottus itinerar. Italiae p. 522; e Pighio Smetius ms. Neap. p. 26, ed. 24, 8); Manutius Vat. 5848 fasc. 1 p. 6, orth. 178, 3 (ex Manutio et Pighio Grut. 42, 6); Ligorius Taur. vol. 30 f. 2 (ex Ligorianis Ach. Statius cod. Vallicell. f. 16); Lupi Vat. 9148 f. 41' e Lasleo; Vulpi Lat. 10 p. 116 qui vidit neque tamen descripsit; Marini ms. Vat. 2127 f. 266; Sebastiani *viaggio* p. 188; Orelli 1561 e Grut., cf. additamenta Henzeni; Melchiorri *saggiatore* 8 (1848) p. 676, St. Viola *decennio* p. 278.

1 ultima littera nunc deest. — 11 mihi videbatur integer esse; VOTO SVSCEPTO Mar., VOT S... Lup. — Falsum exemplar imperitissime confectum extat in museo Vaticano (*Gall. lap.* Dii I). Descripsit Henzen me: *herculi.* | *tiburt. vici. curator.* | *et. celer. isidis. praet.* | *tiburt. l. minicius* | *natalis. cos. aug. iuri* | *leg. aug. pr. pr. provinciae* | *moesiae. inf. erculi* | *v. an v.* Exhibet iam Marini ms. Vat. 9124 f. 121.

Idem L. Minicius Natalis Tibure posuit titulum hunc (editum et alibi et Corp. inscr. Gr. n. 5977) nunc adservatum Romae in museo Vaticano: Ἀσκληπίῳ σωτῆρι Λ. Μινίκιος Νατάλιος, ὕπατος, ἀνθύπατος Λιβύης, αὔγουρ, πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος Σεβαστοῦ Μυσίας τῆς κάτω, τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν ἀνέθηκεν. Eidem a Tiburtinis positi sunt tituli infra editi n. 3599. 3600 (in quibus appellatur L. Minicius L. f. Gal. Natalis Quadronius Verus), ubi cf.

3555 ara magna marmorea litteris optimis et pulcherrimis. Tibure in S. Alexandri BRVN. MET.; in collegio societatis Iesu SIRM.; ante ecclesiam S. Symphorosae VVLP. LVP. CABR.; *avanti la chiesa de' pp. Gesuiti* [quae eadem est dicta Symphorosae] SEB. Extat in platea publica ante ecclesiam S. Symphorosae. — Repertam esse inter rudera templi Herculis una cum simulacro Herculis flexo poplite Iovi supplicantis, quod simulacrum memorasse dicitur etiam Zappi ms., primus auctor est VVLPI, a quo pendent CABR. SEB. VIOL.

IOVI · PRAESTITI
HERCVLES · VICTOR · DICAVIT
BLANDVS · PR · RESTITVIT

Descripsi. Brunelleschi f. 62; Metellus Vat. 6040 f. 48; Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 2 ('ex Sirmondi ad Velserum schedis' Grut. 1085, 8); Suaresius Vat. 9140 f. 207; Revillas sched. Berol. et in topographia agri Tiburtini (inde Murat. 1277, 18); Vulpi Lat. 10 p. 168. 812; Lupi in diss. de baptisteriis (*dissertazioni* ed. Faens. 1788 vol. 1 p. 72); Cabral et del Re p. 11; Sebastiani p. 141; St. Viola *giornale arcad.* vol. 106 (1845) p. 365, 158 (1852) p. 331. A prioribus Orelli 1883 cum add.; Mommsen *bull. dell' Inst.* 1846 p. 81.

Vs. 1 et 3 legi in urceolo figulino observato Romae in museo Kircheriano auctor est Contuccius eius musei praefectus apud Muratorium 10, 6, qui urceolus si umquam extitit, recens inscriptus fuerit necesse est.

Titulus nescio quo tempore eradi coeptus est; quae ra damnum passa sunt potissimum vocabula IOVI v. 1 et HERCVLES v. 2, praeterea v. 1 P littera in PRAESTITI, v. 2 OR in VICTOR, v. 3 B in BLANDVS. Nihilo minus titulus totus legitur, nisi quod alteram E in HERCVLES ego non agnovi. — In latere intuenti sinistro et in parte aversa leguntur tituli medii aevi, ex n. 1138 vel uterque vel certe is qui est in parte aversa, editi vel tractati a Lupio *diss.* l. c.; Lazeri *della consecrazione del Panteon* (Rom. 1749) p. 61; St. Viola *giorn. arc.* vol. 158 p. 636.

3556 Tibure in templo S. Catharinae circa basim eximiam SIED. In S. Catharinae ACC.

IVNONI · ARGEIAE · C · BLANDVS · PROCOS

Sieder f. 76. Inde vel potius ex eodem fonte Rambertus Pat. f. 141', Apianus 186, 5 (ex hoc Smetius ed. 147, 16 indeque Grut. 24, 11, ex Grut. Vulpi Lat. 12 p. 212), nec aliunde puto Pighius cod. musei f. 82. Ex lapide Accursius ms. f. 2 (inde Mur. 14, 7). Orelli n. 1262.

ARGEIAE Accursius itemque Rambertus et Apianus, sed in codice Mut. Siederus scripsit ARGIAE; ARGEIVAE Pigh. — *Argeia* vocabulum in tali inscriptione, quae fortasse se expressam simulavit ad exemplum vetustissimum, non offendit.

Ut Romae erat ara, quae Iovi Εὑρεσίῳ, ut ait Dionysius 1, 32, Patri Inventori, ut aiunt Solinus c. 1, 7 p. 7 M. et auctor libelli de origine gentis Romanae c. 8, ab Hercule ex Hesperia reduce propter boves a Caco recuperatas dicata esse dicebatur, ita Tiburtini quoque, ut ex inscriptione n. 3586 apparet, habebant aram quam Iovi Praestiti ab Hercule Victore dicatam esse dicerent; eam aram restituit Blandus civis Tiburtinus, cum esset praetor Romae (noli cogitare de praetura Tiburtina); cf. supra p. 367. Aliquot annis post, idem Blandus, cum in republica Romana iam obtinuisset proconsulatum aliquem, Iunoni Argivae vel fecit vel restituit aram n. 3556. — De Blando dixi ad n. 3376.

3557 ara marmorea. Locum non indicat ODER. — Tibure DONAT. Tibure *cortile del pal. Boschi* ZOEGA. A. 1888 ex aedibus Boschi Romam adlata FEA. Nunc frons desecta extat Romae in Laterano inter reposita.

IOVI CVSTODI
SACRVM *praefericulum* DONAT
M · AEMILIVS
FLACCVS · Q

Descripsi post Henzenum. Oderico diss. p. 183 n. 6 ab aliis; Donati 3, 6 (inde Orelli 1227) missam ab Hann. Olivierio; Zoega ms. p. 676 n. 10; Fea sched. f. 174.

1 duas litteras nunc deperditas exhibent priores omnes.

3558 ara marmorea. Locumnon indicat ODER. — Tibure DONAT. Tibure *cortile del pal. Boschi* ZOEGA. Ex aedibus Boschi Romam translata anno 1888 FEA. Frons basis extabat Romae in Vaticano, nunc extat in Laterano inter reposita.

NEPTVNO
ADIVTORI
SACRVM
M · AEMILIVS
FLACCVS · Q ·

dextro latere praefericulum sine patera, supra aeruia DONAT.

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Oderico diss. p. 183 n. 7 ab aliis (inde Orelli n. 1334); Donati 34, 8 missam ab Hannibale Olivieri; Zoega ms. p. 676 n. 9; Fea sched. f. 174.

3559 ara parva marmorea. Rep. a. 1837 *nel territorio di Tivoli, benchè additarsene non possa in quale parte,* inde Tibure apud lo. Sestili canonicum VIOLA. Romae in museo Kircheriano HENZ.

SANCTO
IOVI · TERRITORI
SACRVM

Descripsit Henzen. Stan. Viola *decennio* p. 104 (inde *bullett. dell' Inst. arch.* 1849 p. 21; Henzen syll. n. 5617); Ruggero catal. mus. Kirch. p. 10 n. 88.

3560 Tibure in domo Ciarulli privati civis LEONC. — Romae in domo Ciarulli MVR., male.

OPTATVS PEDIS EVMACHVS MARMA
LARES DE SVA PEQ POSIERVNT

Leoncini ms. f. 1'; ab hoc Mancini apud Metellum f. 346 et apud Pighium f. 3'; ex Mancinianis pendet etiam Ligorius Neap. l. 35 p. 185 (inde Mur. 480, 8; ex schedis olim Barberinis nunc Vaticanis descriptis a Ligorio Spon misc. p. 114).

1 EVMACHVS Leonc., CVMACHVS Manc., SIMACHVS Lig. — MARMO Lig. — 2 POSVERVNT Lig.

Optatus pedis(equus), Eumachus marma(rarius?) Lares de sua peq(unia) posierunt.

3561 Tibure rep. (anno 1824 MARINI nescio unde) *apresso la chiesa di S. Lorenzo, dove era il tempio d' Hercole, verso la canonica, sotto al piano della chiesa che si vede hoggi, e dove è stato trovato si vede il pavimento di mos(aico)* SCHEDVLA BARB. Tibure in aedibus Septimii Bulgarini VVLP. qui vidit anno 1738, du fragmento maiore, similiter REVILL. 'Aiebat Bulgarinus . . in alio fragmento, quod statim ab effossione male periit, se legisse *P. Flavius Sp. f. Cam.* et deinceps secutas litteras *Decimus*' VVLPI.

P FLAVIVS SP F CAM | DECIMVS
P FLAVIVS PALEST|RICVS HA
M TREBIENVS TIBV|RTINVS HA
CVR
CVLTORIBVS |DOMVS DIVINAE
ET FORTV|NAE AVG LARES
AVGV|STOS D D

Integra legitur in schedula inserta libro ms. Antonii del Re quod adservatur in bibl. Barb. LIII 52 (inde Marinius in epistula data ad Viscontium anno 1786, edita a Viscontio mus. Pio-Clem. [ed. Mediol.] IV 349, ubi errore schedula illa dicitur esse Marzii; ex Viscontio Orelli 1662'. Mutilam, scilicet principiis versuum destitutam, descripserunt Revillas sched. Berol., item in topographia agri Tiburtini (inde male ad. Murat. 2047, 6) et Vulpi Lat. 10 p. 153; sed principium v. 1 uterque habuit a Bulgarinio.

Ea quae servavit sola schedula Barberiniana, dedi inclinatis. — 3 TREBONIVS Visc., non recte. — 3. 6 I longas dedi ex Revill. — 6 fin. S om. Vulp. Rev.

2 *P. Flavius Palestricus H(erculanius) A(ugustalis).*

3562 fragmentum tabulae *in giallo brecciato* Tibure rep. a Genga in effossionibus institutis non longe ab ecclesia cathedrali, de ubi n. 3687. 3688 LANC. Nunc in museo villae Hadrianae.

MEN*serit*
LARID*us*
PHILOMVS*us*
AMPHIO · LATER*culi*
EROS · TVRRANIAI · SE*r*
MERCVL · REFIC · COER

Descripsit Gatti a. 1886. Lanciani apud Fiorellium *not. degli scavi* 1883 *p.* 172.

5 fin. SER Lanc., SER Gatti.

3562a Tibure in Cassii villa nunc Caesaris marmori incisum SVAR.: in domo Philippi Caesarii, ex Cassii villa translata REV.

DOMITIA
TERTVLLA
M · D · M
D · S · P · F

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 207, Revillas sched. Berol. bis.

Cum Revillas vidit, fracta erat a latere intuentibus sinistro et v. 1 in. deficiebat littera D; plenam exhibet Suar.

3563 lammina aerea clavis olim adfixa 'in Tiburtino agro rep. mihique a march. Fabritio de Maximis castri Arsularum domino oblata' FABR. Nunc Parisiis in museo publico. — Potuit adferri haec lamina ad marchionem de Maximis etiam ex agro Aequorum vel Marsorum; nec tamen eam propter hanc suspicionem loco suo pellere volui.

a ab uno parte:

C · PLACENTIOS · HER · F
MARTE · SACROM

b ab altera:

C · PLACENTIVS · HER · F
MARTE · DONV · DEDE

Ad ectypum missum ab Huebnero delineavit Ritschl tab. XCVII (enarr. p. 81, 2) *a*; ad hoc corporis vol. I n. 62. Fabretti 87, LV. LVI (inde Lanzi *saggio di lingua Etr.* 1, 11 Orelli 2714; Ritschl tab. II *a*); Egger *comptes rendus de l'académie des inscr. et b.-l.* 1861 p. 279.

'Clavorum foramina cum clare appareant utroque margine, non simul legi potuit utraque inscriptio. Altera itaque paullo recentioris aetatis videtur esse, tabella fortasse cum donarium reficeretur inversa et rescripta, quod confirmat huiusce tituli lingua recentior' Momms. vol. I. — *b* 2 DEDET Fabr.

3564 'tabella marmorea, quae in Minorum observantium atrio (Tibure) iacet. In ea lictores cum fascibus caelati sunt, et haec inscriptio':

MENTI · BONAE · SALVTI
Q · CAECILIVS · Q · L · PHILADELPHVS
P · AQVILLIVS · P · L · DACVS
MAG · QVINQ · EX · PEC · CONL · F · C
IDEMQVE · SIGNVM · DEDICARVNT

Servavit Nicodemus p. 85 (lib. 4 cap. 3). Inde sine dubio repetita legitur in schedula inter Revillasiana nunc bibliothecae Berol.

4 *ex pec(unia) conl(egii)* vel etiam *conl(ata)*. — Similes dedicationes Menti Bonae a libertinis vel ministris servis factas habemus huius Corp. IX n. 3910. 3811. X n. 1550 6512. 6513. Salus cum Mente Bona coniuncta alibi non reperitur.

3565 *nel foro ultimamente a Tivoli uno scassato nel luogo in cui si fissa dagli antichi essere stata la villa di Mecenate, appartenente ai padri di S. Gregorio, si è trovata una statua d' Erma con gran membro con volto simile a quello di Pane, in pietra tiburtina, e tutta scritta ma con lettere guaste molto dal tempo* AVCTOR LAMII, similiter EXC. BERN.

a *in fronte:*

GENIO NVMINIS PRIApi
POTENTIS POLLEntiS inviCTI
IVL · AGATHEMERVE · AVG · LIB · A
CVRA AMICORVM
SOMNO MONITVS

b *in parte postica:*

SALVE · SANCTE · PATER · PRIAPE · RERVM
SALVE · DA · MIHI · FLORIDAM · IVVENTAM
DA · MIHI · VT · PVERIS · ET · VT · PVELLIS
FASCINO PLACEAM · BONIS · PROCACI
LVSIBVSQVE · FREQVENTIBVS · IOCISQVE
DISSIPEM · CVRAS · ANIMO · NOCENTES
NEC · GRAVEM · TIMEAM · NIMIS · SENECTAM
ANGAR · HAVD · miserAE · PAVORE · MORTIS
QVAE · AD · DOMVs · TRAHET · INVIDAs averNi
FABVLAS · MANES · VBI · REX · COERCET
VNDE · FATA · NEGANT · REDIRE · QVEMQVAM
SALVE · SANCTE · PATER · PRIAPE · SALvE

c *in latere:*

CONVENITE · SIMVL · QVOT · ESTis · omNES
QVAE · SACRVM · COLITIS · neMVS · puELLAE
QVAE · SACRAS · COLITIS · AqVAS · PVELLAE
CONVENITE · QVOT · ESTIS · ATQVE · belLO
VOCE · DICITE · BLANDVLA · priaPO
SALVE · SANCTE · PATER · TRIAPE · RERVM
inGVINI · OSCVLA · FIGITE · INDE · MILLE
fascINVM · SENE · OLENTIEVE · coronIS
cingITE · ILLI · ITERVMQVE · DICITE · OMNES
salve sanCTE · PATER · PRIAPE · RERVM
NAM · MALOS · ARCENS · HOMINES · atVENTOS
IRE · PER · SILVAS · DAT · ILLE · VObIS
PERQVE · OPACA · SILENTIA · INCRVENTA
ILLE · FONTIBVs · ARCET · ET · SCELESTOS
INPROBO · PEDE · QVI · SACROS · LIQVORES
TRANSEVNT · FACIVNTQVE · TVRBVLENTOS
QVI · LAVantQVE · MANVS · NEC · ANTE · MVLTA
INVOCANT · PRECE · VOS · DEAE · PVellae
O · PRIAPE · FAVE · ALME · DICITE omnes
SALVE SANCTE PATER TRIAPE salve

d *in altero latere:*

O · PRIAPE · POTENS · AMIce salve
SEV · CVPIS · GENITOR · VOcari · ET · AVCTOR
ORBIS · AVT · PHYSIS · IPSA · PANQVE · SALVE
NAMQVE · CONCIPITVR · TVO · VIGORE
QVOD · SOLVM · replET · AETHERA · ATQVE · PONTVM
ERGO · SALVE · TRIAPE · SALVE · SANCTE
SAEVA · Iuppiter · IPSE · TE · VOLENTE
VLTRO · FVLMINA · PONIT · ATQVE · seDES
LVCIDAS · CVPIDVS · SVAS · RELINquit
TE · VENVS · BONA · TERVIDVS · CVPIDO
GRATIA · ET · GEminae · COLVNT · sorORES
ATQVE · LAETItiae datTOR · LYAEVS
NAMQVE · TE · Sine · hIC · VENVS · PROBAtur
GRATIAE · ILLEPIDAE · CVPIdo · baCCHVS
O · PRIAPE · POTENS · AMICE · SALVE
TE · VOCANT · PRECE · VIRGines · pudICAE
ZONVLAM · VT · SOLVAS · DIV · LIGATAM
TEQVE · NVPTA · VOCAT · SIT · VT · MARito
NERVVS · SAEPE · RIGENS · POTENSQVE · SEMper
SALVE · SANCTE · PATER · PRIAPE · Salve

Lamio Florentiam misit nescio quis — fortasse Bianchi, cf. infra — (epist. Lami. bibl. Riccard.), unde erat editurus Lami in ephemeride Florentina *Novelle letterarie* anni 1759 — et typis impressam repperit Mommsen in ea ephemeridis illius exemplo quod erat ipsius Lamii, nunc bibliothecae Marucellianae — sed non prodiit in Italia, vetante ut videtur censore publico. Prodiit Bernae in 'Excerpto totius Italicae nec non Helveticae literaturae pro anno 1758' vol. 4 p. 237—240 missum ab Iohanne Baptista Bianchi Ariminensi; quod exemplum non diversum est a Lamiano. Ex hac editione Bernensi repetivit Burmann anthol. Lat. lib. V, 219 (tom. 2 p. 472 seq.) adhibitis schedis amici cuiusdam ex Italia reducis.

Secutus sum exemplum Lamio missum: adnotavi quae aliter exhibet editio Bernensis et quae ex schedis amici adfert Burmannus. Lacunas non paucas iam is qui Lamio misit scite plerumque expleverat, quae supplementa raro mutata proponuntur in editione Bernensi non distincta ab antiquis. — a 3 AGATHAMERVS ed. Bern. — b 9 SALVAM (pro SALVE) ed. Bern. (SALVE Burm. ex schedis amici). — 4 BONVS (pro BONIS) proposuit Burmann. — 8 miserAE Lam., ...AE schedae amici ap. Burm., MISERAC ed. Bern., sed MISERAE legendum (sive potius supplendum) esse monuit in eodem 'Excerpto totius Italiae, nec non Helveticae liter.' pro anno 1759 vol. 3 p. 275 inspecto lapide Iosephus Odericus. — 9 DOMOS ed. Bern. — c 11 HOMINES FVGANS (pro ARCENS HOMINES) ed. Bern.; 'quod interpolatum videtur' Burm. — 17 LAVantQVE Lami ms., LAVAntQVE exemplum impressum Mommseno visum, LAVATQVE ed. Bern. — d 5 ATQVE om., 7 ipse om. ed. Bern. — 13 PROBAtur Lam., PROBATVR ed. Bern., P..... supplens *placens est*) amicus Burmanni, unde hic proposuit *placebit*.

Supplementa supra exhibita plerumque ea ipsa sunt quae proposuit auctor Lamii. Versus b 6. 10 c 11 Sapphicos esse, non Phalaecios monuit Burm.; idem notavit b 11 expressum esse ad Catulli v. 3, 12, praeterea v. d 17 expressus est ad Catulli 2, 13.

3566 tabula marmorea alta cm. 98, lata, quatenus extat, nam rupta est a parte intuenti dextra, cm. 29, in qua scariphatum est sacrificium Mithriacum. Rep. Tibure *immurata in una fabbrica dove fu gia il tempio di Ercole* (id est ut videtur prope ecclesiam cathedralem), deinde apud Violam VIOL. Nunc apud Franciscum Bulgarinium.

in femore dextro tauri:

AMYCVS
SERONENSIS

in ventre tauri:

DEO SOL INVICT
MITRHE

in collo tauri:

NAMA SEBESIO

corvus — scorpio — serpens — canis — securis — canis(?)

Descripsi. St. Viola *giornale arcad.* vol. 126 (1852) p. 314 seq.

Eadem vocabula (nisi quod pro *Seronensis* est *Seroensis*) leguntur in tabula anaglypha Mithriaca ex spelaeo Capitolino translata in museum Borghesiorum et deinde Parisios (Corp. VI n. 719; ego habui ectypum officiose subministratum a Villefossio). De verbis *Nama Sebesio* (cf. *Nama cunctis*, n. 3567 v. 9) egerunt multi, post alios Lajard *recherches sur le culte de Mithra* p. 678 seq., qui ex Persarum lingua ea explicavit; contra *Amycus Seronesis* vocabula tabulae Capitolinae plerique pro nominibus habuerunt, non recte, ut ex hac inscriptione apparet.

3567 tabula marmorea. Nuper effossa a Franc. Antonio Lolli *in un suo terreno appellato Pantanello* prope villam Hadriani Tiburtinam CROCCH. Ibidem viderunt REV. LVP. VVLP. Nunc extat Parisiis in nummophylacio (*cabinet des medailles*).

SOLI INVICTO MITHRAE
SICVTI · IPSE · SE · IN VISV
IVSSIT · REFICI
VICTORINVS · CAES · N
VERNA · DISPENSATOR
NVMINI · PRAESENTI · SVIS · IN
PENDIS · REFICIENDVM
CVRAVIT DEDICAVITQVE
NAMA CVNCTIS
..aNTISTITAE
LIO MAGNO

Descripsit Henzen. Crocchiante p. 238 (inde Corsignani *reggia marsicana* 1 p. 689); Revillas sched. Berol., qui videtur vidisse, sed vv. 10. 11 certe repetivit ex Crocchiantis libro. Lupi Vat. 9143 f. 40' contulit descriptam a Lesleo. Redi *diss. accad. di Cortona* II (1738) p. 109 descriptam '*da persona intendentissima in tali materie*'; Vulpi ib. p. 196, apud Calogeram *racc.* 19 p. 139 n. 39. Lat. 10 p. 419 (e Vulpio Mur. 138, 1. 918, 9; ex hoc Orelli 1914) omissis v. 10. 11. Hos solos exhibent Marini Arv. p. 186 not. 176, qui videtur vidisse, quamvis citet Lupium et Lesleum, et Chabouillet *revue archeol.* nov. ser. vol. 13 (1866) p. 323, hic quoque de visu. A prioribus St. Viola *giorn. arcad.* 138 (1852) p. 322.

8 fin. nonnullae litterae nunc perierunt: exhibent eas priores omnes. — 10 sic Lup. Red. Mar. Chabouill. (nisi quod hic T litteras longiores esse non notavit): TIS FESTAE Henz., VPDS·TI·TAE·NA Crocch. cum Revill. — 11 sic Lup. Red. Mar., ...O MAGNO Crocch. Rev. Henz. Chab.

3568 fragmenta duo tabulae marmoreae litteris detritis Tibure adhibita in pavimento operis musivi ecclesiae S. Mariae del Carmine (olim S. Petri), fortasse originis urbanae, ut pleraque fragmenta marmorea medio aevo in pavimentis ecclesiarum veteris Latii adhibita.

/////
SO ///
INVICTO
TRHE SALV

5 DVLIO AVG
CIT PIVS IV
ET · L · CATTIVS C
SACERDOS V

Descripsimus ego et Stevenson (inde Eph. epigr. IV p. 270 n. 762). Suaresius Vat. 9140 f. 283.

4 *salu[tari]*, 5 *dolic(heno)* *Aug.* coniecit Henzen; 5 *sacerdotio auctus* venit in mentem Mommseno.

3569 rep. *nel territorio di S. Polo de' Cavalieri*, deinde ibi in aedibus Borghesianis VIOLA. Ibi frustra quaesivi.

IVLIA · L · F · GRATILIA
VENERI · OBSEQVENTI
D · S · L · M

St. Viola *giornale arc.* vol. 146 (1856) p. 227 ad exemplum exhibitum ipsi a canonico Rinaldi

1 CRATILIA esse in exemplo ait Viola, sed edidit GRATILLA.

Suspicione non caret.

3570 fragmentum rep. in villa Hadriani Tiburtina a Fr. Ant. Lollio CROCCH. LVP. VVLPI; fragmentum marmoreum Tiburtinum VENVT. — Romae MVR. errore.

G
VAE AVG
C R V M
AEL · CHARINVS
MIL · /R · LEG · III · FL · F · S
V · S · L · M

Crocchiante p. 236 eodemque exemplo Revillas sched. Beral., Ridolf. Venuti misit Muratorio anno 1738, unde neglegenter edidit Mur. 773. 4; Lupi Vat. 8143 f. 40'; Vulpi Lat. 10 p. 440. Huius corp. vol. VI n. 628 cum add. p. 835.

1 G Venut. Lup., C Vulp., om. Crocch. Rev. — 2 VAE Lup. Vulp., RVAE Venut. (NERVAE Mur.), om. Crocch. Rev. — 3 CRVM Crocch. Rev. Vulp., ORVM Lup., SACRVM Venut. — 4 (EL Crocch. Rev. — 5 ER (pro FE) Venut. Lup., EV Vulp., B·M Crocch. Rev. — IV pro III, deinde FL·L versu proprio, 6 V·P·L·M Crocch. Rev.

3571 traditur s. l., sed una cum n. 3625.

ERCHVL
urceus SACRVM patera

Exhibet Faustus del Re in schedula, quam vidi Tibure apud Aloysium del Re.

Dedi ut exhibet Faustus del Re. 1 ERCHVL fortasse pro HERCVLI. — 2 scr. SACRVM.

3572 cippus lapidis Tiburtini litteris antiquis. Tibure inventus ODER. Tibure in cavaedio aedium Boschi ZOEG. SEBAST. SART. Ex aedibus Boschi Romam translatus FEA. Romae antea erat in aedibus Vaticanis, nunc est in Laterano inter reposita.

SEI · DEVS
SEI · DEA

Descripsit Henzen; ipse quoque vidi. Oderico diss. p. 164 n. 6 (inde Orelli 2137) ab aliis; Zoega ms. p. 376 n. 2; Sebastiani p. 28, Sarti sched.; Fea sched. f. 174; Henzeo syll. n. 5152 de visu. Est huius corp. vol. I p. 234 n. 1114.

3573 Tibure loco antiquo in epistylio aedis rotundae Corinthiae peripteri, cuius extant columnae decem ex lapide Tiburtino cum epistylio suo, praeterea pars cellae, vulgo ea dicitur templum Sibyllae, medio aevo erat conversa in ecclesiam S. Mariae (inde *in S. M Rotonda* ACCVRS. *de inscriptione*). — *Sotto del fregio nella parte anteriore che risguarda la porta resta un frammento d' iscrizione intagliato nelle fasce dell' architrave, scorgendosi la fascia superiore esser stata abbassata al paro della inferiore, perchè le lettere della medesima restassero grandi a proporzione del tempio e visibili da lontano* PIRANESI.

[illegible] · L · GELLIO · L · F

Vidi. Accursius ms. f. 6. Metellus Vat. 6039 f. 340'; Ligorius Taur. vol. 26 f. 16 interpolatam Antonius del Re ms. Barb. cap. VI; Vulpi Lat. 10 p. 189 de visu, praeterea e Lupio et Leslei Lupi Vat. 9146 f. 21. Crocchiante p. 250; Keyssler Reisen 1 p. 766 (ed. a. 1776); Cabral e del Re p. 15; Sebastiani p. 46; Nibby *viaggio* 1 p. 189, *analisi* 3 p. 268. St. Viola *giorn. arc.* vol. 124 (1851) p. 294. Gori *viaggio a Subiaco* 1 p. 28. Architectos qui de hac aede inde a Serlio (lib. III p. 25 ed. Venet. 1562) et Palladio (lib. 4 cap. 23) egerunt non enumero, nomino tantum praecipuos ex eis qui cum epistylio aedis etiam inscriptionem delineatam proposuerunt, Piranesium *raccolta de' tempi antichi* tab. 7 (cf. enarrat. p. 13), Valadierium *raccolta delle più insigni fabbriche di Roma* fasc. II (*Tempio della Sibilla in Tivoli*, 1812) tab. 7, Caninam *gli edifizi ant.* vol. V p. 126—128 cf. vol. VI tab. 133—165.

Magis integram nemo horum auctorum vidit. Accursius dedit sic ut supra; Metellus primam litteram omisit; idem fecerunt, praeterea CELLIO pro GELLIO dederunt ex posterioribus multi. Antonius del Re habet C·COELIO·L·FILIO, Ligorius L·GELLIVS·L[.

Habemus finem inscriptionis (nam a dextra parte multum spatium vacuum est), quae quam longa fuerit nescimus; non longiorem eam fuisse quinquaginta quinque litteris adfirmavit vir peritissimus et in his rebus accuratus Piranesi; unde, cum templum illud Vestae fuisse sibi persuasisset, inscriptionem sic supplevit: *Aedem Vestae s. p. q. T. pecunia publica restituit curam L. Gellio L. f.*; quae sunt litterae quinquaginta quinque. Ceterum cur non brevior quinquaginta quinque litteris inscriptio esse potuerit, Piranesius non explicavit.

Apud Felicianum cod. Ver. f. 152 sub indicatione 'Tibure apud templum Vestae' leguntur haec: AEDEM·ANIENSEM·D·LX·A·CELIO·T·F (e Feliciano pendet codex Redianus f. 124, pro ANIENSEM habens ANNIENSEM; ex cod. Red. edidit Gudius 66, 1): horum ultima pars (CELIO·T·F) ab nostra inscriptione vix est diversa, praesertim cum locus quoque indicatus a Feliciano idem videatur; nam aedes vulgo dicta Sibyllae (ita iam Metellus) maturo a doctioribus (ut a Pa[...] aliisque) propter formam rotundam adtributa est Vestae, aliam autem aedem quae umquam [...] adtributa sit Tibure nullam novi. Nec tamen verisimile videtur a Feliciano vel auctore Fe[...] aedem illam, quae iam principio saeculi decimi sexti ita rupta erat ut hodie est, visam integram, inscriptionem plenam; potius crediderim vocabula AEDEM ANIENSEM aut ex alia loci Cyriacana male avulsa coniuncta esse cum ipsa inscriptione (potuit Cyriacus in eamdem hanc aedem sitam ad ripam Anienis appellare Aniensem) aut mera interpolatione esse supp[...]

3574 Tibure in Valle Gaudenti OTT. Hoc nomen olim fuisse ei regioni civitatis Tiburtinae, quae postea obtinuit nomen *Campetella* sitae intra urbem quae nunc est non longe a [...] *colle* refert ANTON. DEL RE ed. p. 107.

LAPIDES · PROFANEIS · INTVS · SACRVM

Servevit auctor syllogae codicis Ottob. 2970 f. 22. Inde pendet Fabretti 674. 14 (ex Lat. 10 p. 673; Orelli 2479) qui citat schedas Holstenii. Est huius corporis vol. I n[...]

PROFNANEIS Ottob., PROFANEI Fabr.

3575 cippus optimis litteris METELL., stilobates MC. Tibure *nella piazza dell' olmo presso la porta venendo da Roma* METELL., similiter RELIQVI.

LIVIAE CAESARIS
AVGVSTI
P V B L I C E

Metellus Vat. 6038 f. 146'; Ligorius Taur. vol. 20 f. 7 (ex Ligorianis Ach. Statius cod. Vallicell. f. 166'); Manutius Vat. 5246 fasc. 2 p. 36; cod. Ottob. 2676 f. 17' (inde videntur pendere schedae Holstenii ex quibus habuit Fabretti 80, 347; ex hoc Vulpi 10 p. 215); Nicodemus p. 66 (lib. 4 cap. 3) (ex hoc Marzi II p. 164); Doni Vat. 7113 f. 44 cui descripsit Menestrier; Revillas sched. Berol. de visu.

1 CAESARIS] tres ultimas litteras indoxit Metell., CASARI Lig.; 1. 2 AVGVSTI | CAESARIS Nicod. — 3 PVPLICE Manut. Don., fortasse recte.

3576 tabula marmorea. Tibure ACC. Tibure in ecclesia S. Georgii OTTOB., in S. Silvestri MANC., in S. Silvestri *a piè dell' altare* LIGOR. Tibure in pavimento ecclesiae S. Silvestri rep. a. 1727 LVP. Mox venit Romam in museum cardinalis Albani indeque in Capitolinum, ubi extat. — Rep. Nettuni anno 1726 *tra le rovine di un antico tempio* PROCACC. COMO.

di|V A E · D R V S I L L A E
S A C R V M
c. r|VBELLIVS · C · F · BLANDVS
q. |DIVI · AVG · TR · PL · PR · COS
pr|O · COS · PONTIF

Descripsit Henzen. Accursius ms. f. 3'; Mancini apud Pighium f. 6; cod. Ottob. 2670 f. 16' (inde vel ex eodem fonte pendet Marzi II p. 166; ex hoc Donati 54, 7); Ligorius Taur. vol. 26 f. 7, qui interpolavit; Lupi Severae epitaph. p. 23 (inde, supplementis Lupii in textum receptis, Donati 54, 6); a Lupio ut videtur Vulpi apud Calogeram racc. 16, 482 n. 169, Lat. 16 p. 215 (inde supplementis Lupianis in textum receptis Cabral et del Re p. 26; Nibby *viaggio* 1 p. 166; ex hoc Orelli 674); Angelus Antonius Procaccelli Neapolitanus misit Gorio (cod. Maruc. A 77); Igo. Mar. Como Neapolitanus misit Muratorio (sched. Mur. XVIII. 224) d. 14 Oct. 1732; Muratori 225, 6 laudans Franc. Mar. Otterium, 301, 2 laudans schedas suas, scilicet Accursii Ambrosianas, sed exemplum est diversum; manus ignota (in schedis olim et videtur Baldanii, cf. ad n. 3677) apud Marinium Vat. 9134 f. 76 et paullum diverse ib. f. 76; Guasco mus. Cap. n. 77.

Priores non plus vidisse probant et exempla Accursii et Mancinii, exemplis recentioribus nihilo pleniora, et Ligorii interpolationes (1 in. LIVIAE, 3 in. C·IVLIVS·RVBELLIVS, 4 LEG DIVI). — 5 in. [*leg(atus)*] *divi Aug.* supplevit Lupi, non recte.

C. Rubellius Blandus origine Tiburtinus, ut testatur Tacitus ann. 6, 27, 14, 22, anno p. C. 33 in matrimonium duxerat Iuliam Drusi Caesaris filiam Tiberii neptim (Tac. ann. 6, 27). Quaestor fuerat divi Augusti, id est non post annum 14, consul suffectus anno incerto (cf. Henzen ad huius Corp. VI n. 14221); de filiis eius cf. supra ad n. 2610. Hic titulus positus est non dubio paullo post mortem Drusillae, fratre eius imperium obtinente. Eodem fere tempore Claudius Drusillae dicavit titulum huius Corporis vol. XII n. 1026. Ex reliquis titulis Tibure positis ab eodem Rubellio Blando (n. 3635. 3556) n. 3666 certe hoc antiquior est.

3577 tabula marmorea. Tibure in D. Petri LVP. Postea fuit Romae in museo Alexandri Albani, cum quo inlata est in Capitolinum.

libe|RALITATES · PVL|
imp. caes. t|RAIANI · HADRI|*ani augusti pont. max*
trib. pot. x|·X·COS·III·P·P·IM|*p ii* — a. 136
in HISPANIAM BAETIC|*am*
q. aquilio nigro m. BEBILO APRONIANO · COS · IN · | — a. 117
l. tutilio luperco pontiano p. calpu|*r*NIO · ATILIANO · CO|*s* — a. 135

Descripsi post Henzenum. Lupi qui vidit Severae epitaph. p. 23: Muratori ms. XVIII, 224, ed. 325, 3 a Franc. Mar. Ottieri; manus ignota inter schedas olim Baldanii (nam hunc citat Marini Arv. p. 242 not. 57, postea Marini) cod. Vat. 9134 f. 75 et paullum diverse ib. f. 76 (inde et ex Lupio Marini Arv. p. 166 cf. p. 242); Guasco mus. Cap. n. 88.

6 in. PANIO Ottieri et cod. Vat. 9134 f. 75, non recte.

Videtur agi de liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam (v. 4), ex qua ipse erat oriundus, conlatis inde ab eo anno quo imperium susceperat (v. 5) usque ad annum 135 (v. 6), qui proxime praecedebat eum quo hic titulus scriptus est. V. 5 fin. fortasse supplendum est *in a(nnum)* vel, quod Bormanno venit in mentem, *in a(nte) [d(iem) . . .]*. Ceterum quomodo conceptus fuerit totus titulus, latet. — 1 fin. PVP plerique priores, mihi ultima littera aut ex D aut ex L superesse videbatur. — 5 supplevi ex sigillis figulinis editis a Descemet *inscr. dol* p. 123 n. XXXII, sed melius descriptis a Dresselio (nam Descemetio praenomen Nigri est T), in quibus tamen constanter pro *Bebilo* legitur *Bebulo*. — 6 nomina consulum supplevi ex titulo urbano Eph. ep. IV p. 273 n. 774 = *bull. dell' Inst.* 1880 p. 136 (ubi vide Rossium).

3578 tabula marmorea. Tibure effossa in villa Hadriana, inde translata a p(atribus) soc. Iesu tirocinii Romani in sedes suas Quirinales VVLP. *Nella villa Adriana, donata da' padri Gesuiti al cardinal Passionei e da lui trasportata nel suo casino di Camaldoli di Frascati l' anno 1748* VENVTI. Apud Passioneium PASS. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* Aug. 8).

imp. caesa|RE · TRAIANO · HADRIANO
|RVS HADRIANIS · DATA

Descripsi post Henzenum. Vulpi Lat. 10 p. 422; Venuti in schedis Guarnerii litt. F f. 231 et in cod. Vat. 7635 f. 76'; Passionei 130, 25. Est huius corporis vol. VI n. 982.

Mihi describenti videbatur integra esse a parte intuenti dextra. — 2 [*sodali*]*bus* proposuit Henzen. — Quid titulo significetur, incertum est; *data* ?ne fortasse intellegenda sunt loca, nempe in circo vel amphitheatro.

3579 Tibure in S. Pauli OMNES.

TATE
ATIVA · VEL
ENTISSIMVS · FVI
MAM · SOCEVM · AMAN
SIBIQVS · SALVAM SABINAE MEAE
MATRI MEAE FACEREM
NCIPATVM AC DEINCEPS VSQVE AD ILLAM
DINEM QVA DIEM SVVM OBIIT COMES ET CON
VERENDO VT FILIA COMITATE NVLLA NON FA
VISA EST
MOEIBVS SOCRVS MEAE NAM QVI POTVIT EFFICI
FEMINAS GRAVITATEM FERRET OMNINO NE
VI SVMME PROBARET
NGILLATIM DE VIRTVTIBVS EIVS OMNIA QVAS
E SI NON ITA VICTVS ESSEM PRAESENTI CONFVSIONE
S VELIM ET DICERE TANTVM QVAE POSSIM INDIG
AVT LAVDIBVS EIVS DIGNVM AVT DOLORI MEO
EST IMAGO TRISTISSIMA SOCRVS OPTVMAE LARENTIS
IS ETIAM NVM STREPVNT LVCTVOSIS CONCLAMATIO
VM MEARVM
...animi MEI SVBLEVATE ET EA QVAE PVLCHRE SCITIS DE MOribus
OTE SI POTIVS VT NOTA DICENTVR QVAM VT NOVA
O CARISSIMA POST EVM LONGISSIMO VIDVVIO IN EXIMIO FLOre
SVMMA PVLCHRITVDINE FORMAE CASTISSIMA MATRI SVAE
obsequENTISSIMA IPSA MATER INDVLGENTISSIMA COGNATA PII
ANS NVLLI GRAVIS NEMINI TRISTIS IAM QVOD AD ME ATTI
LARI POST TANTA MODESTIA VTI NIHIL VMQVAM A ME PE
RAQVE NON PETIERIT QVAE PETI MALVISSEM INTER MEAS
E · VOLVNTATIS PLVRIMIS ET LONGISSIMIS VOTIS PRECATA TALEM
T VIDIT GAVDERE FORTVNA MEA MALVIT QVAM FRVI
M SANGVINE ADOPTIONE IN CONSOBRINAE
AVGVSTAE FILIAM ET DIVAE AVVN
VM DECVS PRO MERITIS HONES
RE DIGNEMINI ROGO
wIVNTATE ADVERSVS
IN RE TALI
CERE VE

Quattuor exempla extant. Primum Iucundi cod. Ver. f. 131/2, alterum Mancinii apud Metellum f. 342 et apud Pighium f. 1' (ex Mancinio Manutius Vat. 5237 f. 423'. 424, unde edidit Donius 16, 51, et Ligorius Neap. lib. 32, unde edidit Mur. 1398, 4); tertium id quod ex lapide excepit Metellus Vat. 6040 f. 64 festinans ut videtur et contra consuetudinem litteris minusculis nec sibi ipse satisfaciens; quartum codex Ottob. 2970 f. 24'. 25, a quo videtur pendere etiam Ligorius Taur. vol. 20. Recensuit Mommsen *Abhandlungen der Akad. der Wiss. zu Berlin* 1863 p. 483 seq.

Versuum divisionem retinent omnes excepto Iucundo, qui lacunas quoque interdum indicare neglexit, interdum locis non suis significavit. — I longas dedi ex Metello. — Metellus quas litteras punctis subscriptis notavit, de eis videtur dubitavisse, confirmaturus aut correcturus, si iterum lapidis inspiciendi fuisset facultas.

1 TATE Manc., ATE Ott., AIS correctum in ATE ut videtur Met., om. Iuc. — 2 ATIVA Ott., BAIIVA Manc., C [cui postea superscripsit S' a [superscripsit L] I [et de hac dubitans] VA Met., VA Iuc. — 3 ENTISSIMVS Ott., NTISSIMVS Iuc., ISSIMVS Met., DIGNISSIMVS Manc. ap. Met., DIGISSIMVS Manc. ap. Pigh. — 4 RMAM Met. de primis duobus characteribus dubitans, LIMAM Manc. ap. Pigh.; totum versum omittit Manc. ap. Metellum (cum Manutio et Ligorio). — 4 extr. et 5 in. coniungit Manc. ap Pigh. supplens AMAN[TISSIMAM, i. e. AMAN[TISSIMAM altero TI deleto, unde etiam exemplum Mancinii Metellianum quamquam totum v. 4 omittit, in v. 5 habet TISSIMAM. — 5 SIBIQ Manc. — 7 NCIPATVM Ott. (MANCIPATVM Lig. Taur.), PRINCIPATVM Iuc., ANNPATVM Met., MVNICIPATVM Manc. — 8 DINEM Iuc., INEM Ott. Met., hic de prima littera dubitans, MAGNITVDINEM Manc. — 6. 9 CONIVX Manc. — 9 VEXENDO Iuc., ERENDO Met. Ott., QVSRENDO Manc. — VTFILIA] VTLA Met. — 10 om. Manc. — 11 fin. EFFI Iuc., EFESCI Manc ap. Pigh. (non apud Met. et reliquos). — 12 CLARISSIM·FEMINAS Lig. (Taur.) — 13 SVMME Iuc. Ott., ISVMMS Met., VISVMMS Manc. — PROBARI Manc. — 14 NGILATIM Iuc., SINGILLATIM Manc. — 15 RSI Iuc. Met., SI Ott., VIRSI Manc. — 16 in. S habent Met. Ott., om. Iuc. et Manc. — DOC Manc. — 17 AVT LAVDIBVS] ATVLAVDIBVS Manc. ap. Pigh., A·VTI·AVDIB Met. — DIGNAM Iucundi cod. Veron., lapsu calami (non cod. Barb. 30, 171 f. 2' a Mommseno adhibitus). — 18 LABENTE Manc. ap Met. — 19 IS ETIAM Ott., SETIAM reliqui. — STREPVNT Iuc. Manc., ...PVNT Ott., SENTIVNT Met. dubitans. — LVCTVOSII Manc. — CONCLAMATO Manc. ap. Metell. — 20 VM Met. Ott., NVM Iuc., ERVMNAE Manc.; FVNERVM Lig. (Taur.), supplens. — 21 SVBLEVATO Ott. — ETEA] EA Manc. ap. Pigh. CA Manc. ap. Met. — PVLCHRAE Iuc. — 21. 22 MO RIBVS Manc. (ap. Met., MERIBVS ap. Pigh.). — 22 OTE·SI Iuc. Met. Ott., ETSI Manc. NONA Manc. ap. Pigh. — DICENTVR Iuc. Met. Manc., DIGNETVR Ott. — 23 CHARISSIMA Manc. — EXSIMIO Manc. ap. Pigh. — 23. 24 FLO Manc. — 24 SVMMA Ott. Manc., SVA·IMA Met., VMMA Iuc. — FORME Manc. ap. Pigh., FOIRME Manc. ap. Met. — 25 in. BENEMERENTISSIMA Manc. — 26 NVLLI] NVLEI Met. de ultimis tribus litteris dubitans, NVRVI Ott. — GRATIS·NEMINI·STRISTIS Ott. — MEI Ott. — ATTINET Manc. — 27 ... Met. Ott., ARI Iuc., HILARI Manc. — PE Met. Ott., om. Iuc. Manc. — 28 SRAQVE Ott., PERIAQVS Met. de tribus primis litteris dubitans, PLER... Iuc., LIBRAQVE Manc. ap. Met., LIBEEAQVS Manc. ap. Pigh. — 22 S] E Manc. ap. Pigh. — 30 TVIDIT Manc., FVIDIT Met., VIDIT Ott., DIT Iuc. — 31 EAM SANGVINE Met., INM·SANGVINE Manc., SANGVINE Iuc. Ott. — 32 ET·AVGVSTAE Met. Manc. (ap. Met.), TE AVGVSTAE Manc. ap. Pigh., AVGVSTAE Ott., VSTE Iuc. — DIVE Manc. — AVVM Iuc., AVVNCVLE Manc. — 33 TVM DECVS Ott., EARVMDECVS Manc., DECVS Iuc. Met. — ... Iuc. Met. Ott., NON·ES'SE Manc. ap. Met., NONESTAT Manc. ap. Pigh. (cum Manut. et Ligorio Neap.). — 34 REDIGNEMINI Met. de prima dubitans, EDIGNEMINI Manc., ET·IGNS·NINI Ottob., GNEMINI Iuc. — 35 VNTATE Ott., TE Iuc., PIETATE Met. de tribus primis litteris dubitans, DIGNITATE Manc. — 35 IN om. Iuc. — 37 V·CERSVS Ott., CER·EVS Met., REVE Manc. ap. Pigh. (REVP ap. Met.), om. Iuc. — Male coniunxit cum hac inscriptione titulum infra editum Ti. Iulii Aug. lib. Satyrionis Mancinius cum suis.

Vidit Mommsen (*Abhandl.* l. c.), superesse haec ex laudatione funebri quam in honorem Matidiae socrus defunctae habuit vel scripsit Hadrianus. Primum enim verba (v. 26—28) *iam quod ad me atti[net]. . . . . tanta modestia, uti nihil umquam a me peti[erit, quae] plu[raque non petierit, quae peti maluissem* et mox (v. 30) *gaudere fortuna mea maluit quam frui*, vix alii ulli conveniunt quam imperatori. Illa autem quis fuerit apparet ex v. 6, ubi loquitur de Sabina sua. Mulierem laudari passim apparet; eam fuisse socrum eius qui verba facit, simile est ex vv. 4. 11. 18. Hadriani socrus fuit Matidia, Marcianae Augustae Traiani sororis filia (cf. stemma propositum a Mommseno Abh. p. 486 et huius Corp. vol. X p. 467), unde in v. 33 eam Hadrianus vocat *Augustae filiam et divae*. In v. 31 videtur eam dicere, ut Mommsen, [*divi patris mei neptem sanguine, adoptione in consobrinae* [*locum mihi constitutam*]; Traiano avunculo comes fuerat in Asia et ... cum ille Selinunte mortuus est, quo pertinent vv. 7 seq.: [*venit ad avunculum*, ut supplevit Mommsen, *post adeptum principatum ac*] *usque ad illam* [*ultimam valetu*]*dinem, qua diem suum obiit, comes et con*[*tubernalis*], *verendo ut filia*. Diem obiit Matidia a. p. C. 119. ... *socrui honores praecipuos impendisse* auctor est biographus c. 9, ceterum de quo tacet biographus, etiam diva dicta est, testibus nummis Eckhelium 6 p. 471. 472 et actis Arvalium a. 119 (p. CLVIII Henz. cf. comm. p. 86). Ad quos haec oratio (cf. v. 34 *dignemini rogo*) ... non constat; potest esse habita ad Quirites. — Tiburtinos vel ex Tiburtinis aliquem orationem imperatoris in lapide incisam proponere non est mirum.

3579b Tibure in saxo quodam multae litterae, quarum quaedam hic subiciuntur DONATVS; in saxo quodam multae litterae optimae COD. PARM.

QVOTIENS VEL HOC IBIDEM
ORVM COLVMNATIS TRANS
QVI EXTARE TALE SIMVLACRVM
VXOR QVAEQVMQVE SVMM ·
SERVATE MIHI IVS MEVM
ET QVOD VBIQVE QVOQVMQVE
INDE COMMINVS
SI IACET ET SAEPTIS
PER DEOS MIHI QVANDOQVE
IPSVM MIHI AD VOS
NIHIL OMNINO
QVIN IMMO

Servavit Cyriacus, ut puto, apud Petrum Donatum cod. Homilt. f. 66' et in cod. Parmensi f. 75'. Inde pendent cod. Chis. J VI 203 f. 25', Ferrarinus Reg. f. 128'; Choler f. 66 = Alciatus Fese f. 20'; Sanutus f. 23'.

Versus divisi secundum codices Parmensem et Chisianum in hac re consentientes (Donatus versus continuat). Varias lectiones dedi Donati, codicum Parm. et Chis., item Ferrarini. — 1 QVOTIES Parm. — 2 TRAN (pro TRANS) cod. Chis. — 4 QVAEQVMQVE cod. Parm., QVECVNQVE Donatus, QVAECVNQVE cod. Chis., QVECVNQVE Ferrar. — SVMM Parm., SVM Donatus Chis., SVVM Ferr. — 5 SERVATI Ferr. — 6 ET Parm. Chis., in Donatus Ferr. — VBIQ Ferr. — QVOQVMQVE Parm., QVOCVNQ· vel QVOCVNQVE ceteri. — 7 VIDE (pro INDE) Chis. — COMMINVS Parm., COMINVS Donatus Chis. Ferr. — 8 SAEPTIS Donat. Parm., SEPTIS Chis. Ferr. — 9 DEO Donatus Ferr. — MII Donatus. — 10 MIHI om. Donat. Ferr. — 11 om. Chis. — 12 IMO Donatus Ferr.

Ut in inscriptione quae praecedit, ita in hoc quoque fragmento verba fiunt ad complures (v. 5 *servate*, 10 *ad vos*), de muliere autem verba fieri potest colligi ex v. 4. Inde fortasse conicere licet, hoc fragmentum pertinuisse ad ipsam eam orationem Hadriani, ex qua superest n. 3579. — 2 pro COLVMNATIS scribendum esse INCOLVMITATIS coniecit Mommsen.

3580 Tibure in S. Benedicti OMNES de utraque parte. Non extare significat MARZI his verbis. *vedevasi nella chiesa già di San Benedetto.* — Ad aquas Alburneas GRVT. de parte posteriore; nimirum verba inscriptionis n. 3634 v. 6 *ad aquas Albulas*, pro quibus etiam schedae Manutii Ursinianum horum gemellae habent *ad aquas Alburneas*, pro loci indicatione habita sunt a Gutenstenio; sine dubio ut apud Manutium, ita etiam in schedis Ursini inscriptio n. 3534 hanc nostram paullo praecedebat.

FAVSTINAE
AVG
IMP TITI AELII
HADRIANI
ANTONINI AVG PII
PONTIFICIS MAXIMI
TRIB · POT · II · COS · II P P p. C. 139
SENATVS POPVLVSQ
TIBVRS

Prioris partis, complexae vv. 1—4 integros, item v. 6 finem et fortasse principii quoque eiusdem versus hastas superiores, exempla habemus tria, primum id quod ex lapide sumpsisse videtur Brunelleschi f. 72'; secundum id quod commune est Leoncinio ms. f. 4' et Mancinio apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 3' indeque apud Manutium Vat. 5237 f. 424; tertium quod legitur in cod. Ottob. 2970 f. 19 versibus non divisis et apud Marzium II p. 227 (inde Vulpi Lat. 10 p. 677). Alterius partis exempla extant duo, scilicet Brunelleschii l. c. et id e quo pendent Leoncini f. 4 et Mancini apud Metellum f. 345 et Pighium f. 2' et Manutium l. c. f. 422'; neque ex alio fonte schedae Ursini ex quibus edidit Gruter 256, 2.

1 FAVSTINA Brun., FAVS Ottob. (FAVST Marz.), T·AVGVSTVS Leonc. cum suis. — 3 TITI AELII Brun., TITI AELI Ottob. Marz., TITI AELIO Leonc. cum suis. — 4 post HADRIANI addit ET Ottob. (non Marzi). — 5 ANTONINI AVG PII Ottob. Marzi, ANTONINI PII Brunell., ...II [N Manc.] ·AVG·P [P om. Manc. ap. Pigh.] ·II Leonc., coniungentes omnes cum vv. 1—4 et hic desinentes; deinde ut novum fragmentum qui v. 6—6 dant Brunelleschi et Leoncini, huic praescribunt ille ANTONI, hic ANTONIN (ANTONINVS Manc.). — 6 PONTIFICI MAX Brun., PONTIF·MAXIM Leonc. cum suis. — 7 COS reliquis omissis Brun., COHOR (CONOR Manc. ap. Pigh.) PR Leoncini cum suis. — 8 POPVLVSQVE Leonc., P·Q Brun.

3581 *base portata da Tivoli*, extabat, cum AMATI vidit, Romae *presso uno scarpellino a S. Giovanni de' Fiorentini.*

NAE · AVGVSTAE
/////////////////////
PIANVS · SSX · F · ARN
R · PRAEF · FABRVM
R · AEDILIS · IIII
DIC · IIII · VIR · QVINQ ·
VAESTOS · IIII · DS · SVO
DEDIT · LOCVS
D · D · D

OB · DEDICATIONEM · EIVS · MVLSVM · ET
CRVSTVLVM · POPVLO · DEDIT

Servavit Marini ms. Vat. 9128 f. 54' descriptam ab Amatio.

V. 2 erasum esse nomen Commodi et v. 1 supplendum [*Crispi*]*nae Augustae* coniecit Marinius, probabiliter.

3582 tabula magna marmorea, reperta prope Tibur, *in ristorarsi d' ordine pubblico la salita che porta in città, detta del Colle, sotto il luogo delle Polveriere*, mense Nov. 1735 VVLPI *diss. Cort.* similiterque ceteri plerique auctores eiusdem aetatis (a. 1735 posteriores); a. 1738 eodem loco iussu municipii Tiburtium denuo erecta TITVLVS NOVICIVS MONVMENTO SVPERPOSITVS, ibique extat adhuc, Tiburtina porta *del Colle* egredienti a sinistra, paulo post aedificium dictum *tempio della Tosse.*

BEATISSIMO · SAECVLO
DOMINORVM ·
NOSTRORVM ·
CONSTANTI ·
ET · CONSTANTIS ·
AVGVSTORVM ·
SENATVS · POPVLVSQ ·
ROMANVS ·
CLIVVM · TIBVRTINVM ·
IN PLANITIEM · REDEGIT

CVRANTE · L · TVRCIO ·
SECVNDO · APRONIANI ·
PRAEF · VRB · FIL ·
ASTERIO · C · V ·
CORRECTORE · FLAM
ET · PICENI

Descripsit Mommsen, contuli ipse. Lupi *dissertazioni* (ed. Faenz. 1785) vol. 2 p. 30; Corsignani *Reggia Marsicana* 1 (1738) p. 591 missam ab Hieronymo Glaria Tiburtino; Vulpi *dissertazioni accad. Corton.* 2 (1738) p. 188, apud Calogeram *racc.* 19 p. 137 n. 30, Lat. 10 p. 838; Murat. 453, 9 cui misit Franciscus Victorius (ex Mur. Orelli 1098); Revillas in scheda quae extat inter Muratorianas; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 509; Cabral et del Re p. 44; de Sanctis *del sepolcro de' Plauzi* (1785) p. 14; Sebastiani p. 112; Nibby *analisi* 3 p. 200; Sarti ms.

5 CONSTANTIS vocabulum erasum est (iussu sine dubio Magnentii, ut etiam huius Corp. vol. VIII n. 7012. 7013), sed adhuc legitur.

3583 tabula marmorea lacera et passim (praesertim inde a v. 1) detrita, Tibure ad S. Angelum SIRMOND., ad monasterium S. Clarae SVAR. (quod idem est; *la chiesa di S. Michele Arcangelo nella Cittadella fu fabbricata dalle monache di S. Chiara* AVLG.), extatque adhuc inserta muro eiusdem aedificii nunc in usum profanum conversi haud procul a templo q. d. Sibyllae. — *In san Giovanni a Tivoli* OTTOB. errore ut puto.

beatissimo saeculo
dominorum
Nostrorum
CoNSTANTI et
CONSTANTIS
AVGVSTORVM
SENATVS
POPVLVSQ
ROMANVS ·
PONTEM RESPECIT ·
CVRANTE L · TVRCIO SECVNDO
APRONIANI · *Praef. urb. fil*
ASTERIO · C V CO*rrectore*
FLAM *et piceni*

Descripsi. Exhibent codex Ottob. 2970 f. 18; Sirmond ms. Paris. [illegible] Lat. 1448, 38 (a Sirmondo Grut. 1078, 1; e Grut. Marini cod. 9071 p. 138 et apud Maium *vat. scr. nova coll.* 5, 327 n. 1, [illegible] quam fortasse vidit Marini, et Sebastiani p. 205 falso citans Muratorium); Suaresius Vat. 9140 f. 208' litteris minusculis; Revillas sched. [illegible] Vulpi *dissertazioni accad. Cortan.* 2 (1738) p. 188, Lat. 10 p. [illegible] duo tantum inde a v. 7; de visa memorat Bulgarini *notizie* [illegible] *città di Tivoli* (1848) p. 78.

Vv. 1—6 dedi secundum Sirmondum ms. (Gruterus [illegible]) nunc desiderantur. Plura fortasse quam Sirmondus legerat codicis Ottoboniani, tantum quantum Sirmondus Suaresius; sed satis fideliter quae legit repraesentavit: DOMINI · NOSTRI · CONSTANTI · COSTANTIS AVGVSTORVM habet cod. Ott., *in hon. d. d.* | *nostr* | [illegible] *et* | *constantini* | *augustorum* habet Suar. — 8. 8 litteras VS et [illegible] evanidas exhibent Ottob. Sirm. Suar. — De punctis non constat.

Tituli n. 3582 et 3583 positi sunt inter annos 340 et 350, quo tempore Constantius et Constans una regnaverunt. Ceterum hac senatu Romano extra urbem Romam atque extra fines administrationis praefecti urbis opera publica restituta esse mirum est.

Correctoris, quo curam agente et clivus Tiburtinus in planitiem redactus et pons viae Tiburtinae refectus esse dicitur, L. Turci Secundi nomen legitur etiam in oppido Piceni Fano in porta urbis, cuius moenia videtur restituenda curavisse (Grut. 165, 8: Borghesi opp. 3 [illegible]). Maiores eius et honores enumerat titulus huius Corp. vol. VI n. 1772 positus ipsi ab Amiterninis post administrationem provinciae Flaminiae; praeterea ipse posuit titulum vol. VI n. 1773 (ficticius est titulus Grut. 198, 3). Pater eius Turcius Apronianus praefectus urbis fuerat anno [illegible] teste laterculo praefectorum (ap. Mommseanum Chronogr. p. 630).

Clivus Tiburtinus sine dubio is ipse est, ad quem titulus n. 3588 repertus est, qui clivo hodie ab Aniensis ponte dicto *dell' A*[illegible] portam urbis Tiburtinae viam faciat. Pons qui refectus dicitur in n. 3583 ubi fuerit non aeque certum est.

3584 tabula ahenea (*alta pal. 1 scarso, e longa più d'un palmo* INVENTARIVM a. 1736). Rep. in civitate Tiburtina ZAPP. Rep. Tibure *con la testa di quel Lucio Cornelio praetore di marmo* LIG. Tibure rep. 'hisce temporibus, dum aedium quarundam apud S. Laurentii effoderentur fundamenta, et iuxta caput quoddam marmoreum quod Tiburtis praetoris esse creditur imago' NIC. Rep. una cum capite quodam marmoreo *in alcune rovine di muri antichi fatti ad opera reticolata, cavandosi una cantina non lunge dalla chiesa di S. Lorenzo vicino al luogo detto la Forma* ANT. DEL RE cap. 5 (ed. p. 166). *Dal ritrovatore fù venduta scudi venticinque a Curtio Curtio Alessio canonico di S. Giovanni Laterano di Roma, e da questo fù venduta scudi cento a Fulvio Orsino* ANT. DEL RE cap. 8. Apud Fulvium Ursinum extabat iam anno 1581, quo notae Ursini ad Festum primum editae sunt (cf. infra). 'Senatui populoque Romano lego caput marmoreum L. Cornelii Praetoris, cui a tergo pendet anulus aereus, fidem faciens appensum olim fuisse in aliquo publico loco civitatis Tiburtinae cum aenea tabella, quam simul lego antiquissimis Romanis litteris incisam, cupiens eam in Capitolio reponi cum supradicto capite marmoreo eo potissimum loco, quo Bruti caput aeneum hodie servatur' TESTAMENTVM FVLVVI VRSINI factum *d.* 21 *ian.* 1600 editum ad calcem vitae Ursini auctore Iosepho Castalione Romae 1657 (p. 24). Non recte igitur Ant. del Re cap. 8 tabulam hanc aheneam ab Ursino cardinali Farnesio esse relictam et apud hunc extare perhibet. Ceterum quo pervenerit post mortem Ursini, incertum est; sed numquam videtur pervenisse in Capitolium. Extare *in casa Barberini nel museo unito alla libreria* ait REVILLAS; recensetur in 'Inventario bonorum hereditariorum fideicommissariorum cl. m. cardinalis Caroli Barberini' (*Documenti inediti per servire alla storia dei musei d' Italia* 4 p. 75) facto a. 1736 adstante Ficoronio, cf. ipse Ficoroni *le singolarità di Roma moderna* p. 54; item '*parmi les restes du cabinet des princes Barberini*' vidit VISCONTI a. 1790. Apud Barberinos frustra se quaesivisse ait NIEBVHR hist. Rom. vol. 3 p. 316 not. 486. Imago illa marmorea quae una cum aere reperta et una cum ea Viscontio visa est apud Barberinos, nunc extat in Britannia *Holkham Hall* (cf. Michaelis *Ancient marbles in Great Britain* p. 318 n. 53); illic potius quam Romae tabula nostra erit quaerenda. — Falsum sine dubio exemplum huius tabulae (altum unc. 6 long. 11 auctore Musellio) videtur extitisse in museo Veronensi, testibus Maffeio mus. Ver. p. 475, qui male non solum hoc exemplum sed ipsam inscriptionem spuriam iudicavit, Musellio in catalogo ms. musei Veronensis, Tommaselli in commentario edito de museo Veronensi (cf. huius corp. vol. V p. 328) p. 186, Venturio in notis ms. ad Tommasellium.

L · CORNELIVS · CN · F · PR · SEN · CONS · A · D · III · NONAS · MAIAS · SVB · AEDE · KASTORVS
SCR · ADF · A · MANLIVS · A · F · SEX · IVLIVS · L · POSTVMIVS · S · F
QVOD · TEIBVRTES · V · F · QVIBVSQVE · DE · REBVS · VOS · PVRGAVISTIS · EA · SENATVS
ANIMVM · ADVORTIT · ITA · VTEI · AEQVOM · FVIT · NOSQVE · EA · ITA · AVDIVERAMVS
VT · VOS · DEIXSISTIS · VOBEIS · NONTIATA · ESSE · EA · NOS · ANIMVM · NOSTRVM
NON · IN · DOVCEBAMVS · ITA · FACTA · ESSE · PROPTER · EA · QVOD · SCIBAMVS
EA · VOS · MERITO · NOSTRO · FACERE · NON · POTVISSE · NEQVE · VOS · DIGNOS · ESSE
QVEI · EA · FACERETIS · NEQVE · ID · VOBEIS · NEQVE · REI · POPLICAE · VOSTRAE
OITILE · ESSE · FACERE · ET · POSTQVAM · VOSTRA · VERBA · SENATVS · AVDIVIT ·
TANTO · MAGIS · ANIMVM · NOSTRVM · IN · DOVCIMVS · ITA · VTEI · ANTE
ARBITRABAMVR · DE · EIEIS · REBVS · AF · VOBEIS · PECCATVM · NON · ESSE
QVONQVE · DE · EIEIS · REBVS · SENATVEI · PVRGATI · ESTIS · CREDIMVS · VOSQVE
ANIMVM · VOSTRVM · IN · DOVCERE · OPORTET · ITEM · VOS · POPVLO
ROMANO · PVRGATOS · FORE

Citat Fulvius Ursinus in notis ad Festum (ad v. publica pondera) editis primum una cum ipso Festo Romae apud Georgium Ferrarium a. 1581, idem edidit a. 1583 post Antonii Augustini librum de legibus n. 22, unde mox repetita est in altera editione eius libri facta Parisiis a. 1584; reperitur etiam in codice Ant. Augustini bibl. Matrit. 287 f. 37 missa sine dubio ab Ursino. Eodem fere tempore quo primum ab Ursino iuris publici facta est inserta est a Ioh. Mar. Zappi collectaneis suis nunc curiae Tiburtinae; item non multo post exhibent Ligorius (defunctus ut videtur a. 1593, ms. Taur. vol. 16 s. v. *Teibur* et Nicodemus (inter 1585 et 1590) p. 60 (lib. 3 cap. 2). Ex his quae Ursinus ad aes exhibuerit, quod ipsius iam tum erat, non est dubium; sed possunt etiam Tiburtini Zappius et Nicodemus aes descripsisse vel Tibure antequam Romam afferretur vel Romae, Ligorius etiam qui tunc Ferrariae degebat potest habuisse exemplum autographum transmissum sibi ab amico vel Tiburtino vel Romano. Quemquam ex his auctoribus pendere ex editione Ursiniana probari non potest, nam errorem v. 12 SENATVI pro SENATVEI mero casu Zappius et Nicodemus cum editione Ursiniana communem habere possunt. Pendent ex Ursini editione Parisina Lipsius auctar. p. 6 et Grut. 496, 12, in cuius editione altera dicuntur adhibitae esse schedae Ursini; ex Zappii schedis Antonius del Re ms. cap. VIII; ex Nicodemo, certe hunc laudat, Marsi I p. 76. 77. II p. 100, item, sed neglegentissime, S. Viola *storia di Tivoli* I ad p. 114; ex Marzio Kircher Lat. p. 137 (ex hoc Vulpi Lat. 16 p. 64), qui dicit adhibuisse se etiam Ioh. Aloysii Zappii schedas). Postea primus et solus quantum scimus — nam ex libris editis videntur esse descripta exempla duo quae reperiuntur inter schedas Didaci Revillas nunc Berolinenses — aes examinavit E. Q. Viscontius qui descripsit, ut ipse adfirmavit, anno 1790, unde edita est *iconographie romaine* I p. 86 ed. Paris. 1817 (p. 121 ed. Mediol. 1818), sed quanta cura aut Viscontius negotio functus aut Viscontii exemplum typis editum sit, non constat, certe exempli eius auctoritas multum infringitur ea re, quod Viscontius duobus tantum locis exemplum suum differre ab exemplo Gruteriano diserte testatur, cum exemplum quod edidit multo pluribus locis (sexies vel septies, prout primam aut secundam editionem Gruteri a Viscontio adhibitam esse sumimus) ab illo differat; praeterea in altero ex locis de quibus Viscontius diserte testatur, aperte erravit (cf. infra ad v. 6). — Principium (vv. 1. 2 et ex v. 3 plurimas litteras dimidiatas) delineavit Piranesius lapides Capitolini sive fasti consulares triumphalesque (1762) (inde repetivit Ritschl tab. XLVIII c), verum non ex aere, sed ornamenti causa ita ut ipsi libuit. Ex Grut. et Viscontio Orelli n. 3114. Huius corp. vol. I p. 107 n. 201 cum add. p. 556.

Subieci integram variam lectionem Ursini Zappii Ligorii Nicodemi Viscontii (ed. Paris.). — Versus aliter dividit Lig.

1 CONS Urs. Zapp. Lig. Nic., COM Visc. — KASTORIS Zapp. — 2 SC·R·AD·F Lig. — IVLIVS] VILIVS Zapp. — Post IVLIVS spatium vacuum relinquunt Urs. Lig., lacunam indicat Nic.; reliqui continuant. — 3 TIBVRTES Zapp. — 4 ADVERTIT Zappi. — NÓSQVE Lig., NOSQ. Zapp. — 5 VOS] SVOS Nic. (errore typogr.). — VOBIS Nic. — NOTITIATA Lig. — 6 IN·DOVCEBAMVS cum puncto Urs. Lig. Nic. Visc. — 7 NEQ. Zapp. — 8 QVEI·EA omnes excepto Viscontio, qui EA vocabulum deesse diserte testatur, qua in re nisi fallor erravit, nam quamquam consensus reliquorum ita explicari potest, ut Zappi Nicodemus Ligorius pendeant ex Ursino, ipse Ursinus vocabulum EA numquam in textum recepisset nisi id legisset in aere. — FACERITIS Lig. — NOSTRAE (pro VOSTRAE) adfertur ex Ursini schedis in Grut. ed. 2. — 9 POST·QVAM Lig. Nic. — 10 IN·DOVCIMVS Urs. (ap. Aug.), INDOVCIMVS Urs. (ed.) Nic. Zapp. Visc., INDOVICIMVS Lig. — 11 EIEIS] IEIS Visc. — AF] A·F·FECIT Lig. — VOBIS Urs. (ap. Aug.) Visc. — 12 QVÓNQVE Lig. — SENATVEI Urs. (ap. Aug.) Lig. Visc., SENATVI Zapp. Urs. (ed.) Nic. — 13 IN·DOVCERE Urs. (ap. Aug.) Lig., INDOVCERE Zapp. Nic. Visc., INOVCERE Urs. (ed.). — Post FORE interpunctionem exhibet Visc.

1. 2 *L. Cornelius Cn. f. pr(aetor) sen(atum) cons(uluit) a(nte) d(iem) III nonas Maias sub aede Kastorus.* | *Scr(ibendo) adf(uerunt) A. Manlius A. f., Sex. Iulius . . . , L. Postumius S. f.* |
3. 4 *Quod Teiburtes v(erba) f(ecistis) quibusque de rebus vos purgavistis, ea senatus* | *animum advortit ita utei aequom fuit* —
5. 6 *nosque ea ita audiveramus* | *ut vos deixsistis vobeis nontiata esse* —: *ea nos animum nostrum* | *non indoucebamus*
7. 8 *ita facta esse, propterea quod scibamus,* | *ea vos merito nostro facere non potuisse, neque vos dignos esse* | *quei ea*
9 *faceretis, neque id vobeis neque rei poplicae vostrae* | *oitile esse facere; et postquam vostra verba senatus audivit,* |
10. 11 *tanto magis animum nostrum indoucimus (ita utei ante* | *arbitrabamur), de eieis rebus af vobeis peccatum non esse.* |
12. 13 *Quonque de eieis rebus senatuei purgati estis, credimus, vosque* | *animum vostrum indoucere oportet, item vos populo* |
14 *Romano purgatos fore.*

Tiburtini cum accepissent, rumores Romae circumferri de nescio quo facto ab ipsis adversus societatem cum Romanis commisso (cf. v. 4 *nosque ea ita audiveramus, ut vos deixsistis vobeis nontiata esse*), legatos Romam misisse videntur. Ei in senatum introducti a L. Cornelio Cn. f. praetore sine dubio urbano, qui consulum absentium vices sustinere solebat, verba ibi fecerunt, quibus suspicionem illam diluerent. Referente deinde L. Cornelio senatus consultum factum est, quo Tiburtinos innocentes videri ab illa suspicione senatus censuit. Reductis igitur in senatum legatis L. Cornelius ea respondit, quae leguntur in hac inscriptione inde a v. 3; iussit eos bono animo esse, neque credidisse senatum adversis illis rumoribus et multo minus credere; proinde confidere eos debere, idem universum populum Romanum sentire. Legatis cum hoc responso in patriam reversis Tiburtini in aes incidendum et publice proponendum curaverunt senatus consulti illius principium, id est nomen relatoris, diem et locum, nomina testium qui scribendo adfuerunt, deinde quae de senatus sententia praetor Romanus legatis responderet. Quando haec res acciderit, alibi non traditur; hoc apparet verba illa praetorem Romanum ad Tiburtinos facere non potuisse post annum 664, quo Tiburtini cives Romani facti sunt; sed ne ipso quidem anno 664, de quo cogitaverat Viscontius, veri simile est, Tiburtinos, cum pars magna Italiae esset in armis, Romanis autem sociis fidelibus civitatem iam essent daturi, propter nescio cuius facti suspicionem exterritos legatos misisse Romam ad diluendam suspicionem et responsum a senatu impetratum publice proposuisse. Multo veri similius est accidisse id exeunte fere saeculo ab u. c. sexto, cui tempori hanc tabulam propter sermonem attribuit Ritschelius mus. Rhen. 9, 1853 p. 16 = opp. philol. 4 p. 899; et cum Ritschelio adstipulati sunt Foucartius *archives des miss. scientif.* ser. II vol. 7, 1872 p. 341 et nuper etiam Mommsen eph. ep. I p. 285 (nam antea is aliter de aetate huius senatus consulti statuerat propter omissas tribus in nominibus testium, cum senatus consulta saeculi a. u. c. septimi constanter in eis nominibus habeant tribus adscriptas). Nihil obstat quominus statuamus, id quod aliis praeeuntibus proposuerat Ritschelius, praetorem memoratum in v. 3 esse L. Cornelium Cn. f. Lentulum Lupum consulem a. 598, tabulam autem hanc scriptam esse aut anno 595, quo primum per leges annales is qui a. 598 consul factus est praetor esse poterat, aut paullo antea. Accedit quod, quamquam etiam omni alio tempore homines appellati A. Manlius A. f., Sex. Iulius, L. Postumius S. f. in senatu esse potuerunt, tamen ea aetate, cui Ritschelius hanc tabulam attribuit, tres homines ita appellatos in senatu fuisse et quidem eodem dignitatis ordine, quo in hac tabula recensentur, certo constat (qua de re monuit Willems *le sénat de la république romaine* 1 p. 651). Nam A. Manlius A. f. non videtur esse diversus ab A. Manlio A. f. Torquato, qui fuerat consul anno 589, Sex. Iulius non diversus a Sex. Iulio Sex. f. Caesare, qui fuerat aedilis curulis anno 586, teste didascalia Terentiana, et consul factus est anno 597, anno igitur 595 sine dubio fuit praetorius, denique L. Postumius S. f. non diversus a L. Postumio Sp. f. Albino, qui cum aedilis curulis fuerit anno 593 teste altera didascalia Terentiana, anno 595 fuit aedilicius.

3585 apud castrum versus Tibur (scr.: 'apud castrum vetus Tibure', Castrum vetus sive Castrovetere appellabatur pars urbis Tiburtinae ea ubi sunt templa vulgo dicta Sibyllae et Vestae; cf. Nibby *analisi* 3 p. 186).

M · ACCENNAE · L · F · GAL
SATVRNINO
PROCOS · PROVINC · BAETIC
PR · TR · PL · QVAESTORI
ATILIA · L · F · BALBILLA
MARITO · OPTIMO

Servavit Iucundus Veron. f. 134, Magl. f. 110' (inde Murat. 666, 4 cui misit Gorius). Pendet ex Iucundo etiam Donius ms. Neap. p. 185, 6, ed. 6, 142 'ex ms. antiquo'.

5 PR · TR · omisso PL · Iuc., unde Muratorius fecit PR · PR, quod Marinus Arv. 750 n. 103 non recte correxit PR · F · D.

3586 cippus marmoreus magnus. Tibure rep. ad divi Andreae mense Septembri 1763 DON. similiter MINGAR. qui addit una repertum esse statuae 'truncum brachium et crus sinistrum'. Extat Tibure in curia.

P · AELIO · COERANO
COS · PROCOS · PROV · MAC ·
LEG · LEG · VIII · AVG · IVRIDICO
PER · FLAMINIAM · ET · VMBRI
AM · PRAET · VRB · TRIB · PLEBEI ·
KAND · QVAEST · IIIIVIR · IVR · DIC ·
FRAT · ARVALI · CVRAT · CIVIT
ANTIATIVM · ET · AQVINATIVM ·
PATRONO · ET · FLAMINI · DIALI · TIB
DECVRIONES · TIBVRTES

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Mingarelli in ephemeride Veneta *la Minerva* d. 28 Oct. 1763 p. 133; *Novelle Fiorentine* 1763 p. 697; Donati 245, 8 descriptam ab Alexandro Cerchio Romano; Galletti Vat. 7929 f. 288; Oderico sched. Genuen. I. 8; Marini *difesa della serie de' prefetti di Roma del Corsini* p. 78, Arv. tab. LX cf. p. 777 (inde Orelli 3651); Cabral et del Re *appendice* p. 10; E. Q. Visconti cod. Par. Lat. 9667 f. 74; Sebastiani p. 186.

Falsum exemplum imperitissime sculptum extat in museo Vaticano (*Chiaramonti*), damnatum iam a Marino l. c. (inde pendet Sebastiani l. c.).

P. Aelius Coeranus memoratur in actis fratrum Arvalium annis 213 et 214 (ubi appellatur P. Aelius Coeranus iun.).

3587 tabula marmorea. Tibure DONAT., in aedibus Boschi MARIN. Mense Apr. 1828 Romam translata FEA. Est in museo Lateranensi reposita.

ARRIANVS · APER · VETVRIVS | PRAET · PEREGRINO · T
sic SEVERVS · COS · XV · SAC · FAC · | TRIB · MIL · LEG · XV · APOLLinaris

Descripsi post Detlefsenum. Donati 278, 1 cui misit Hannibal Olivieri; Marini ms. Vat. 9127 f. 256, Arv. p. 827; Fea sched. f. 171. 2 posuit in epistula data ad Gerhardum d. 7 Mai. 1832 (edita opp. 6 p. 467) repetitam ex Marinio, sed dicit se vidisse.

Duabus paginis exarata erat inscriptio. — *b* 1 fin. fuit ut puto *praet(orio) peregrino, t(rib. pleb.)*; male pro PEREGRINO · T, quod certum, Borghesius ait legi posse PEREGRINOR.

3588 lapis Tiburtinus, Tibure repertus *dentro ad un muro nel quale sono rimasti gli altri frammenti, in via del governo n. 5, appresso un fabricante di basti* BRVZZA.

*q. caeci*LIVS · Q · F
*l. n. met*ELLVS · PIVS
imp ITER

Bruzza vidit. Supplevi et edidi *bull. dell' Inst.* 1883 p. 613.

Est consul anni a. u. c. 674. Imperator appellari potuit et bello Marsico anno 666 (cf. Drumann hist. Rom. II p. 41) et bello civili anno 676, quo Sullae partes secutus Carbonem et Norbanum devicit (Drumann l. c. p. 42), sine dubio imperator appellatus est in Hispania, ex qua etiam triumphum meruit (Drumann p. 43). — Patri huius Metelli, Metello Numidico, consuli anno 645 et censori anno 636, villam fuisse prope Tibur colligitur ex Cicerone de orat. 2, 65, 263 cf. c. 68, 676. In hac villa, quam post mortem Numidici filii factam esse probabile est, potest stetisse hic titulus, aut sub donario aliquo, positus ab ipso Metello Pio, aut sub statua eius, positus vel a liberto aliquo vel post mortem eius ab eo quem testamento adoptaverat Q. Metello Pio Scipione. Nam huic quoque villam fuisse Tibure, sine dubio eam quae antea fuerat et Numidici et Pii, constat ex Cicerone Philipp. 5, 7, 19, ad fam. 12, 2, 1, ex quo simul discimus hanc villam postea factam esse Antonii.

3589 fragmentum lapidis Tiburtini magnis et optimis litteris, rep. Tibure *nell' aprirsi una cloaca per la via del Crocio* (i. e., ut videtur, *nel lato orientale della chiesa di S. Biagio*), nunc Tibure in curia.

GVS · SEP
*met*ELLO · SCIP*ioni*
XIIX

Edidit Mommsen, qui viderat ipse et habuit praeterea exemplum accurate factum ab Henzeno transmissum, huius corporis vol. I p. 13; mihi descripsit Gatti. Antea ediderat Sebastiani p. 354 not. 4 fin. SEP.... Sebastiani. — 3 leviter incisum fortasse postea additum esse ait Gatti, qui excepit sic: IIXII.

In v. 2 aperte agitur de Metello aliquo Scipione, huius autem nominis nullum alium novimus quam consulem anni 702, filium adoptivum Metelli Pii, cui villam Tibure fuisse diximus ad eam quae praecedit. Sed tamen cui hic titulus dicatus et quomodo conceptus fuerit, non liquet. Mommsenus propter numerum v. 3 coniecit agi de filio aliquo Metelli Scipionis praeterea ignoto; eius praemature defuncti hunc esse titulum sepulcralem.

3590 in arce Tiburtina nuper repertum RED. Sed cf. infra.

A · CAESIVS · GALLVS · AED · PL
CER · PR · FLAM · AVGVST · PATRON
COLON · TESTAMENT · FIERI · IVSSIT
P · CVRTIVS · SEVERVS · FLAM · AVG
· D · D · FAC · CVR ·

Servavit codex Redianus f. 126 (inde Gudius ms. 893, 4, ed. 146, 3).

Versus divisi secundum codicem Redianum, qui tamen hac in re plerumque verum non servavit. — 1 vide ne ante AED exciderit Q.

Hanc inscriptionem vere Tiburtinam esse non credo. Nam primum reliquae inscriptiones Tiburtinae codicis Rediani omnes aut redeunt in codice Hamiltoniano, petitae scilicet ex Antiquo quem dicimus, aut sumptae sunt ex Feliciano. Praeterea neque colonia fuit Tibur nec videntur ibi fuisse flamines Augustales. Possis conicere, in loci indicatione pro 'Tiburtina' legendum esse 'Tudertina'.

3591, 2 *base di un donario che sembra fosse una statuetta.* Rep. Tibure *negli scavi presso la stazione della via ferrata.*

L · CALPVRNIVS · L · F · P*iso*

Bruzza vidit.

Tam consul anni a. u. c. 666 quam consul a. 736 L. Calpurnius L. f. Piso appellabatur. Ceterum ad alterum utrum ex his hunc titulum esse referendum nequaquam certum est, praesertim cum ne de supplemento quidem *P*(*iso*) constet.

3593 tabula marmorea. Effossa Tibure d. 4 Mart. 1846 in platea S. Andreae VIOLA, similiter RELIQVI (*presso la chiesa di S. Vincenzo* MELCH., quod idem est). Nunc exstat in hortis publicis.

T · CLODIO · M · F
PVPIENO · PVLCHRO · *Maximo*
sic C · V · COS · CVR · AED · SACR · ET · OPER · *publico*
CVR · R · P · BENEVENT · ELECTO · IVD · SACRO · AD *census*
sic ACCEPT · PER · PROV · VELGICAM CVR · R · P · LEPTIM ·
ET · TRIPOLITANOR · VICE · OPER · PVBL · PRO · COS ·
PROV · MACEDONIAE · CVR · R P · CATINENSIVM ·
PR · VRB · Q · K · XV · VIRO · S · F · TRIVMVIRO MONETALI ·
PATRONO · MVNICIPII ·
S · P · Q · T ·

Descripsi. Melchiorri edidit in ephemeride *il Saggiatore* 3 (1846) p. 666 cum commentario Borghesii (ipsa epistula Borghesii, cui miserat etiam Viola, data ad Melchiorrium d. 66 Apr. 1846 repetita est in illius opp. 6 p. 36 seq.); Grifi *giornale arcadico* 109 (1616) p. 675; St. Viola *decennio* p. 263; Henzen *bull. dell' Inst.* 1849 p. 96, syll. n. 6516, Borghesi *bull. arch. napoletano* (1858, 9) p. 60 = opp. 5 p. 504.

Borghesius in epistula ad Melchiorrium rettulit ad filium aliquem M. Clodii Pupieni Maximi eius qui anno 636 Augustus consalutatus est; nam ab ipso imperatore Pupieno abhorrere et praenomen Titi et quod nulla munera militaria susceperit, cum de imperatore Pupieno diversa narret biographus c. 6; ceterum positum esse hunc lapidem ante annum 638. — 4—6 *electo iud(icio) sacro ad census accept(andos) per prov(inciam) Velgicam, cur(atori) r(ei) p(ublicae) Leptim(agnensium) et Tripolitanor(um).*

3594 basis marmorea quae statuam sustinebat (*nella parte superiore del piedestallo si vedevano incavate le vestigia della statua* CABR., similiter CATAL.), nunc sustinet statuam alienam. Rep. Tibure mense Mart. 1778 CATAL., die 17 Mai. 1776 *in faccia alla chiesa de' PP. Camaldolesi detta di S. Andrea, nello scavarsi in una cantina* CABRAL; ibi reperta est manus statuae muliebris, Veneris aut Minervae, secundum CABR. Mox basis Romam translata est in museum Vaticanum, ubi exstat (*cortile del Belvedere*).

FVRIVS MAECIVS
GRACCHVS · V · C
CORRECTOR · FLA
MINIAE ET PICE
NI ORNATVI
THERMARVM
DEDICAVIT ·

in latere intuentibus dextro:

DEDICATA · XI · KAL · MAIA*s*
GALLO · ET · FLACCO · COS a. p. Chr. 174

Descripsi post Henzenum. Catalani *antichita Fermane* (1778) p. 81, auctore non laudato, Cabral et del Re p. 66; E. Q. Visconti cod. Paris. Lat. 6697 f. 63; Morcelli de stilo inscr. p. 356; Nibby *viaggio* 1 p. 163, *analisi* 3 p. 601. Orelli n. 3176 cum add. Henzeni.

Inscriptionem primariam recentiorem esse consulibus in latere perscriptis apparet, scripta est sublato titulo antiquiore.

Arrio Maecio Graccho v. c. a Salernitanis publice positus est titulus huius Corp. vol. X n. 560, eadem fere aetate cuius est hic titulus Furi Maecii Gracchi v. c.

3595 in via Tiburtina prope civitatem ad sex miliaria passuum ANTIQ. Apud ecclesiam S. Poli supra Tibur FABR. *Credesi che intorno a gl' acquedotti antichi dell' acqua Marcia la famiglia di questa cognome havesse il sepolcro gentilitio nel suolo Tiburtino, onde sia stata estratta una pietra, che ora giace nella terra di Santo Polo, quindi non lungi* MARZ.

T · MARCIO · T · F · FALG · LE
SACERDOTI · FETIALI · TR *mil*
LEG · XIIII · GEM · Q*uaest pro pr*
PROVINCIAE ACHAIAE A*b actis*
SENAT · AED · CVR · PRAET · C*ond*
CVRATORI · VIAE · LATINAE *legato*
LEG · II · AVG
GRANIA · TERTVLL(*a*) . .

Bis descripta est. Alterum exemplum reperitur apud Antiquum n. 13 (Hamilt. f. 63', Red. f. 126': ex hoc Gudius ed. 131, 6'), alterum apud Marzium II p. 235 (ex hoc Kircher Lat. p. 269, ex quo rursus Vulpi Lat. 10 p. 452, item ex Marzio Cabral et del Re p. 123, unde Henzen syll. n. 6020) et paullo aliter apud Fabrettium 702. 234 'ex schedis Barberinis'.

Varium lectionem dedi Antiqui Marzii Fabretti. — Versus 1—6 non accurate distribuuntur apud Antiquum, certe in codicibus Ham. et Red. — 1 dedi quae exhibet Antiquus (nisi quod pro MARTIO, ut ille habet, dedi MARCIO) quamvis corrupta sint; T-MARCIO III Marz., T-MARCIO Fabr. — 2 FECIALI Antiq. — TR servavit Antiq., om. Marzi et Fabr. — LE (post TR) inserit Antiqui cod. Hamilt. — 3 CEM Marz. — Q servavit solus Fabr. — 4 ACAIAE Marz. — A.. Marz., AD... Fabr., om. Antiq. — 5 CVR] CVRAT Antiq. — 5 fin. C servavit solus Fabr. — 8 CRANIA TERTVLI Marz.

3596 fragmentum lapidis Tiburtini altum palm. 2,1 litteris unc. 6—4 1/2 VIOL. Rep. a. 1734 (prope Tibur) *nella tenuta di Vetriana, disfacendosi un sepolcro antico di grossissimi lavorati travertini composto* VVLPI (Cort.); *nella tenuta di Midriana ora di Vetriano* ABV. Tibure, loco accuratius non indicato OSANN. Apud Violam VIOL.

MATVCCIAE · L · F ·
in POMPEIO · MACRINO *(sic)* | *inventio cetera* p. C. 164
COS

Vulpi diss. acad. Corton. II p. 113, apud Calogeram racc. 19 p. 131 n. 37, Lat. 10 p. 382 (inde Mur. 33, 5), Revillas sched. Berol. . . ; Sebastiani p. 416; Osann syll. p. 566 n. 22; St. Viola *giornale arc.* 118 (1850) p. 267.

1 NATTVCCIAE·L·F Vulpi (Cort.) cum Rev. 1, MATTVCIAE·L·F Vulpi (ap. Cal., Lat.) cum Rev. ., MATVCCIA Seb. Osann, TVCCIAE Viol. — 2 ..OMPEIO Viol. — 2 fin. F habet solus Viola. — 3 spatium ante COS vacuum relictum esse testatur Osann.

L. Matuccius Fuscinus legatus legionis tertiae in Africa anno p. C. 158 notus est ex titulis huius Corp. vol. VIII n. 2501 et 2630, quorum alterum posuit una cum uxore et Matuccia Fusci filia. Huic Matucciae Fuscinae potest fuisse dedicatus hic titulus.

3597 cippus magnus marmoreus integer. Rep. Tibure anno 1833 in operibus Anienis deducendi gratia institutis, *essendosi proseguito lo sterro della terra nella già vigna Lolli presso il cunicolo a destra dell' imbocco* S. VIOLA. Extat ibi prope ubi repertus est, in hortis publicis.

S E N E C I O N I
M E M M I O · G A L
AFRO · COS · PROC
urceus SICIL · LEG · PR · PR *patera*
PROVINC · AQVITAN
L · MEMMIVS · TVSCILLVS
SENECIO
PATRI OPTVMO

Descripsi. Amati ms. Vat. 9774 f. 25, *giornale arcadico* 58 (1833) p. 298; S. Viola *giornale arcadico* l. c. p. 344, *cronaca dell' Aniene* p. 130. Fulchi *dissertazioni dell' accadem. pont. arch.* VI (1836) p. 82; Massimo *relazione* p. 362 n. 10 (inde P. H. Visconti *giornale arcad.* 75, 1838, p. 322), Nibby *analisi* 3 p. 212; St. Viola *decennio* p. 35; Henzen *bull. dell' Inst. arch.* 1849 p. 93, syll. n. 6907.

Senecio Memmius Afer consul suffectus fuit sub Traiano; cf. supra n. 2243 v. 5.

3598 fuit basis marmorea, nunc non extat . . frons de ea desecta. Tibure Romae ca. . errore in S. Archangeli SIED. BRVN. A. . METELL. Romae in hortis Iustinianis ad p. . tam Flaminiam BIANCH. SEG. MAR. S. . in museo Vaticano (Gall. lap. mag. f. . S. l. CITT. — In eadem basi extabat, a. . extat divulsus ab ea in museo Vat. . (Chiaramonti), titulus Graecus Latino . . recentior editus C. I. Gr. n. 5977 (vide . . pra ad n. 3554).

POST · MINISIVS · C · F · SARDV . .
. TR · MIL · Q · AED · PL · PR · LEGATVS
TI · CAESARIS · AVG · PRO · COS · PRA . .
FRVMENTI · DANDI · EX · S · C ·

Descripsit Henzen. Smedar l. 74 (inde . . Apianus 186, 5; ex hoc Smetius ed. 14 . . ex Smetio Grut. 158, 1; ex Grut. Orelli . . Brunelleschi f. 70; Accursius ms. f. 14 . . tellus Vat. 6010 f. 51; Citadini Marc. ad . . et apud Manutium Vat. 5253 f. 317; B. . Ver. 348 f. 27). Seguier Paris. f. 61. . . ms. Vat. 9121 f. 153.

1 MINESIVS Seguier, MINISIVS reliq. . . auctores omnes, at ita excepit Henz. . . 3 fin. F ne antiqui quidem viderunt.

Homo origine Umber Asisinas; cf. hu. . vol. I n. 1412, ubi nominatur alter *Po. . Mimesius* (nam *Mimes.* est illic) *C. f.*, q. . Postumi Minisii Sardi potest fuisse av. .

3599 basis magna marmorea. Rep. Tibure ibidem ubi n. 3592 d. 3 Mart. 1845. Extat in curia.

L · MINICIO · L · F · GAL · NATALI
QVADRONIO · VERO · COS · PROCOS
PROV · AFRICAE · AVGVRI · LEG · AVG ·
PR · PR · PROVINCIAE · MOESIAE · INFER
CVRATORI OPERVM PVBLICORVM
urceus ET · AEDIVM · SACRAR · CVRAT · VIAE *patera*
FLAMIN · PRAEF · ALIMENTOR · LEG
AVG · LEG · VI · VICTR · IN BRITANNIA
PRAETORI · TRIB · PLEB · CANDIDATO
QVAESTORI · CANDIDATO · DIVI
HADRIANI · ET · EODEM · TEMPORE · LEGATO
PROV · AFRIC · DIOECESEOS · CARTHAGINIEN
PROCONSVLIS · PATRIS · SVI · TRIB · MIL · LEG · I
ADIVT · P · F · ITEM · LEG · XI · CL · P · F · ITEM · LEG
XIIII · GEMIN · MARTIAE · VICTRIC · III VIRO
MONETALI · A · A · A · F · F · PATRONO · MVNICIPII
CVRAT · FANI · HERC · V · DECVRIONES · TIBVRT
EX AERE · COLLATO · Q · Q · MAXIMI · EXEMPLI

in latere intuenti dextro:

CVRANTE
M · TVLLIO · BLAESO

Recognovi. *Diario Romano* 2 Mai. 1845; Melchiorri *effemeride il Saggiatore* 5 (1846) p. 274; Grifi *giornale . .* 109 (1846) p. 253, *dissertaz. dell' accad. pont. . .* p. 306, St. Viola *decennio* p. 269; Henzen, qui . . inst. arch. 1849 p. 223, syll. n. 6498.

Tractavit Borghesius apud Melchiorrium l. c. p. 46 seq. et potissimum p. 60 seq. Idem I. . Natalis Tibure dedicavit titulos duos supra edit. . Herculi n. 3554, alterum Graecum Aesculapio . . n. 3554), praeterea unum in Etruria prope Can. . (Borghesi 8 p. 48), unum Viterbii Serapidi ut c. . inst. arch. 1849 p. 224), denique unum nescio . . Romae vel prope Romam (eph. ep. 4 p. 271 n. . . hic dedicatus est a patre); titulos ipsi posuit . . Barcinone, unde erat oriundus, Corp. II n. 451 . . ibi una cum patre posuit titulum Corp. II n. 450 . . garis (Eph. ep. 1 p. 231 = Lebas II n. 57 . .) Africae videtur fuisse a. p. C. 139, teste titulo hu. . n. 4643. Consulatum eius anno fere 127 p. . Borghesius p. 64.

3600 fragmentum marmoreum litteris cm. 2. Tibare rep. *nel fondamento di una casa fabbricata sulle rovine del tempio di Ercole* [i. e. prope ecclesiam cathedralem], mox dono datum Violae VIOL. (dec.). Extat in aedibus ubi habitabat Viola.

legato
*pro. africae dioecese*OS · CAR*thaginiensis*
*proconsulis pat*RIS · SVI · T*rib. mil. leg. I*
*adiut p. f. it*EM · LEG · XI · C*l. p. f. item*
*leg. xiiii gemi*N · MARTIA*e victricis*
*iii viro mon*ETALI · A · A *a. f. f*
*cura*TO*ri fani h. u*

Descripsi. St. Viola *decennio* p. 281, *giornale arcad.* 116 (1850) p. 266.

Supplevit Viola. Videtur superesse ex altero exemplo eius tituli qui praecedit.

3601 basis marmorea. *Era in casa del già doctor Sicinio Sebastiani*, scilicet Tibure MARZI; item ut Tiburtinam memorat NICODEMVS p. 64. Sed ante Marzium certe Romam delata sit necesse est, cum ibi in hortis Mediceis collis Pincii viderint iam CITTADIN. et WINGHE: ibi viderunt posteriores atque etiam ultimus MARINI. — Locum non adscripsit SIRMOND. — Nunc frons desecta extat Florentiae in museo.

P · MVMMIO · P · F · GAL · SI
SENNAE · SVTILIANO
COS · AVGVRI · PROCOS
PROVINC · ASIAE · LEGATO · AVG
PR · PR · NORSIAE · SVPERIOSIS
PRAEF · ALIMENT · PER · AEMILIAN
PRAEF · AER · SATVRNI · LEG · LEG · VI
VICTRIC · PRAETORI · TR · PL · QVAEST
TRIB · LEG · V · MACED · X · VIRO · STLI
TIB · IVDIC · PATRONO · MVNICI
PI · CVS · FANI · H · V · SALIO · HER
CVLANI · AVGVSTALES
L · D · S · C

in latere intuenti sinistro:

DEDICATA · KAL · IVN · MAXIMO ET · ORFITO COS (*l. Iun.* 172)

in latere intuenti dextro

CVRANTIB · P · BAGONIO · SATVR
NINO · ET · C · NASCIO · MARCIANO Q
ORDINIS · AVGVSTALIVM · TIBVRTIVM

Descripsit Henzen inscriptionem frontis. Memorat, non exhibet, Nicodemus p. 64, fortasse ab hoc, certe non de visu Marzi II p. 61 (inde Kircher Lat. p. 192, Vulpi Lat. 10 p. 142). Romae descriptam exhibent Cittadinus Marc. p. 157 et apud Manutium Vat. 5253 f. 232; Winghe Brux. 2 f. 1': Cicconius Raffaelli f. 168'; Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 124 ('e Sirmondi schedis' Grut. 1097, 7; ex hoc Orelli 3933'), Doni 4, 16: Ptolemaeus sched. Sen. 1, 461; Seguier Paris. f. 60; Lupi Vat. 6143 f. 49'; Marini in sylloge inscr. doliar. ad n. 463, solas inscriptiones laterum inscr. Albao. p. 149 not. 5. Borghesi apud Henzenum ann. inst. arch. 1844 p. 46, opp. 7 p. 536. Ex his plerique non exhibent nisi titulum frontis; inscriptiones laterum de visu exhibent soli Cittadinius cum Winghio et Cicconio, Segnier, Marini. Henzen syll. n. 6499.

Inscriptiones laterum nunc deperditas (praeter paucas litteras in latere dextro relictas et a me enotatas, nempe v. 1 C et v. 3 OR) dedi ex Marinio et Seguierio, nisi quod in inscriptione lateris dextri v. 1 P litteram a Seg. et Mar. omissam adscivi ex Citt. Wingh. Ciacc. (Marinius v. 1 habet CVRANTIBVS pro CVRANTIB, Seguier v. 3 DEDINIS pro ORDINIS; v. 2 Borghesius MANLIO pro MARCIO mero errore).

Sisenna hic Rutilianus, filius fortasse P. Mummii Sisennae consulis ordinarii anni 133, non videtur diversus esse a Rutiliano viro primario et apud Marcum imperatorem gratioso quem Lucianus pseudomanti c. 30 seq. narrat pravis artibus Alexandri Abonutichitae captum et obstrictum. Interfuisse eum bello Marcomannico colligi potest ex iis quae narrat Lucianus c. 48; videtur autem ei interfuisse ut legatus Moesiae. Cf. Waddingtoo fast. prov. Asiae n. 153. — Pater potius quam filius memoratur in titulo Veliterno Corp. X n. 6587. — Ordinem Augustalium Tiburtium, cuius quaestores nominantur in inscriptione lateris, non diversos esse apparet ab eis qui in inscriptione frontis appellantur Herculanii Augustales.

3602 Tibare in domo Dominici Marescotti ACCVRS. Marmorea tabella quae in Marescottorum aedibus est NIC. — S. l. MAN.

MEMORIAE
TORQVATI · NOVELLI · P · F
ATTICI · X · VIRI · STLIT · IVD
tr. MIL · LEG · I · TRIB · VEXILLAR
leg. SVATTVOR · I · V · XX · XXI · Q · AED
praet AD · HAST · CVR · LOC · PVBLIC
leg. aD CENS · ACCIP · ET · DILECT · ET
*proco*S · PROVINCIAE · NARBON
*in qu*VA · HONORIS · FIN·E
annum · AGENS · XXXXIIII
*for*O · IVLII · DECESSIT

Accursius ms. f. 1' qui vidit (inde Mur. 750. 6); ex Accursianis pendet puto Manutius orth. 663, 2 (inde verba repetivit Nicodemus lib. 4 c. 3 p. 64, licet hic aut ipse viderit lapidem aut aliunde quoque habuerit, ut apparet ex loci indicatione). Solo exemplo Muratoriano usus restitutionem temptavit Borghesi ann. inst. arch. 1846 p. 317 (inde Henzen n. 6483), opp. 5 p. 6.

2 NOVELLINI·P·F Man., NOVELLILI·P·F Acc., NOVELLI·F·F Mur. — 4 in. lacuna non notatur. — 7 in. D Acc., ..D Man. — 10 ANNVM ut in lapide extantem dat Man., in lacuna omittit Acc. — 11 in. O om. Manut. — *in for*O IVLII proposuit Renier ad Borghesii opp. l. c.; *die prim*O·IVLII voluerat Borghesi. — 8. 9. 11 litteras extantes dedi ex Accursio.

Borghesi rettulit ad Novellium Torquatum sub Tiberio principe vel paulo post Tiberium, teste Plinio hist. nat. 14, 22, 144, praetura et deinde proconsulatu functum.

3603 Tibure super rep. *in una grotta di un tal Francesco Gengo* [id repetit St. Viola *bull. dell' Inst.* 1852 p. 53 enumerans hanc inscriptionem inter eas quae variis temporibus prodierunt prope ecclesias S. Andreae et S. Vincentii], *ove si trova tuttora immurata* SEB. Locus non indicatur apud AMAT.

/ · PACCEIO · L · F
Q · PRO · FR
OSTIENSES
NAVICVLARIEI

Sebastiani p. 476 (inde St. Viola *bull. dell' Inst.* 1852 p. 53): manus ignota et imperita 'inter Amatii schedas Vaticanas.

1 ACCELO·L·F, 4 NAVICVLARLE·L Amat.

Aetatis ut puto circiter Augusti.

3604 epistylium ut videtur marmoreum litteris magnis et pulchris HENZ. 'Tibure rep. anno 1728 dum reaedificabatur templum beatae Mariae de Monte Carmelo' FICOR., rep. mense Dec. 1728 GHEZZI, rep. in limine templi D. Petri Carmelitarum LVP., similiter VVLP. Mox adlatum est Romam ad Alexandrum Albani cardinalem; deinde cum reliquis eiusdem inscriptionibus venit in museum Capitolinum, ubi extat.

CN · PINARIO · CN · F
SEVERO · CONSVLI · AVGVRI · REGI · SA*crorum pont. quaest. cand*
IMP · CAESARIS · NERVAE TRAIANI · AVG · SALIO · COL*lino*
CORNELIA · MANLI*a*

Descripsit Henzen. Ficoroni cod. Marucell. A 6 f. 479 (inde repetivit Gori cod. Maruc. A 77), Ghezzi ms. Angel. p. 23; Lupi Severae epitaph. p. 23; Murat. 356, 2 e Ficoronio, 329, 1 ab Ignatio Maria Como; Vulpi Lat. 10 p. 209, apud Calogeram *racc.* 19 p. 181 n. 98, Guasco mus. Capit. n. 1328.

Hic Pinarius patricius fuit utpote rex sacrorum et salius collinus; fieri potest ut oriundus sit ex stirpe Pinariorum liberae rei publicae (cf. Mommsen *Röm. Forsch.* 1 p. 116). Regibus sacrorum aetate imperatoria licuisse publicis honoribus fungi etiam ex inscriptione huius Corp. vol. IX n. 2847 apparet.

3605—3608 pertinent ad mausoleum ex lapide Tiburtino quod extat in ripa sinistra Anienis prope pontem qui hodie dicitur atque etiam medio aevo dicebatur Lucanus (inscriptionem M. Plauti M. f. Anien. Lucani, qua nisi nonnulli hoc nomen ex antiquitate repetunt, vide in falsis, sine dubio intra territorium antiquum urbis Tiburtinae, a qua abest passibus circiter mille quingentis. Aedificavit id mausoleum, ut colligitur ex titulo n. 3606 inciso in ipso monumento, M. Plautius Silvanus consul a. 752 sibi et Lartiae Cn. f. uxori. Procedente tempore etiam posteri eius in eundem tumulum inlati sunt, et primum vivo etiamtum ut puto ipso Silvano, parvulus filius eius Plautius Urgulanius, quo tempore ante mausoleum in ipsa ut puto via statuta est ingens tabula marmorea n. 3606, in qua et repetita sunt ex n. 3606 nomina Silvani et Lartiae et adiunctum nomen Urgulanii. Postea cum reliqui liberi Silvani monumento inferrentur, statutae esse videntur ab utraque parte tabulae illius de qua diximus ingentis complures tabulae marmoreae et ipsae magnae, sed illa longe minores, separatae et ab illa et inter se parastatis ex lapide Tiburtino

3606 in ipso mausoleo.

m. plautius M · F · A · N · SIL*vanus*
cos. vii VIR · EPVL*on*
huic senatus · TRI*umphalia*
ORNAMEN*ta* DECRE*vit ob*
RES · IN · ILYRICO · BENE *gestas*
LARTIA · CN · F

Descripsi. Exhibent Accursius ms. f. 9; Metellus Vat. 6039 f. 31 ubi dicit descripsisse se anno 1546, 6040 f. 64', idem teste Laurentio Taurello, quod exemplum extat in codice nunc bibl. Gissensis n. 9; Ligorius Taur. vol. 20 f. 64' cum supplementis veluti ea essent antiqua; cod. Ottob. 2276 f. 24, accurate; Vulpi Lat. 10 p. 342; Piranesi ant. tab. 11 aeri incisam; de Sanctis *del sepolcro de' Plauzj* p. 17; Canina *edifizj* vol. V p. 116 et tab. 1, Nibby *viaggio* 1 p. 115; Sebastiani p. 211. De visu citant Cabral et del Re p. 60.

1 fin. et 2 fin. singulas litteras addidi ex Accursio Metello cod. Ottobon., ego non agnovi; 2 fin. L habet etiam de Sanctis. — 4 ex litteris ORNAMEN et DECRE dimidia tantum pars extat; cum altera parte superiore fieri potest ut perierint apices nonnulli; ipsae litterae certae sunt.

Supplevi ex n. 3606. M. Plautius Silvanus consulatum ordinarium gessit anno u. c. 752 una cum Augusto. De maioribus eius nihil compertum; potest fuisse nepos A. Plautii (sive Ploti) eius, qui anno 627 fuerat tribunus pl., a 706 aedilis curulis (Cic. pro Planc. 7, 17. 21 denarii inscripti *A. Plautius aed. cur.*), anno 703 praetor (Cic. ad Att. 5, 15, 1); item veri simile est habuisse eum inter maiores M. Plautium Silvanum tribunum plebis anno 665. Aut mater aut socrus eius fuit Urgulania, quippe quae a Tacito ann. 4, 22 appelletur filii eius avia. Plebeios fuisse Plautios liberae reipublicae notum est; sed hunc Plautium ne a Caesare quidem vel ab Augusto inter patricios esse adlectum constat, quod filius eius Pulcher tribunus plebis fuit (n. 3607 v. 6) et postea demum a Claudio inter patricios adlectus est. In Illyrico rem bene gessit sub Tiberio a. p. C. 16 teste Dione 56, 12, triumphalia ornamenta ei decreta esse significant et ipse Dio c. 17 (αἱ νικητήριοι τιμαί, ὅπερ τοῖς ἄλλοις στρατιάρχοις ὑπῆρξε) et Suetonius Tib. c. 20 ([Tiberius] *triumphum egit, prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat*). Mortuus esse videtur paullo post, certe ante Augustum, nam Tacitus in annalibus Tiberii neque mortem eius refert neque memorat ibi ubi memorari debuit si fuisset in vivis (ann. 4, 22). — De Lartia Cn. f., uxore eius, ut adscriptum est in n. 3606, praeterea nihil scimus. — Filii Silvani fuerunt M. Plautius Silvanus praetor urbanus a. p. C. 24 (Tac. ann. 4, 22, Henzen act. Arval. p. CCXLIV), A. Plautius Urgulanius (n. 3606 v. 9); P. Plautius Pulcher (n. 3607); filia Plautia Urgulanilla, uxor Ti. Claudii postea Augusti prima (Suet. Cl. 26), mater eius qui memoratur n. 3607 v. 7. 8. A. Plautius, qui Britannos devicit, consul suffectus a. p. C. 26 (fast. Nolan., Corp. X n. 1233), Q. Plautius consul ordinarius a. p. C. 36 (Tac. ann. 6, 40) eiusdem Silvani filii creduntur a nonnullis, sine iusta causa.

3606 loco antiquo ante monumentum in tabula ingenti marmorea.

M · PLAVTIVS · M · F · A · N
SILVANVS
COS · VII VIR · EPVLÓN
HVIC · SENÁTVS · TRIVMPHÁLIA
ÓRNÁMENTA · DÉCREVIT
OB · RÉS · IN · ILYRICO
BENE · GESTÁS
LARTIA · CN · F · VXOR
A · PLAVTIVS · M · F
VRGVLÁNIVS
VÍXIT · ANN · IX

Recognovi. Cyriacum descripsisse indicat Scalamontius verbis supra p. 368 relatis. Legitur ex Cyriacanis apud Petrum f. 66, in cod. Parm. f. 74', cod. Vat. 6876 f. 69, Marc. XIV, 124, Angelican. D 4, 10 f. 38', Chis. J VI 203 f. 14; item pendent cunis Marcanova Mut. f. 62, Bern. f. 62' (n. 106); Felicianus Ver. Ferrarinus Traiect. f. 96', Reg. f. 92', cod. Redianus f. 11 Helmst. f. 114', Alciatus Fase f. 16'; Cholar f. 65. Ex lapide n. 2 (Hamilt. f. 60', Marucell. f. 3); Iucundus Ver. f. 1 f. 108' (inde pendet Mazochi f. 175); is a quo pendet P. Sabinus f. 126 (inde Siedar f. 33'), Brunelleschi f. 73', Leoncini f. Castro Blatsanus apud Metellum Vat. 6040 f. 182; ipse Metellus f. 145 et ad Mazochium suum nunc Vaticanum, ubi dicit exscripsisse Alphonsum) Castrum); Pighius cod. Luzac. p. 170, annal. Rom. vol. Smetius ms. Neap. p. 188 (inde Manutius orth. 717, 1, ex quo Nicodemus p. 96), ed. 78, 7 (inde Grut. 452, 6, in cuius ed. 2 additae schedae Pighii); Panvinius fast. ad a. 752; Ligorius Taur. vol. 26 f. 65', 26 f. 167'; Winghe Brux. 1, 6; manus mihi ignota apud Vic. Mon. 743 f. 71; cod. Ottob. 2070 f. 23. accurate; Anonymus Hispan. Chis. f. 451': Romieu f. 147; Antonius del Re ed. p. 104 (inde Marc. Stephanonius cod. Leid. p. 160, 3; Fabretti 171, 325; Kircher Lat. p. 160; S. Bartoli *gli antichi sepolcri* tab. 33; Vulpi Lat. 10 p. 341 (*mon. anc.* p. 21); Chaupy *maison d'Horace* 2 p. 416; Cabral et del Re p. 49; de Sanctis *del sepolcro de' Plauzj* tab. 1 cf. p. 23 seq.; Nibby p. 116, Fea fasti p. 163; Sebastiani p. 213; Canina *edifizj* vol. V p. 110; Garrucci *i segni detti accenti* p. 26, non sine erroribus.

Lectio certissima est: male in v. 6 M (pro A) Smet. ed. (non ms.) et Fabretti, in v. 11 VIII (pro VIXIT) Smetius (tam ms. quam ed.), 10 VIRGVLANIVS, 11 LX Nicodemus, errore typographi. — Recte exceperunt hanc inscriptionem etiam auctores antiquissimi, Antiquarius et Cyriacus; nam quod Antiqui cod. Maruc. in v. 1 habet PLATIVS, Hamiltonianus in v. 11 VIX (pro VIXIT), uterque autem (pro CN), id eis debetur qui codices illos exaraverunt. — In v. 10 ex auctoribus Cyriacanis verom lectionem VRGVLANIVS habent et Petrus Donatus, sed hic correxit in VIRGILIANVS, quod prima manu reperitur in cod. Chis. et apud Marcanovam et Alciatum, alii auctoribus (cod. Vat. Marcian. Felicianus) habent VRGVLANVS. — Ligaturam in TRIVMPHALIA v. 4 recte repraesentavit Antiquus (tam quam in Maruc.), solvit Cyriacus. Ad apices neuter horum auctorum adtendit, cum in n. 3609 Antiquus certe multos apices recte

Hanc tabulam recentiorem esse quam titulum n. 3605 in ipso monumento insculptum ostendit litteratura; nec tamen erit multo recentior opinor etiamtum vivis Silvano et Lartia vel certe altero eorum; nam si defuncto utroque parente et tumulo inlato mortuus esset Urgulanius, Urgulanii nomen insculptum in eadem tabula. Cognomen habuit Urgulanius ab Urgulania, quam aviam fuisse Plautii Silvani praetoris a ann. 4, 22.

Exemplum falsum incisum in tabula marmorea, sed mutilum a dextra, anno 1869 vidit Bormann Romae in horto aedium Camucc

cum capitulis Corinthiis. Harum minoris moduli tabularum hodie una tantum superest, nempe n. 3606 cum inscriptione Ti. Plautii Silvani Aeliani; supererat saeculo XV e sinistra ut puto tabulae n. 3606 altera tabula n. 3607 cum inscriptione Plautii Pulchri. Antiquitus autem a sinistra certe tabulae illius maximae n. 3606 non una tantum tabula stetit, sed duae, ut colligitur ex numero parastatarum qui hodie quoque ab ea parte supersunt; potest item a dextra tabulae n. 3666 praeter n. 3666 stetisse altera olim deperdita. Ad quos ex posteris Silvani consulis anno 752 tabulae illae duae vel tres deperditae pertinuerint, nulla coniectura definiri potest. — Imaginem mausolei optime factam et ichnographiam exhibet Piranesius *le antichità rom.* III tab. 12. 13; imagines praeterea multi, in his Vulpi Lat. 10 ad p. 346, Barbault *recueil de monumens anciens* tab. 23; de Sanctis *del sepolcro de' Plauzj* (1764) in tabula non numerata; Rossini *le antichità dei contorni di Roma* tab. 3; Canina *edifizj* vol. VI tab. 121.

3667 videtur extitisse in tabula marmorea iuxta n. 3606 a parte intuenti sinistra, et ita diserte testatur IVCVNDVS, qui cum ad n. 3606 (quae apud eum hanc praecedit) adscripsisset 'a latere dextro ex minoribus litteris', ad hanc adscripsit 'a latere sinistro ex minorib. litteris'. — MARCANOVA quod refert 'in sepulcro quadrato habens utrinque geminos fasces', id puto non ad hanc inscriptionem neque omnino ad sepulcrum Plautiorum pertinet, verum pertinet ad monumentum viae Ostiensis huius Corp. vol. VI n. 1343 et huc relatum est errore.

P · P L A V T I V S
P V L C H E R
T R I V M P H A L I S · F I L I V S
AVGVR · III · VIR · A · A · A · F · F · Q
TI · CAESARIS · AVG · V · CONSVLIS p. C. 31
TR · PL · PR · AD · AERAR · COMES · DRVSI · FILI
G E R M A N I C I · A V O N C V L V S · D R V S I
TI · CLAVDI · CAESARIS · AVGVSTI · FILI
ET · AB · EO · CENSORE · INTER · PATRICIOS
LECTVS · CVRATOR · VIARVM · STERNENDAR
A · VICINIS · LECTVS · RR · AVCTORITATE
TI · CLAVDI · CAESARIS · AVGVSTI · GERMANICI
P R O C O S · P R O V I N C I A R · S I C I L I A E
VIBIA · MARSI · F ·
LAELIA · NATA
PVLCHRI

Hanc inscriptionem post initia saeculi XVI nemo vidit, saeculo XV referunt tres auctores primarii, Cyriacus apud Petrum Donatum f. 66, cod. Parm. f. 74', cod. Marc. XIV, 124 f. 112', cod. Vat. 6676 f. 69, cod. Angel. D 4, 16 f. 39', cod. Chis. J VI, 203 f. 14; Antiquus quem dicimus n. 3 (Maruc. f. 3', Ham. f. 61'); Iucundus Ver. f. 134, Magl. f. 109. Praeterea exhibet qui reliquas plerasque dat de visu, sed hanc significat se non vidisse ('al presente non si ritrova') Brunelleschi f. 73, nullo auctore laudato. Denique principium (vv. 1—3) habet Raphael Volaterranus commentariorum urbanorum (1506) lib. XVIII (f. 266') adiunctum ad n. 3606. Repetiverunt ex Cyriacanis Scalamontius in vita Cyriaci (ms. Tarvis.); Marcanova cod. Mut. f. 61', Bern. f. 59; Felicianus Ver. f. 145, unde rursus cod. Redianus f. 125; Lilius cod. Helmst. f. 163'. Ferrarinus Traiect. f. 97, Par. f. 102, Regiens. f. 16. Ex Iucundo Mazochi f. 175 (inde Grut. 464, 1); item ex Iucundo puto pendet exemplum in fine vel interpolatum vel coniectura correctum, quod cum Grutero 462, 8 communicaverat Scaliger; ex exemplo Iucundi apud cardinalem Carpensem adservato Metellus Vat. 6039 f. 340, ubi tamen errore dicit exscripsisse Martinum (Smetium), apud quem non reperitur, se tantum emendasse ex Iucundo. S Grut. de Sanctis tab. III; Nibby *viaggio* I p. 117; Orelli n. 753; alii.

Varietas lectionis, si exceperis errores commissos a scriptoribus codicum quibus exempla Cyriaci et Antiqui debemus, item notas ab aliis aliter solutas, plane nulla est; etiam in v. 16, ubi Antiquus quidem et Iucundus recte sine dubio habent PVLCHRI, Brunelleschi PVLCRI, Cyriaci autem exscriptores plerique (codices Marcianus et Vaticanus, Scalamontius in vita Cyriaci, item Marcanova) PVLCHRA, tamen ipse Cyriacus videtur posuisse PVLCHRI, cum ita habeant certe Petrus Donatus, codex Parmensis, codex Angelicanus, Felicianus. Nihilominus adscripsi etiam minima illa quibus differunt a lectione supra recepta Antiqui codices Marucellianus et Hamiltonianus, Cyriacus apud Donatum et in codicibus Marciano et Vaticano, codices Iucundi, denique Brunelleschius. — 5 CESARIS Antiqui cod. Ham. — AVGVST (pro AVG) Iuc. Brun., AVGVSTI Antiqui cod. Ham. — COS Antiqui cod Ham. — 6 AERR Donatus. — FILI Antiquus, item Cyriacus apud Donatum et Brunelleschi, FIL Cyriaci codd. Marc. et Vat., item Iucundus. — 7 AVVNCVLVS Cyriaci cod. Vat., AVONCVLVS correctum in AVVONCVLVS Antiqui cod. Ham. — 8 TIB (pro TI) Antiqui cod. Ham. — FIL Donatus. — 9 PATRIOS Antiqui cod. Ham. — 10 STERNENDARVM Antiqui cod. Ham., STENENDARVM Antiqui cod. Maruc. — 13 PROVINCIA Cyriaci codd. Marc. Vat. — 14 ET (pro F) Grut. 452, 5. — 15 LELIA Cyriaci cod. Vat. et Brunell. — 16 de lectione PVLCHRA vide supra. — Versus distribui ita ut Antiqui codex Maruc., Cyriaci codices Vaticanus et Parmensis, Brunelleschi, qui alibi quoque veram versuum divisionem servaverunt (reliqui versus continuant); apparet nomina vv. 1. 2. 15—16 scripta fuisse litteris maioribus. — Consensus ille exemplorum suspicionem movet, ex eodem fonte omnia derivari; sed eam suspicionem esse abiciendam, immo statuendum, extare huius inscriptionis apographa non minus tria, ea diutius ponderata repperi. Nam inter Cyriacum certe et Antiquum, ut de his primum dicam, alibi in Tiburtinis nulla affinitas est. Et Cyriacum inscriptiones tumuli Plautiorum descripsisse constat testimonio Scalamontii: Antiquum autem cum inscriptionum n. 3606 et 3608 proposuerit exempla longe accuratiora quam quisquam auctorum Smetio antiquiorum, ex hac apices quadraginta septem enotarit, in illa contignationem litterarum P et H repraesentaverit, ad hanc autem adscripserit 'in primo marmore huius tumuli hoc reperitur epitaphium', ad illam 'in secundo marmore eius tumuli hoc reperitur epigramma', Antiquum, inquam, quis credat exemplum nostrae inscriptionis n. 3607 proposuisse aliunde petitum et ei similiter ut illis quas ipse vidit adscripsisse, ut fecit, 'in tertio marmore huius tumuli hoc reperitur epigramma'? — Ne Iucundum quidem, quamvis duas quae apud eum extremae Tiburtinarum sunt n. 3665 et 3820 fieri potest ut petierit hanc ex Cyriacano aliquo auctore, illam ex Antiquo, verisimile est inscriptionem Plautii Pulchri petisse aut ex Cyriaco aut ex Antiquo, nam in illis duabus inscriptionibus ipsae locorum indicationes apud Iucundum derivationem quodammodo produnt, inscriptiones tumuli Plautiorum et aliter ordinavit Iucundus atque illi (in Cyriacanis codicibus et apud Cyriacanos auctores omnes ordo est hic: n. 3607. 3606. 3608, apud Antiquum n. 3608. 3606. 3607, apud Iucundum autem n. 3606. 3608. 3607) et adscripsit quae neque apud Cyriacum neque apud Antiquum invenit, ad n. 3606 'a latere dextro ex minoribus litteris' (nempe quam n. 3606, exarata secundum ipsum 'in tabula marmorea ex magnis litteris'), ad nostram n. 3607 'a latere sinistro ex minoribus litteris'. Denique Brunelleschius quoque non video cur non et ipse possit habuisse apographum diversum ab eis quae reperiuntur apud priores.

De P. Plautio Pulchro praeter hanc inscriptionem nihil scimus. Filius fuit eius qui monumentum extruxit et cuius sunt tituli n. 3605. 3606 Plautii Silvani consulis a. 752, *triumphalis* dicti at hic (v. 3) et a Suetonio Cl. 22 propter ornamenta triumphalia. Natus videtur esse cir a. p. C. 6, cum quaestor fuerit Ti. Caesaris quintum consulis, id est a. p. C. 31. Comes Drusi, Germanici filii, videtur fuisse ante quaesturam eam anno 31 iam custodiae in Palatio traditus erat Drusus (Tac. ann. 2, 23), mortuus deinde ibidem a. 33. Drusi, Claudii filii, appellatur avunculus, utpote frater Plautiae Urgulanillae. Inter patricios lectus est anno 48 (Tac. ann. 11, 25). A quibus vicinis lectus sit curator viarum sternendarum, non liquet. Mirum est tale munus in homine tantae nobilitatis: magis mirum id tot verbis in titulo sepulcrali enarrari. Po[test] suspicari, praesertim cum nullum militare munus susceperit, huic Pulchro aut valetudinem fuisse parum prosperam aut ingenium tardum. Ea q[uoque] res potest fuisse causa cur ad consulatum non pervenerit. Mortuus est non post annum 54, nempe Claudio nondum inter divos relato. Uxor ei fuit Vibia, Marsi filia, nempe ut videtur eius C. Vibii Marsi, qui fuit consul suffectus a. p. C. 17 (fast. Ant.), legatus Germanici in Syria a. (Tac. ann. 2, 74), proconsul Africae a. 26 et insequentibus (Corp. vol. VIII n. 10568), legatus Augusti provinciae Syriae circiter a. 41 (T[ac.] ann. 11, 10; Iosephus ant. 19, 6, 4. 20, 1, 1), dicta in v. 16 *Pulchri* (uxor). Eadem sine dubio Vibia quod in v. 15 dicitur *Laelia nata*, et[iam] et alios diu torsit. Henzenus olim (ad Orell. vol. III p. 27) coniecerat scribendum esse *Laeliana*; cui coniecturae obstat consensus eorum [qui] inscriptionem viderunt. Bormannus vidit Vibiam Marsi filiam dici natam *Laelia*, eodem modo quo in titulis sepulcralibus Etruriae, ex ve[tere] Etruscorum consuetudine, ad nomen patris non raro matris nomen adscribitur (cf. huius corp. vol. I n. 1316. 1349. 1361. 1324. 1366. 1[3..] 1372 al.); id autem non mirum esse, si sumimus (cui coniecturae nihil obstat), Vibium Marsum cum uxore oriundum fuisse ex oppido al[iquo] Etruriae. Perusiae Vibios floruisse notum est.

3608 in tabula marmorea, quae extat loco antiquo iuxta tabulam n. 3602 a parte intuenti dextra.

TI · PLAVTIO · M · F · ANI
SILVANO · AELIANO
PONTIF · SODALI · AVG
III · VIR · A · A · A · F · F · Q · TI · CAESARIS
LEGAT · LEG · V · IN GERMANIA
PR · VRB · LEGAT · ET COMITI · CLAVD
CAESARIS · IN BRITTANNIA · CONSVLI
PRO · COS · ASIAE · LEGAT · PRO · PRAET · MOESIAE
IN QVA · PLVRA QVAM CENTVM · MILL
EX · NVMERO · TRANSDANVVIANOR
AD · PRAESTANDA · TRIBVTA · CVM · CONIVGIB
AC · LIBERIS · ET · PRINCIPIBVS AVT REGIBVS · SVIS
TRANSDVXIT · MOTVM ORIENTEM SARMATAR
COMPRESSIT · QVAMVIS PARTE MAGNA · EXERCITVS sic
AD EXPEDITIONEM IN ARMENIAM · MISISSET
IGNOTOS · ANTE · AVT · INFENSOS · P · R · REGES · SIGNA
ROMANA · ADORATVROS · IN · RIPAM · QVAM · TVEBATVR
PERDVXIT · REGIBVS · BASTARNARVM · ET
RHOXOLANORVM · FILIOS · DACORVM · FRATRVM sic
CAPTOS · AVT · HOSTIBVS · EREPTOS · REMISIT AB
ALIQVIS · EORVM · OPSIDES · ACCEPIT · PER · QVEM · PACEM sic
PROVINCIAE · ET · CONFIRMAVIT · ET · PROTVLIT
SCYTHARVM · QVOQVE · REGEM · A CHERRONENSI
QVAE · EST · VLTRA · BORVSTENEN · OPSIDIONE · SVMMOTO
PRIMVS · EX · EA · PROVINCIA · MAGNO · TRITICI · MODO
ANNONAM · P · R · ADLEVAVIT · HVNC · LEGATVM · IN sic
sic IN · HISPANIAM · AD · PRAEFECTVR · VRBIS · REMISSVM
SENATVS · IN PRAEFECTVRA · TRIVMPHALIBVS
ORNAMENTIS · HONORAVIT · AVCTORE IMP
CAESARE · AVGVSTO · VESPASIANO · VERBIS · EX
ORATIONE · EIVS Q · I · S · S
MOESIAE · ITA · PRAEFVIT · VT · NON · DEBVERIT · IN
ME · DIFFERRI · HONOR · TRIVMPHALIVM · EIVS
ORNAMENTORVM · NISI · QVOD · LATIOR · EI
CONTIGIT · MORA · TITVLVS · PRAEFECTO · VRBIS
HVNC · IN · EADEM · PRAEFECTVRA · VRBIS · IMP · CAESAR
AVG · VESPASIANVS · ITERVM · COS · FECIT

Recognovi. Hanc descriptam esse a Poggio constat inde quod adiecta legitur ad syllogen urbanam Poggii in exemplis eius syllogae c f. 27 et Angel. D 4, 12 f. 11' (cf. huius corp. vol. VI praef. p. XXIX n. 81). Praeterea saeculo XV descripserunt Cyriacus apud Pe[…] f. 62', cod. Parm. f. 74', cod. Marc. XIV, 124 f. 143, Vat. 2872 f. 29'; Antiquus n. 1 (Hamilt. f. 52, Marucell. f. 2, item apud Reb[…] sed is desinit in v. 27); Iucundus Ver. f. 134, Magl. f. 152'. Pendent ex Cyriacanis Marcanova Bern. f. 12', Mut. f. 63—64, Felician[us] ex quo cod. Redianus f. 122/6; Lilius cod. Helmst. f. 123; Ferrarinus Traiect. f. 27, Paris f. 102, Reg. f. 18 et solos vv. 32 seq. f. 12[…] Feae f. 10'. 11; Choler f. 82'; Sanutus cod. Ver. f. 242; ex Marcanovanis Peutinger cod. Aug. 526 f. 116, cod. 527 f. 34, ex hoc […] 192, 2. Mox descripsisse videtur Hermolaus Barbarus qui in castigationibus Plinianis (Romae 1492) citat v. 8 (verbum *Moesiae*) […] cap. 2 sub lemmate *et iterum Icesus*, item v. 10 ad lib. V cap. 14 s. v. Parea. Integram edidit primus Raphael Volaterranus (…

urbanorum (Rom. 1506) lib. XVIII (f. 255'); deinde fortasse de visu, sed exemplo pessimo, Franciscus de Albertinis de mirabilibus urbis Romae ed. 1510) lib. I (in capite de pontibus (= Mazochi f. 3'); ex hoc vv. 1—15 repetivit Leander Alberti *descrittione di tutta Italia* ed. Venet. 1551 f 130'. Ex Iucundo Mazochi f. 175'. Descripserunt deinde Accursius ms. (non una cum reliquis Tiburtinis, sed cod. O 125 sup. fasc. 54); Leoncini f. 2 'collationatam' a se 'fideliter'; Gaspar Castro apud Metellum Vat. 6040 f. 169; ipse Metellus Vat. 6038 f. 144, 6039 f. 338, ubi dicit descripsisse se anno 1546, item ad Mazochium suum nunc Vaticanum, ubi tamen laudat Alphonsum) Castro), idem misit Laelio Taurello, quod exemplum extat in codice nunc bibl. Gissensis n. 945; Pighius cod. Lozac. p. 171; Smetius ms. Neap. p. 100, ed. 79, 4; Anonymus Hispanus Chis. f. 451'; *Ligorius* Taur. vol. 20 f. 86 et vol. 26 f. 137'; Winghe cod. Brux. 1, 6; is a quo pendet codex Ottobonianus 2970 f. 23'; denique is a quo pendet Romieu f. 140. Pendent ex Smetio ms. Panvinius, qui vv. 4—9. 30. 37 refert fast. ad a. 800, vv. 1—5 Roma p. 602 inde Ligorius ms. Taur. vol. 15; Iacobonius de gente Caesia p. 280; Lipsius ad Tacit. annal. lib. IIII c. 22); Manutius orth. 718, 2: ex hoc Nicodemus p. 96/7; ex hoc rursus, sed interdum correctam Marzi II p. 164/7. Ex Smetio ed. repetivit Gruter 453, 1. Post editum Gruteri corpus raro quisquam ipsam inscriptionem videtur examinavisse. Pendet sine dubio e Grutero, sed passim corrupit Kircher Lat. p. 100. 161, ex qua repetivit Bartoli *gli antichi sepolcri* tab. 34. Ex Grut. etiam Cabral et del Re p. 50. Descripsisse videtur Vulpi Lat. 10 p. 341/2. Accurate delineatam edidit Piranesi *le antichità romane* III tab. 11. Ad lapidem etiam de Sanctis *del sepolcro de' Plauzj* tab. II cf. p. 42 seq. Nostro denique saeculo habent Nibby *viaggio* 1 p. 116; Fea fasti (1820) p. CIII; Sebastiani p. 215 (inde Canina *edifizj* V p. 110/1); Garrucci *i segni detti accenti* (1857) p. 37. Orelli n. 750.

Tabula integra est, excepto angulo dextro superiore (vv. 1. 2 fin.), et lectionis certae. Angulum illum pleniorem quam ego post initia saeculi XVI nemo vidit; certe non plura quam TI·PLAVTIO·M·F in v. 1, SILVANO·AELIAN in v. 2 exhibent qui saeculo XVI descripserunt Accursius, Leoncini (qui ad v. 1 fin. adscripsit 'incisio lapidis'), Metellus (Vat. 6039 f. 338 et ad Taurellum), Gaspar Castro, Pighius, Smetius (ms. Neap.), auctor syllogae Ottobonianae, Romieu. Nullius igitur auctoritatis est quod in editione Smetii v. 1 legitur sic TI·PLAVTIO·M·F·AN), praesertim cum et alia non pauca menda in editionem Smetii (sive potius in recensionem corporis Smetiani posteriorem) irrepserint, a quibus exemplum nunc Neapolitanum est immune (ita contra codicem Neapolitanum editio v. 3 exhibet SODAL pro SODALI, 6 CLAVDI, 7 BRITANNIA pro BRITTANNIA, 24 BORVSTHENEM pro BORVSTENEN), nullius item auctoritatis Ligorii (Taur. 20 et 26) T·PLAVTIO·M·F·AN. Multo etiam minus audiendi sunt auctores recentiores, pendentes in hac re omnes ex Smetio sive potius Grutero (qui v. 1 fin. Smetiano AN substituerat A·N; Gruteri ed. 2 rursus AN sine puncto), ut Kircherus, qui addidit TI·PLAVTIO·M·F·A..., omissa N fracta, quam typis suis exprimere non potuit, vel Garruccius, qui habet TI·PLAVTIO·M·F·AN. Verum cum ex quattuor auctoribus primariis qui saeculo XV hanc inscriptionem viderunt, certe duo[1]), Antiquus et Iucundus, exhibeant in v. 1 TI·PLAVTIO·M·F·ANI (FANI sine puncto Antiquus in cod. Maruc. et apud Beheim), Cyriacus aut id ipsum exhibuerit aut TI·PLAVTIO·M·F·A·N (A·N cod. Parm., item Donatus, sed is correxit in ANI, ANI codd. Marcian. et Vat.; contra rursus A·N Marcanova)[2]), omnes exhibeant in v. 2 AELIANO, vix dubitari potest quin olim in finibus vv. 1 et 2 extiterint ea quae supra exhibentur litteris inclinatis (nam A·N, quod possis praeferre lectioni supra receptae, per partem Cyriacanorum auctorum nequaquam satis defenditur contra auctores Cyriaco non inferiores Antiquum et Iucundum; atque etiam ANI habere quo se defendat, infra p. 394 videbimus). Perisse autem crediderim hoc frustulum eodem tempore quo periit inscriptio iuxta posita n. 3607. — Reliqua varia lectio abici potuit, cum totus titulus sit lectionis certae, nisi quod vv. 9—10 paulum corrosi sint, ita ut de punctis ibi non semper constet. — Errorum a priorum descriptorum plerisque in hac inscriptione describenda commissorum causa fuit non solum longitudo inscriptionis, sed etiam quod ipsa passim mendose scripta est, de qua re infra plura dicam; nec nimis succensendum auctoribus antiquioribus, si quis in v. 14 PARTEM MAGNAM substituit ei quod est in lapide PARTE MAGNA vel 26. 27 alterum IN delevit. Ad interpolationem accedit quod in compluribus codicibus Cyriacanis (Parm. et apud Donatum) v. 15 pro IN ARMENIAM MISISSET scribitur IN ARMIS AMISISSET. Ipsius Cyriaci exemplum satis accuratum videtur fuisse[3]), accuratiora etiam exempla Antiqui[4]), qui etiam (in cod. Marucell.) apices non minus quadraginta septem enotavit, et Iucundi.

Falsi exempli fragmentum (continens vv. 36. 37 distributos in tres versus) Romae in hortis Campanae prope Lateranum vidit de Rossi anno 1852.

1. 2. 3. 4 *Ti. Plautio M. f.* ⟨*Ani.*⟩ | *Silvano Aelian(o),* | *pontif(ici), sodali Aug(ustali),* | *III vir(o) a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando)*
5. 6 *f(eriundo), q(uaestori) Ti. Caesaris,* | *legat(o) leg(ionis) V in Germania,* | *pr(aetori) urb(ano), legat(o) et comiti Clau-*
7. 8 *d(i)* | *Caesaris in Brittannia, consuli,* | *proco(n)s(uli) Asiae, legat(o) pro praet(ore) Moesiae,* |
9. 10. 11 *In qua plura quam centum mill(ia)* | *ex numero Transdanuvianor(um)* | *ad praestanda tributa cum coniugib(us)* |
12. 13. 14 *ac liberis et principibus aut regibus suis* | *transduxit. Motum orientem Sarmatar(um)* | *compressit, quamvis parte magna*
15. 16 [scr. *partem magnam*] *exercitus* | *ad expeditionem in Armeniam misisset.* | *Ignotos ante aut infensos p(opulo) R(o-*
17. 18. 19 *mano) reges signa* | *Romana adoraturos in ripam, quam tuebatur,* | *perduxit. Regibus Bastarnarum et* | *Rhoxolanorum*
20. 21 *filios, Dacorum fratrum* [scr. *fratrem* vel *fratres*] | *captos aut hostibus ereptos remisit; ab* | *aliquis eorum opsides*
22. 23 *accepit, per quem pacem* | *provinciae et confirmavit et protulit* [haec omnino corrupta, cf. infra]; | *Scytharum quoque*
24. 25 *regem* [scr. *rege*] *a Cherronensi,* | *quae est ultra Borustenen, opsidione summoto.* | *Primus ex ea provincia magno tritici*
26 *modo* | *annonam p(opuli) R(omani) adlevavit.*
27. 28. 29 *Hunc legatum in* | *in* [dele] *Hispaniam ad praefectur(am) urbis remissum* | *senatus in praefectura triumphalibus* | *orna-*
30. 31 *mentis honoravit, auctore imp(eratore)* | *Caesare Augusto Vespasiano, verbis ex* | *oratione eius q(uae) i(nfra) s(cripta)*
s(unt): |
32. 33. 34 *Moesiae ita praefuit, ut non debuerit in* | *me differri honor triumphalium eius* | *ornamentorum; nisi quod latior*
35 *ei* | *contigit mora titulus praefecto urbis.* |
36. 37 *Hunc in eadem praefectura urbis imp. Caesar* | *Aug(ustus) Vespasianus iterum co(n)s(ulem) fecit.*

1) Etiam exemplum adiectum ad syllogen Poggii v. 1 fin. habet ANI, v. 2 AELIANO, sed id exemplum num vere sit Poggii nec potius interpolatum ex codicibus Cyriacanis, valde dubito. — Praeterea Albertinus quoque vv. 1. 2 similiter plenos exhibet.

2) Noli suspicari A·N, id est *A(nio) depon(o)*, mutatum esse in ANI ab interpolatore aliquo qui ita significare voluerit Aniensem tribum, cui Tibur adscriptum fuisse olim plerique putabant et cuius admonere debuit ipse Anio fluvius mausoleum Plautiorum praeterfluens. Nam primum eiusmodi interpolatio aliena est tam ab Antiquo, qualem eum cognovi, quam ab Iucundo, tum haec doctior est quam ut omnino cadat in illud saeculum, deinde interpolator ille sine dubio etiam in inscriptionis n. 3606 v. 1 fin. A·N litteras mutasset in ANI; sed in hac et Antiquus et Iucundus, ut et Cyriacani codices omnes, habent A·N.

3) Non recte ait Henzenus huius corp. vol. VI p. XXXIX sub n. 61 vocabulum VESPASIANVS in v. 27 esse omissum, omissum quidem id est in codice Vat. 5875, sed reperitur tam apud Donatum quam in cod. Parmensi et apud reliquos exscriptores Cyriaci plerosque.

4) Mendum commune Cyriaco et Antiquo (praeter IN vv. 26. 27 semel tantum positum) est v. 24 CHERONENSI pro CHERRONENSI; sed noli inde suspicari Antiquum pendere ex Cyriaco vel utrumque ex fonte communi, idem mendum etiam apud multos alios auctores reperitur ut apud Smetium (tam ms quam ed.) et Metellum (recte CHERRÓNENSI habent Iucundus Accursius Gaspar Castro Pighius.

De vita Ti. Plautii Silvani Aeliani egit Henzen ann. inst. arch. 1859 p. 9 seq. Et primum videamus, si fieri potest, a qua et quando genitus sit Aelianus. Quaestor cum fuerit Ti. Caesaris, id est non post annum 37, consul primum a. 45 (cf. infra), natus esse videtur aut anno p. C. 12 aut paullo ante, potest igitur per aetatem filius fuisse M. Plautii Silvani consulis anni 752, qui anno p. C. 12 vix fuit quinquagenario maior, frater natu minimus Plautii Silvani praetoris anno p. C. 24 et Plautii Pulchri quaestoris c. 31, sed potest fuisse etiam nepos, filius praetoris anni 24. Illi coniecturae favet praenomen Tiberius; nam ita consul anni 752 filium natu maximum appellavit Marcum nomine suo et patris, alterum Aulum ex nomine avi (n. 3606 v. 9), tertio et quarto dedit nomina aliunde petita Publi (n. 3607) et Tiberii. Sed utrique coniecturae pariter obstat quod consul anni 752 fuit plebeius, hunc Silvanum Aelianum patricium fuisse colligi potest inde quod post quaesturam praetor factus est omisso gradu aedilitatis et tribunatus; nam a patriciis tantum ea aetate hunc honoris gradum esse omissum luculenter demonstravit Mommsenus *Staatsrecht* I² p. 637. Neque eo confugere possumus ut statuamus aut Aelianum aut, si Aelianus non filius fuit consulis anni 752 sed nepos, Aeliani patrem ab imperatore aliquo inter patricios esse adlectum; nam inde ab initiis principatus Augusti (anno 726; cf. Mommsen ad Monum. Ancyr. ed. II p. 34) usque ad censuram Claudii (Tac. ann. 11, 25) numerum patriciorum non esse auctum satis constat. Vide igitur ne Aelianus noster fuerit Silvani consulis anno 752 aut fratris filius aut fratris nepos aut denique sobrinus; potuit anno 726 Silvani qui postea anno 752 consulatum adeptus est frater aut frater patruelis eius aetatis et dignitatis esse ut ab Augusto inter patricios adlegeretur. Sed his, ut sunt incerta, omissis ad certiora progrediamur. Tribus fuit Aelianus, testibus auctoribus qui saeculo XV inscriptionem viderunt, Aniensis, id est eiusdem tribus cuius Cicero significat fuisse A. Plotium, quem supra (ad n. 3605) conieci fuisse Silvani consulis a. 752 avum et qui huius potest fuisse proavus aut abavus, cf. Cic. pro Plancio 22, 54: *cin prioribus comitiis Aniensem a Plotio Pedio, Teretinam a Plancio tibi esse concessam: nunc ab utroque eas avolsas ne in angustum venirent. quam convenit nondum cognita populi voluntate hos . . . iacturam suarum tribuum, quae vos adiuvaremus, fecisse; eosdem, cum iam essent experti quid valerent, restrictas et tenaces fuisse?* Sane potuit unus ex candidatis concedere competitori non solum eam tribum ex qua ipse erat sed etiam alias propter qualescumque causas ipsi coniunctas; sed tamen cum Plancius Iuventio concesserit tribum vere suam, nempe Teretinam — fuit enim Plancius, ex municipio Atina (Cic. l. c. 8, 19 sq.), Atinates autem in Teretina suffragium ferebant (huius Corp. vol. X p. 499) —, probabile est tribum e Plotio uni ex competitoribus concessam item fuisse ipsius Plotii tribum. — Sacerdotium habuit Aelianus duplex, pontificatum et Augustalitatem (v. 3); pontificem eum fuisse insuper testatur Tacitus in historia anni 70 (cf. infra). Primos honores vigintiviratum et quaesturam gessit sub Tiberio, deinde fuit legatus legionis quintae Alaudarum, praetor urbanus, omissa aedilitate, ut diximus propterea quod erat patricius, anno fortasse p. C. 42, Claudio comes in legatione Britannica (vv. 5. 7) per annos 43 et 44, consul suffectus anno p. C. 45, teste titulo Pompeiano huius corp. vol X n. 825 (ubi tamen pro Plautio errore scriptum est Plaulius; cf. tessera edita *bull. dell' Inst.* 1866 p. 101 et eph. epigr. 3 p. 204), proconsul Asiae (v. 8) sub Nerone, ut testatur etiam titulus Trallianus editus a Waddingtonio ad Lebas 3,609[a], primis ut videtur eius annis. Longa est inscriptio in enarranda legatione Moesiaca, quam videtur suscepisse vel anno 57 vel etiam antea. Constat enim ex inscriptione huius Corp. vol. III 781 (cum add. p. 1010) Severo et Caracalla imperantibus Tyranos et fuisse sub legato Moesiae et annos numerasse ab anno p. C. 57; unde colligi potest eos hoc ipso anno a legato aliquo Moesiae imperio populi Romani esse adiectos. Cum autem in huius elogii v. 22 significetur, Plautium Aelianum fines provinciae Moesiae protulisse (certe id videtur dicere voluisse qui elogium dictavit), item ex vv. 23. 24 constet, armorum Romanorum terrorem ab Aeliano ultra Danuvium Borysthenem versus esse ostensum, veri simile videtur, ab Aeliano Tyranos esse in fidem receptos, fuisse igitur eum legatum Moesiae anno 57 (cf. Borghesi opp. 8 p. 427)[1]. Quod in vv. 14. 15 Aelianus dicitur magnam partem exercitus ad expeditionem in Armeniam misisse, id probabiliter ab Henzeno refertur ad legionem quintam Macedonicam, quam anno 62 (vel paullo ante) e Moesia in Armeniam esse accitam scimus ex Tacito ann. 15, 6: fieri tamen potest (quod coniecit Borghesius ann. inst. arch. 1832 p. 157 = opp. p. 230) ut illis verbis significetur legio quarta Scythica, quae, ... et ipsa antea fuerit in Moesia, anno autem 62 particeps expeditionis Armeniacae, videtur esse translata esse in Orientem initio principatus Neronis (cf. Tac. ann. 13, 7). Multa in hac parte elogii perverse scripta sunt, quorum pleraque non quadratario debentur sed ei qui elogium dictavit. Vv. 2 seq. si dicere voluit plus centum milia Transdanuvianorum adactos esse ut in Romano solo sedes figerent et ita stipendiarios factos, non optime locutus est. Motum Sarmatarum ab Aeliano compressum, item pacem honestam sub ipso fuisse cum Rhoxolanis Dacis qui haec scripsit ita narravit, ut cogitaret has gentes paullo post Aelianum, anno p. C. 69, incursiones in provinciam Romanam fecisse (Tac. hist. 1, 79. 3, 46. 4, 54). Ceterum notabile est, de rebus ab Aeliano in Moesia bene gestis a Tacito in annalibus Neronis ne verbum quidem fieri. V. 14 de parte magna exercitus in Armeniam missa supra dictum est; scribendum est aut in v. 14 PARTEM MAGNAM ... v. 16 MISSA. — 19 ante *Dacorum* cogitatione supplendum est re... etiam *regibus*), deinde pro FRATRVM scribendum FRATRIS (vel FRATRES). Mira aliorum de Dacis fratribus inventa praetermitto. 21. 22 corrupti sunt non quadratarii culpa; sententiam videtur mentem habuisse scriptor hanc: *per quas res et pacem provinciae firmavit et fines protulit.* V. 23 scribendum est REGA pro REG... v. 24 SVMMOVIT pro SVMMOTO. — 25. 28 frumentum ex Moesia missum esse — eam id postea saepius factum esse significat vox *primus* — aliunde compertum non habemus. — Romae fuit ... a. d. XI kal. Iunias a. p. C. 70, teste Tacito hist. 4, 53. et Prisco praetori verba sollemnia in lustratione areae Capitolii praeivit pontifex. De legatione Hispanica, quae quatenus duraverit ... est — possis adeo suspicari propter verba *hunc legatum in H... ad praefectur(am) urbis revocavit*, Aelianum ne pervenisse quidem in Hispaniam —, et de praefectura urbis aliunde nihil novimus. ... ex oratione, qua Vespasianus triumphalia ornamenta ei petivit (vv. ...) notanda est insectatio Neronis. Alterum consulatum suscepit anno p. C. 74 ipso mense Ianuario aut Idibus aut etiam ante, ... tessera edita ab Henzeno l. c. ann. inst. 1859 p. 6 (= Corp. ... Ultra hunc consulatum, quo elogium finitur, ne vita quidem multum videtur processisse, certe mortuus est ante Vespasianum ... in elogio non appelletur divus. — L. Lamia Plautius Aelianus ... anno 80 (dipl. mil., Corp. III p. 854), dictus etiam L. Aelius ... Lamia (act. Arv. anni 80), qua parentela cum Ti. Plautio Silvano coniunctus fuerit, incertum est.

1) Henzenus ann. l. c. p. 15. 18 (cf. eiusdem adnot. ad Borghesii vol. 3, p. 231 not. 5) nequaquam probavit Aelianum non ante ... gationem Moesiae suscipere potuisse. — De tempore legationis Mo... Sabini, quem Tacitus hist. 3, 75 scribit Moesiam rexisse per a... nihil certi constat, probabile est Plautium Aelianum eius fuisse ... (numerus annorum praefecturae urbanae eiusdem Sabini, apud ... sine dubio corruptus est, cf. Borghesi opp. 8 p. 427 s.

3609 basis marmorea. Tibure. *Serve per piedestallo di una delle statue egittiache poste nella piazza di S. Lorenzo* MARZI. Extat eodem fere loco, *piazza dell' olmo*, prope portam minorem ecclesiae cathedralis una cum n. 3657 (statuae artis Aegyptiacae quas olim utraque basis sustinebat sub Pio VI pontifice cesserunt museo Vaticano).

Q · POMPEIO · Q · F · QVIR · SENECION
ROSCIO · MVRENAE · COELIO · SEX ·
IVLIO · FRONTINO · SILIO · DECIANO
C · IVLIO · EVRYCLI · HERCVLANEO · L ·
VIBVLLIO · PIO · AVGVSTANO · ALPINO
BELLICIO · SOLLERTI · IVLIO · APRO ·
DVCENIO · PROCVLO · RVTILIANO ·
RVFINO · SILIO · VALENTI · VALERIO ·
NIGRO · CL · FVSCO · SAXAE VRYNTIANO
SOSIO · PRISCO · PONTIFICI · SODALI ·
HADRIANALI · SODALI · ANTONINIANI · sic
sic VERIANI · SALIO · COLLINO · QVAESTORI ·
CANDIDATO · AVGG · LEGATO · PR · PR · ASIAE
PRAETORI · CONSVLI · PROCONSVLI · ASI p. C. 169
AE · SORTITO · PRAEFECTO · ALIMENTOR ·
XX · VIRO MONETALI · SEVIRO · PRAEF ·
FERIARVM · LATINARVM · $\overline{Q}$ · $\overline{Q}$ · PATRONO ·
MVNICIPII · SALIO · CVRATORI · FANI · $\overline{H}$ · $\overline{V}$ ·
S · P · Q · T

Contuli. Habet primus Marzi I p. 63, II p. 54 (ex hoc Crocchiante p. 5); deinde Gudius ms. 464, 1, ed. 138, 5; Spon *voyage* (ed. Amst. 1676) p. 344, miscell. p. 189 (inde et ex Marzio Volpi Lat. 10 p. 69); Chaupy *maison d'Horace* 2 p. 384; Sebastiani p. 153; Henzen ann. inst. arch. 1844 p. 47 ad exemplum Borghesii recognitum a Brunnio. Orelli 2761.

9 vocabuli VRYNTIANO primam litteram ego non agnovi.

Est consul ordinarius anni 169, defunctus anno 186, teste titulo urbano quem ipsi posuit pronepos Corp. VI n. 1490. Eius praeterea habemus titulos Tarracinensem Corp. X n. 6366 et Campanum Corp. X n. 3764, in quibus appellatur Q. Pompeius Q. f. Senecio Sosius Priscus. Ad patrem eius pertinet titulus Tarracinensis Corp. X n. 8361, ad matrem titulus Samius Eph. ep. V p. 664 n. 1465, ad filiam Cirtensis Corp. VIII n. 7088 (ubi adscriptum est familiae stemma); pronepotis videtur esse Gabinus supra editus n. 6803.

3610 cippus statuae METELL.; nunc non extat nisi frons desecta. In quodam marmore vetustissimo nuper invento apud Sanctum Paulum Tibure ANTIQVVS (Maruc.). Tibure ante fores S. Pauli SAB. (Romae ante fores d. Pauli MAZ.), pro templo S. Pauli VOLATERRANVS. In aede S. Pauli IVC. cum aliis. In Pauli *nella facciata* METELL., *affissa all' angolo della chiesa di S. Paolo* DEL RE. *Questo marmo hoggi è in casa dell' autore* MARZI. In aedibus Marziorum viderunt SVAR. LVP. VVLP. Extracta ex domo Marzi et in Clementinum museum translata MAR. (Vat. 9125 f. 146). Est Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* Dii 1).

C · POPILIO · C · F · QVIR · CARO
PEDONI · COS · $\overline{VII}$ · VIRO · EPVLON
SODALI · HADRIANALI · LEGATO
IMP · CAESARIS · ANTONINI · AVG
PII · PRO · PR · GERMANIAE · SVPER · ET · EX
ERCITVS · IN EA · TENDENTIS · CVRATORI
OPER · PVBLICOR · PRAEF · AERARI · SATVR
CVRATORI · VIAR · AVRELIAE · VETERIS · ET
NOVAE · CORNELIAE · ET · TRIVMPHALIS
LEGATO · LEGIONIS · $\overline{X}$ · FRETENSIS
A CVIVS · CVRA · SE · EXCVSAVIT · PRAETORI
TRIBVNO · PLEBIS · $\overline{Q}$ · DIVI · HADRIANI · AVG
IN OMNIBVS · HONORIBVS · CANDIDATO
IMPERATOR · TRIB · LATICLAVIO · LEG · III
CYRENAICAE · DONATO · DONIS · MILI
TARIBVS · A DIVO · HADRIANO · OB
IVDAICAM · EXPEDITIONEM · X · VIRO
STLITIBVS · IVDICANDIS · PATRONO
MVNICIPI · CVRATORI · MAXIMI · EXEMPLI
SENATVS · P · Q · TIBVRS
OPTIME · DE RE · PVBLICA · MERITO

Descripsit Henzen. Antiquus n. 4 (Ham. f. 81', Maruc. f. 4, Redian. f. 164; ab eodem pendent etiam Bononius qui putatur cod. Ottob. 2287 f. 63'; Sanutus cod. Ver. f. 64); P. Sabinus qui nobis dicitur Chis. f. 128 (inde pendent Seder Mot. f. 31'; Lilius Helmst. f. 166'; Rambertus Pat. f. 140; Mazochi f. 18'); Iucundus Ver. f. 131', Magl. f. 187' (inde Alciatus cod. Feae f. 98'). Ferrarinus Reg. f. 126; Raphael Volaterranus commentariorum urbanorum (1506) lib. 18 f. 287; Brunelleschi f. 68, Leoncini f. 5, Mancini apud Metellum f. 344 et apud Pighium f. 1; Metellus Vat. 6646 f. 63'; Pighius cod. Lazac. p. 172; Morillon Amst. f. 60; Smetius ms. Neap. p. 146. ed. 78, 8 ab aliis; Ligorius Bodl. f. 122', Neap. lib. 33 p. 188, Taur. vol. 28 f. 8 et vol. 28 f. 138', Fabricius antiq. lib. 1 c. 8 de visu puto refert vv. 6. 9; Panvinius Vat. 6035 f. 128, Roma p. 115, qui partes adfert vel citat in libris Veron. p. 55, Rom. p. 604. 608 623, fast. ad a. 867 (ex Panvinio vv. 1—2 Bosius *Roma sott. ed.* 1650 p. 137); Manutius orth 616, 12 (inde Nicodemus p. 107 lib. 4 cap. 9; Marzi I p. 50, II p. 84; ex Manutio etiam Antonios del Re ms. Barb. cap. IX, sed is vidit et correxit; codex Ottob. 6970 f. 65; Gruter 457, 8 qui praeter Smetii et Panvinii libros adhibuit schedas Sculteti; Suaresius Vat. 9140 f. 206; Lupi Vat. 9143 f. 18, Vulpi Lat. 10 p. 97; Cabral et del Re p. 8; E. Q. Visconti cod. Paris. Lat. 6667 f. 405; Marini ms. Vat. 9125 f. 244, idem Vat. 9163 f. 146 correxit exemplum scriptum manu ignota; Kellermann vig. n. 247. Henzen n. 6501.

2 REDONI Antiquus, CEDONI Iucundus Metellus Smetius; recte PEDONI praeter alios Volaterranus et Ligorius. — 14 IMPERATORI Manut. — 19 TEMPLI pro EXEMPLI Morill. Manut. — Ligorius ms. Taur. vol. 18 partem huius inscriptionis cum clausula ficticia proposuit sic: *c. popilio. c. f. quir | caro. pedoni | cos. VII. vir. epulon | curatori operum | publie. praefec | aerari. saturn | curatori. viarum | latin. veter. et. aurel. | l. antius. IIII. vir. viar | per. agen. fac. coer.*

Popilium Pedonem consulem suffectum fuisse volunt a. p. C. 148; curator operum publicorum fuit a. 150, teste titulo Corp. VI n. 855. Post positum hunc titulum Tiburtinum provinciam Asiam pro consule obtinuit, testibus titulis Ephesiis citatis a Waddingtonio *fastes des prov. asiat.* n. 147, qui proconsulatum eum adtribuit anno 160/1. — V. 16 significatur puto cura fani Herculis Victoris.

3611 basis marmorea. Tibari in platea Trivii IVC. LEONC. MANC., in Trivio pro foribus S. Rubei ACC. Nunc basis excavata deleto titulo frontis extat Tibure in curia. — S. l. PANV. Rom.). Romae GRVT. Repertam ad viam Portuensem una cum inscriptionibus dedicatis imperatoribus ut fratribus Arvalibus facit LIGOR. Taur. 18.

C · PORCIO · C · F · QVIR · PRISCO
LONGINO · C · V · X · VIR · STLITIB
IVD · ALLECTO · INTER · QVAES
TORIOS · AB · ACTIS · SEN · AEDILI
CVRVLI · ALLECTO · INTER
PRAETORIOS · PROCONSVLI
LYCIAE · PAMPHYLIAE · COS
FRATRI · ARVALI · VNCTORI · IV
PATRONO · MVNICIPI
SENATVS · TIBVRS

in latere

CVRANTIBVS
AVRELIO ZOTICO PATRON MVNIC
ET · SALLIO ROMANO DEK R · P

Inscriptionis integrae tria extant apographa. Primum Iucundi Ver. f. 132, Magl. f. 104' quod repetiverunt Alciatus cod. Fese f. 17' Metellus Vat. 6039 f. 346' 'ex codice cardinalis Carpensis': item Mur. 1119, 3 missum ex schedis Iucundi a Gorio, adhibito Ligorii libro Neapolitano infra citando. Alterum Accursii f. 4'. Tertium id quod exhibent Leonicenus f. 3'. Mancini apud Metellum f. 314 et ap. Pighium f. 2 et ex Mancinianis Manutius 5237 f. 123, item sed interpolatum Ligorius Neap. lib. 39 p. 186 et lib. 39 (inde Panvinius Vat. 6035 f. 48'). Morillonius cod. Amst. f. 23 quam fieri potest ut viderit inscriptionem, tamen expressit exemplum Iucundi uno vel altero loco ex coniectura puto emendatum. Similiter Iucundo Pighius correxit et supplevit exemplum suum Mancinii. Item solum exemplum Iucundianum videtur habuisse cum primus inscriptionem frontis ederet Panvinius Rom. p. 326 (ex Panvinio Manutius orth. 922, 4: ex hoc Ligorius Taur. vol. 18 f. 64' et vol. 20 f. 29, unde repetita est in annal. inst. arch. 1856 p. 69, item ex Manutio Grut. 458, 6). A prioribus Marini Arv. tab. LXI, qui praeter libros editos citat schedas Barberinas. — Solam inscriptionem lateris de visu exhibent Giorgi sched. Casanat.; Revillas sched. Berol.; Lupi Vat. 9143 f. 22', Vulpi Lat. p. 211. Eandem descripsit Mommsen, recognovimus et ego et Gatti.

3868 Tibure, scalae immissum, quae a te... Vestae ad speluncam Neptuni duct...

VIRGILIVS DE PLOTA

Osann syll. p. 566 n. 24 qui dicit ... Litteram D incertam esse ait Osann. Aut male lecta aut recens.

3869 traditur sine loci indicatione ... scriptiones agri Tiburtini.

HOC IACET IN TVMVLO
QVEM RAPVIT FA
TES CVI BIS QVINO
TERE SVPER HI
HIC COLVIT SVPER
FLECTERE QVI
A PIETA
XIT ET HA
MOR · VI
VS A
IVG

Revillas ms. Berol. et in topograf... burtini.

Dedi ad ms. Berol., mendis ... graphicae omissis. — 5 COLVIT ... Videntur fuisse disticha. — ... tres annos vixerat ille.

3870 fragmentum tabulae marmoreae litteris parvis Tibure rep. a. 1836 ibi ubi n. 3818 VIOL. Extat in hortis publicis loco alto et incommodo inserta muro.

...I DATA · SE
...ATA · QVI...
...ONAVERAT
DIDERANT ·
...ROS · TA...
...LECTERE TE
...IRTVTE...
...P E R...

Descripsi. Massimo *relazione* p. 384 n. 37; St. Viola *decennio* p. 53.

2 in. E litteram nunc deperditam addidi ex Viola, 3 fin. T item deperditam ex Viola et Massimo.

Superest ex carmine.

3871 fragmentum marmoreum. Tibure rep. a. 1838, ibi ubi n. 3816 VIOLA. Extat in hortis publicis.

...RTIS · LINGVA ME...
...ONEISTE · ET GENE...
...QVAM · EST · QVI · R...
...T...

Descripsi. Massimo relazione p. 365 n. 46; St. Viola *decennio* p. 51.

1 ARTIS Mass. — LINGVA·MEA... Viol., LINGVA·ME.. Mass.

3872 fragmentum lapidis Tiburtini litteris altis v. 1 cm. 6, v. 2 cm. 4. Tibure apud Violam VIOL. Extat in aedibus olim Violae.

GRIPTOR
DAIEN · C...

Descripsi. St. Viola *giornale arc.* 119 (1858) p. 287.

2 prima littera mihi videbatur esse P, Violae D: tertia mihi videbatur I, Violae L.

3872a effossa Tibure mense Novembr. a. 1844 a dextra Anienis *nel fondo delle monache mantellate* VIOL. In villa Gregoriana MOMMS. Ibi nunc non extat.

...VM · DE · SVA · PECV...

Descripsit Mommsen. St. Viola *decennio* p. 208.

Mommsen ita exhibet una cum tribus fragmentis quas dedi sub n. 3827 tamquam esset quartum fragmentum illius inscriptionis; item cum illa hanc coniungit Viola, sed sibi ipse contrarius est, nam huius fragmenti litteras dicit esse altas m. 0.22, cum illorum trium litterae altae sint m. 0.28; praeterea hanc dicit esse marmoream, n. 3827 autem est ex lapide Tiburtino.

3873 tabula magna marmorea. *Dalli scassi della via Valeria incontro Castel Madama* AMATI. Nunc Romae in museo Lateranensi.

A...
CHI...
MAT...
D · A...
A...
TBO...

Descripsit Michaelis. Amati ms. Vat. 9749 f. 49 a Polettio; Benndorf et Schoene in catal. mus. Lat. p. 494 n. 308 *b*ª.

3874 fragmentum marmoreum Tibure rep. una cum n. 3749, est in curia.

PARENTES INFELICISSIMI
FECERVNT
VIX · ANN · TRIB
MENS · VII
DIEB · XII

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1884 p. 44.

3875 Tibure in pavimento ad S. Silvestrum.

...FATO M...
...INIQVIV...
...ANNIS II...
...IBVS V · D...

Volpi Lat. 10 p. 676 descriptam a Lupio. Vide ne recens fuerit hoc fragmentum.

3876 Tibori in muro prope episcopium.

.....IAM M ·
.....TIS · OPE ·
.....VS VI · R ·

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 204.

3877 basis marmorea. Tibure, *destinata a reggere la mensa dell' altare maggiore della chiesa di S. Giorgio*

MATRI
SAM · EIVS
...CTIONEM

Petrus Rosa *notizie degli scavi* 1881 p. 44.

3878 fragmentum marmoreum rep. una cum n. 3756, est Tibure in curia.

NO PARE
NTES FECE
RVNT

Descripsit Gatti. Fiorelli *notizie degli scavi* 1884 p. 160.

3879 Tibure rep. cum Anio deducitur d. 21 Iul. 1832. Haec fuit prima inscriptionum quas dederunt fossiones tunc institutae.

...MINA CVM QV...
...NIS · XX CONIV...
...MERENTI

Massimo relazione p. 380 n. 1.

1 fin. QVC Mass.

3880 fragmentum tabulae marmoreae, Tibure rep. in operibus Anienis deducendi gratia institutis, est in hortis publicis.

...LIBERTABVS
...
... · XXII

Descripsi. Massimo *relazione* p. 384 n. 33.

3881 fragmentum marmoreum Tibure rep. cum Anio deducitur, extat in hortis publicis muro insertum.

...
TON...

Descripsi. Massimo *relazione* p. 383 n. 22.

3882 fragmentum marmoreum. Tibure rep. cum Anio deducitur, extat in hortis publicis muro insertum.

...OP...

Descripsi. Massimo *relazione* p. 383 n. 16.

3883 Tibure rep. cum Anio deducitur.

...FVRIA....
...D · L....
...AGNI....

S. Viola *cronaca dell' Aniene* p. 130; Massimo *relazione* p. 384 n. 35 iterumque p. 387 n. 58.

1 IVRIA, 3 ACNI Massimo p. 384.

3884 rep. cum Anio deducitur.

Viola:	*Massimo:*
...D.....	.......D
C · TE.....	F...C · TE...
...VF.....	....VI...

S. Viola *cronaca dell' Aniene* p. 130; Massimo *relazione* p. 386 n. 62.

3885 Tibure rep. anno 1838 una cum n. 3618.

..RETIO...
...TANDO
....

St. Viola *decennio* p. 49.

3886 Tibure rep. anno 1836 una cum n. 3616.

....M.......
...LIO · PIO...
....

St. Viola *decennio* p. 49.

3887 rep. cum Anio deducitur.

.....SVI...
...RIO · F · F · F....

S. Viola *cronaca dell' Aniene* p. 129; Massimo *relazione* p. 381 n. 6 iterumque p. 386 n. 18.

1 ...SVI Viola, ...VI Mass. 381, ...V.... Mass. 385. — 2 F·F·I... Viol., F·F·F... Mass. 385, F·F·FII... Mass. 381.

3888 Tibure rep. cum Anio deducitur.

.....LVS...
.....RILIVS...

Massimo *relazione* p. 385 n. 46.

3889 Tibure rep. inter opera Anienis deducendi gratia instituta.

.D......
..IO · M...

Massimo *relazione* p. 384 n. 31.

3890 litteris altis unc. quattuor. Tibure rep. *nel tempio di Ercole* [i. e. ad ecclesiam S. Laurentii], deinde apud St. Violam.

....I......
...INCI.....
...D.......
....

St. Viola *giorn. arc.* 119 (1850) p. 287.

3891 Tibure apud St. Violam.

. . . .
. . . .
. . . VLONAS . . . .
BIDEM PRO . . . .
TLIVS PHYLO . . . . .
. . . .
. . . .

St. Viola giorn. arc. 119 (1850) p. 287.

3892 Tibure apud St. Violam.

. . . .
. . E FILIA . . . .
. . NEMES . . . .
. . QVE VIX . . . .
. . . .

St. Viola giorn. arc. 119 (1850) p. 286.

3893 Tibure apud St. Violam.

. . . NVS - PLA . . .
. . . ATIÆ C . . . .

St. Viola giorn. arc. 119 (1850) p. 297.

3894 Tibure apud St. Violam.

. . . .
. . . .
. . . IVO . . .
. . BILLVS . . .
. . . .

St. Viola giorn. arc. 119 (1850) p. 286. Fortasse non diversa a n. 3848.

3895 fragmentum repertum prope Tibur in villa quam putant Manlii Vopisci, fossionibus institutis a comite Compton.

. . . . ERENTI . . . .

Sebastiani p. 80.

Superesse ex primo inscriptionis versu, itaque non supplendum ...ERENTI, sed ..., vel similiter, adfirmat Sebastiani.

3896 tabula marmorea Tiburi in atrio aedium Boschiarum MAR. Ibi extat.

PARENTI · S · POSVERVNT
PETVLVM · CONTSA
VO · TV ET DOLO · SVO RECEDI
T · COS · ISTILICONIS a. 400

Descripserunt de Rossi, qui edidit inscr. christ. 1 n. 491, et Aug. Wilmanns, vidi ipse. Habet Marini sched. christ. n. 6898a et cod. Vat. 9072 p. 558.

0 M litteras praescribit Marinius cod. Vat. 9072 (non sched. 6898a), easdem pictas vidit de Rossi; nunc illae litterae ne pictae quidem extant. — 2 pro PETVLVM scribendum videtur TITVLVM.

3897 Tiburi GSVT. Cum Gutenstenius, a quo Gruterus Ursinianas suas accepit, non paucas ex eis videatur invenisse sine ulla loci indicatione, fieri potest, ut huic, quemadmodum fecit aliis, indicationem loci adscripserit ex ingenio.

CLODIA · EXVPERIA · SP · F · HIC
POSITA · EST · DIE · KAL · MART

P · C · ITER · ARMATI · V · C · V · a. p. C. 478

Gruter. 1051, 5 'ex Ursinianis'. Aliunde non novimus. Ex Grutero repetiverunt et alii et de Rossi inscr. chr. I n. 868.

3 p(ost) c(onsulatum) iter(um) Armati v(iri) c(larissimi). Significari annum 478 egregie demonstravit Rossius l. c. (p. 385. 386, item p. 382. 383, cf. etiam Mommsen Röm. Forsch. I p. ...). Armatus consul fuerat anno 476 una cum Basilisco; huius interfecti ipsa anno 476 memoria videtur fuisse damnata, anno 477 nulli consules prodierant; anno 478 qui solus proditus erat consul illas kalendis Martiis nondum videtur fuisse Romam vel certe Tibur nuntiatus. — V ... in fine quid significetur, obscurum est; Rossius l. c. non ausus eam reicere vel mutare contendit lapidem in extrema parte fuisse mutilum, et restituendum esse v(ixit annos) vel simile quid.

3898 Tibure in pavimento ecclesiae S. Patri CROCCH., in S. Petri Carmelitarum in gradibus arae maioris, lapis attritu pedum consumptus. Nunc extat tabula marmorea detrita et insuper inlita Tibure in aedibus Boschi.

+ LOCVS LETR CVM FILIIS SVIS PROCLANVM ET GEMMVLVS
HIC SEQVIEXCIT IN PACE
... LOCVM QVEM SIBI CONPARABIRVM IN ORATVRIV
SANCTI ALEXSANDRI QVI SE ANIMAS SVAS HIC CON
MENDABERVM SVB INPERIVM DOMNI ERACLI IMPE
RATORIS PIISSIMI INDICTIONE PRIMA a. 613
HIC SEQVIESCIT IN PACE
. . . .
DITES INCVRSAT IN TIPO SAFFIRE ET IIACC
AS QVI EVM LOCVM SINE PASENTIS
APERVERIT

Descripsi. Suaresius cod. Vat. 9140 f. 203', cod. Barb. 38, 100 epit. Severae p. 24 (inde Murat. 1902, 7); Crocchiante p. 111. sched. Berol.; Marini cod Vat. 9072 p. 551 (sched. christ 367).

8 litteras dimidiatas a plerisque omissas dedi ut excepi; exhibet sic: IAIVORQVISIIDLMQVISI. — 9 in. SITES Lupi et verum prima littera non fuit S, videtur fuisse D; quinta littera hodie maiore ex parte periit, potest fuisse S. — 9 fin. IIACC est, non quod dat Lupius, IVD.

3899 lapis altus palm. 4 latus palm. 2. Rep. in vinea quadam sita ultra Tibur tribus mill. pass. Castel Madama versus, mox venit ... et avectus est Livorno.

protome viri avis
ANTONINVS · BLEGIO
DONAVIT ASCAN
avis

Manus ignota apud Marinium Vat. 91... Ductus infarmes quos exhibet ... ignotus supra et infra inscriptiones.

XXXI. *Corcollo.*

Hic locus situs inter Tibur et Gabios potest fuisse comprehensus territorio Tiburtinorum, sed in re incerta magis placuit titulos ibi repertos proponere separatos a Tiburtinis. Chaupyi coniectura, fuisse ibi oppidum Querquetulanorum, quos memorant Dionysius 5, 61 et Plinius 3, 69, non nititur nisi nominis similitudine.

3900—3902 secundo inde (nempe a loco ubi descripta est inscriptio supra relata n. 6826) miliari, Tibur versus, in ruinis sepulchri ut videtur demoliti MET. *Per la via che divertisce dalla Gabina et va verso la villa di Hadriano fu cavato un sepolchro antico nel quale furono trovate tre statue di marmo, una di donna et due di huomini, nelle basi delli quali erano queste inscrittioni . . . , le quali cose sono state poi portate in una villa quindi vicina chiamato Corchollo, che è del signore di Preneste* LIG. (Neap.). *A Corcollo*, inter Gabios et Tiburtinos, sub Tibure, in sepulchro quodam demolito SMET. (ap. Waelsc.). Duodecimo ab urbe miliari, in agro Tiburtino, bases statuarum tres in ruinis sepulchri demoliti et solo aequati SMET. (cod. Neap.). Romae in vinea card. Carpensis bases marmoreae tres, illuc e vico Corocollo appellato, inter Gabios Tiburtinosque, anno 1549 advectae, e sepulchro magnifico, sed iam demolito SMET. (ed.). — Et n. 3902 vere extitit Romae in vinea card. Carpensis, qua de re cf. ad ipsam; n. 3900 autem et n. 3901 non solum praeter Smetium nemo testatur se vidisse in vinea Carpensi, sed n. 3901 constat ex Corcollo venisse Praeneste, n. 3900 autem videtur esse Romam translata non aetate Smetii, sed multo post, cum Corcollo cum ipsa Praeneste iam esset Barberinorum (i. e. post annum 1630, cf. supra p. 662), destinata ut puto thesauris antiquitatum Barberinianis; nam inde crediderim factum esse quod mutila iam facta legitur in COD. BARB. 30, 92, licet sine loci indicatione, postea pars eius apud Vescovalium descripta est ab AMATIO, nunc eadem extat in repositis musei Lateranensis. — *In Cesarano, dove erano li bagni di Cesare Imp(erato)re* OTTOB. de n. 3900; (Caesonios) 'suos esse cives Tiburtini ex marmorea Caesoniorum mole, quae tertio ab Tibure lapide cis Anienem suo in agro Cesarano extat, contendere non desinunt' NICOD. — Locum non indicat BORGH.

3900

C · CAESONIO · C · F · QVIR · MACRO · RVFINIANO
CONSVLARI · SODALI · AVGVSTALI · COMITI · IMP ·
SEVERI · ALEXANDRI · AVG · CVR · R · P · LANIVINOR · II
PROCOS · PROV · AFRICAE · CVR · AQVAR · ET · MINIC ·
LEG · AVG · PR · PR · GERMAN · SVPERIORIS · CVR · ALVEI
TIBERIS · CVR · R · P · TEANENS · LEG · AVG · PR · PR · PROV ·
LVSITAN · CVR · R · P · TARRACINENS · PROCOS · PROV ·
ACHAIAE · LEG · LEG · VII · CLAVD · CVR · R · P · ASCVLAN
LEG · PROV · ASIAE · PR · LEG · PROV · BAETIC · TRIB · PL
QVAESTORI · PROV · NARBON · TRIB · LEG · I · ADIVTRIC ·
DONATO · DONIS · MILITARIB · A · DIVO · MARCO ·
III · VIR · CAPITALI
PATRI · DVLCISSIMO · ET · INCOMPARABILI
CAESONIVS · LVCILLVS · FILIVS
CONSVLARIS

Descripsit Henzen, vidi ipse, partem superstitem, id est principia vv. 1—12. Integram videntur descripsisse Metellus Vat. 6039 f. 31, a cuius exemplo videtur pendere etiam schedula Panviniana cod. Vat. 6036 f. 66; Ligorius cod. Viscontii f. 14, Neap. lib. 35 p. 214, Taur. vol. 60 f. 79 et vol. 26 f. 136'; auctor ignotus Borghinii ms. p. 139; denique fortasse is a quo pendet cod. Ottobonianus 2970 f. 61', licet scriptor codicis Ottoboniani exemplum passim corruperit. Non descripsit Smetius, qui in cod. Neap. p. 147 (ut fecit constanter in hoc codice) nullum auctorem laudat, in excerptis Waelscapplianis f. 177' citat Ligorium, licet in ed. 67, 6 dicat se vidisse, quod falsum esse evincitur ipsa loci indicatione. Ex Smetianis habuit Manutius orth. 26, 10 (inde, auctore non laudato, Carrio antiquarum lectionum comm. p. 163; Nicodemus p. 106 lib. 4 cap. 10; ex hoc rursus Marzi II p. 237), item ut puto (fortasse per Pighium) Lipsius ms. f. 14; ex Smetio ed. Grut. 381, 4 et Marini Arv. p. 763. In finibus versuum mutilam exhibet manus ignota in cod. Barb. XXX, 92 f. 43. Id quod hodie extat habet Amati ms. Vat. 9745 f. 37. Picta visitur Tibure in aedibus olim Boschi in scalis.

Partis deperditae adscripsi varias lectiones potiores. — 3 LANIVINOR Met. Lig. (Visc.) Smet, LANVVINOR Lig. (Neap.) (Ottobonianus v. 3 partem secundam et v. 4 partem priorem omisit.) — 7 TARRACINENS Metellus et codex Ottob., TARRICINENS Ligorius (Visc.) Smetius cod. Barb. 30, 66, TARRCINENS Ligorius (Neap.) — 13 INCOMPARABILI Metell. Lig. Ottob., INCONPARABILI Smet. — 12 supra I vocabuli VIR apicem exhibent Metellus, Smetius ms. et apud Waelsc., Ligorius, cod. Barb. 30, 92, quem tamen neque ego neque Henzenus observavimus — 15 CONSVLARI Ottob.

Homo praeterea ignotus. — Titulum scriptum esse vivo Severo Alexandro ex vv. 2. 3 colligi posse videtur.

3901 reperta una cum n. 3900, ubi vide, paullo post annum 1630 ut videtur (cf. supra p. 693 not. 1) avecta est Praeneste in hortos Barberinorum. Praeneste *nel casino del principe* ANONYMVS (Vat. 9140), Praeneste *nel giardino baronale* CECC. PETR. MAR. (p. 764); item inter inscriptiones ibi extantes recenset NIBBY *anal.* 6 p. 496. Nunc ibi non extat.

MANILIAE LVCILLAE C F
MATRI · PIISSIMAE · ET
INCOMPARABILI
CAESONIVS · LVCILLVS
V · C · FILIVS

Loco antiquo descripserunt Metellus Vat. 6038 f. 31', a cuius exemplo videtur pendere etiam schedula Panviniana cod. Vat. 6036 f. 111; auctor ignotus Borghinii ms. p. 136; Ligorius cod. Visc. f. 14, Taur. 20 f. 80, a quo puto accepisse Smetium, qui exhibet ms. Neap. p. 147, in excerptis Waelscapplianis f. 177, ubi citat Ligorium, ed. f. 67, 7, ubi dicit se vidisse, cui testimonio errorem subesse indicat falsa loci indicatio ex Smetio ed. Grut. 381, 2). Praeneste descripserunt Anonymus apud Suaresium Vat. 9140 f. 647 (inde Suaresius Praen. ant. p. 92: ex hoc Volpi Lat. 9 p. 162); Cecconi *Palestrina* p. 85; Petrini p. 364, 31, Marini, qui vidit, Arv. p. 793 cf. p. 764.

1 C·F om. Met. Panv. — 2 PISSIMAE Cecc. Petr. Mar. (hic addens 'sic'). — In fine haec addit Suaresius: VIX·ANN·LXVI·M | VII·D·VIII·HOR | VIIII | H·S·E; 'lo che però non poteva essersi come dimostra la cornice che circonda la lapide' Cecconi.

3902 reperta una cum n. 3900, ubi vide, mox avecta est Romam in hortos Carpenses, ubi collocant non solum SMETIVS (ed., non ms. Neap. neque apud Waelsc.), sed etiam TORR. et BOISS., item inter inscriptiones extantes in vinea Carpensi recenset auctor MANVTII (Vat. 5253). Post hos nemo vidit.

L · CAESONIVS · C · FIL · QVIRINA · LVCILLVS
MACER · RVFINIANVS · COS · FRATER · ARVALIS
PRAEF · VRBI · ELECTVS · AD · COGNOSCENDAS · VICE · CAESARIS
COGNITIONES · PROCOS · PROV · AFRICAE · XXVIROS · EX · SENATVS
CONSVLTO · R · P · CVRANDAE · CVRATOR · AQVARVM · ET · MINICIAE
CVR · ALBEI · TYBERIS · ET · CLOACARVM · VRBIS · LEGATVS · PROV ·
AFRICAE · EODEM · TEMPORE · VICE · PROCONSVLIS · CVRATOR · R · P
PVTEOLANORVM · CVRATOR · R · P · SVESSANORVM
PRAETOR · KANDIDATVS · QVAESTOR · KANDIDAT
ELECTVS · IN · FAMILIAM · PATRICIAM · X · VIR
STLITIBVS · IVDICANDIS

Loco antiquo descripserunt Metellus Vat. 6038 f. 31'; auctor ignotus Borghinii p. 148; Ligorius Neap. lib. 38 p. 214, in cod. Visconti II, Taur. vol. 20 f. 79 et vol. 26 f. 25' et 138'; ab hoc puto habuit Smetius cod. Neap. p. 47, cum in excerptis Smetianis Waelscapplii f. 177 laudetur Ligorius ('Pyrrus vidit'), licet ipse Smetius in ed. 67, 8 dicat se vidisse. Romae descriptam referunt manus ignota apud Manutium Vat. 5253 f. 370'. Torrentius Brux. 1347 f. 4 missam ut videtur a Nicolao Florentio; Boissard ms. Holm. p. 56, Paris f. 150, ed. 4, 98; Zaratinus Castellinus cod. Vallic. R 26 p. 251. 267. Referunt praeterea Panvinius Rom. p. 317. 533 hic vv. 1—3 tantum et v. 4 principium, unde eadem repetiit Ligorius Taur. vol. 14 et vol. 17), fast. ad a. 1048, Manutius orth. 25,6; Nicodemus hist. Tib. p. 110 (l. 4 c. 16) citans Manutium; Antonius del Re p. 74; Marzi II p. 238; Kircher Lat. p. 144. 210. Marini Arv. tab. LXII. Orelli n. 3042.

Varias lectiones adscripsi Metelli, Ligorii (cod. Visc. et Neap.), Smetii, Borghinii, Anonymi Manutiani, Torrentii, praeterea selectas Boissardi. 1 C pro L Borgh. Boiss. — CAESONIVS Borgh., sed adnotat 'in exemplo erat CASONIVS'; AFIONIVS Boiss. (ed., non ms. Holm.). — F pro FIL Lig. Borgh. — 2 AIR · RVFINIANVS Boiss. — 3 PRAET Borgh. — VRBS Boiss. (Holm.). — 4 COGNICIONES Lig., COLNITIONES Boiss. (Holm.). — XXVIROS Metell. Lig. Smet. Borgh., XXVIRO Boiss. Torr., RAVIRO Manut.; cf. infra. — SENATV Manut. Boiss. — 5 CONSVLTO · R · P Met. Torr. Lig. Smet. Borgh. ...VIRORP Manut., NORI Boiss. — ET · MINICIAI Lig., FO MINICIAE Manut., EIMINI Boiss. — 6 CVR · ALBEI Metell. Smet., R · IN · ALBEI Lig., LEGAT · ALBEI Borgh., ... ALBEI Manut. Torr., NIS · Boiss. ms., NIET Boiss. ed. — TYBERIS Met. Smet. Torr., TIBERIS Lig. Borgh. Manut. Torr. Boiss. — CLVACARVM Lig. Neap. (non Visc.). — 7 AFRICAE Met. Lig. Smet. Borgh. Boiss., ...ICE Manut., MARR · ET Torr. — EMIORIO (pro TEMPORE · VICE) Manut. — CVRATOR Met. Smet., CVRATORI Ligh. Borgh. Boiss. Torr., CVRATORIS Man. — R · P Met. Lig. Smet. Borgh., RE Boiss., M · P Manut. — 8 PVTEOLANORVM Torr., VSEQLANORVM Borgh., ...LOIANORVN Boiss., TVSCOLANORVM Met. Lig. (Neap.) Smet., TVSCVLANORVM Lig. (Visc., cum quo consentit Waelsc.), ...LIANORVM Manut. — CVRATORI Lig. (Visc.) Borgh. Manut. Boiss. — 9 QVESTOR Manut. — KANDIDATVS Lig. Manut. — 10 LECTVS Torr. Manut. — 11 ET · LITIBVS Boiss., SSTLITIBVS Borgh.

Caesonius Lucillus, qui parentibus posuerat titulos n. 3900. 3901, postea ut videtur, certe post a. 237, sibi ipsi posuit hunc titulum. Quando consul fuerit incertum; non recte olim putabatur non diversus esse a Lucillo consule ordinario a. p. C. 265. Frater Arvalis fuit iam anno p. C. 213, ut apparet ex actis Arvalium eius anni; praeterea memoratur in actis a. 218; et hic et illic appellatur L. Caesonius Lucillus. Vigintivir ex senatus consulto reipublicae curandae, quod munus ex nulla alia inscriptione novimus, fuit Lucillus, ut vidit primus Marinius p. 800, a. p. C. 237, nempe unus ex eis vigintiviris, quos senatus Romanus accepto nuntio Gordianos in Africa imperatores esse appellatos creavit, ut Italiam contra Maximinum tuerentur (vita Gordianorum c. 10 cf. c. 14; Zosimus 1 c. 14; cf. Herodianus 8, 2,5. c. 5,8). XXVIROS, quod bona pars descriptorum tuetur, Henzenus (ad Orell. III p. 264) corrigi iubet in XXVIRCOS, coniciens viginti viros illos proprie dictos esse vigintiviros consulares, ut distinguerentur a magistratibus minoribus eiusdem nominis; Mommseno videtur scriptor dare voluisse inter XX viros. Sed fortasse cum minore parte descriptorum legendum est XXVIRO, et statuendum eum qui hanc inscriptionem dictavit ex casu primo lapsum esse in casum tertium; quae res ei accidisse videtur etiam in v. 7, ubi plerique auctores pro CVRATOR exhibent CVRATORI. In v. 8 quod contra plerosque auctores Lucillum statui fuisse curatorem non Tusculanorum, sed Puteolanorum, factum est propterea quod *Tuscolanus* pro *Tusculanus* non antiquum est sed medii aevi, deinde quod multo saepius coniungi solent curae municipiorum eiusdem regionis, ut fuerunt Suessa et Puteoli, quam regionum diversarum, denique propter quod coniunctionem aliquam huius Caesonii cum Puteolanis etiam alibi mihi reperisse videor. Prodiit ex ecclesia aliqua Neapolitana, sed alias sine dubio ex ruderibus Puteolorum, titulus huius Corp. vol. X n. 1687, quem *L. Caesonio L. f. Quirina Quinto Rufino Manlio Basso clarissimo viro salio Palatino* (reliqua munera enuntiare non attinet) posuit *L. Caesonius Hedylus proc(urator)*, ut appellari voluit, patris eius. Hunc Caesonium L. f. Quirina Manlium Bassum paene certum est fuisse filium eius de quo agimus L. Caesonii C. f. Quirina Lucilli (ad argumenta petita ex nominibus accedit quod etiam Caesonius Manlius Bassus fuit patricius utpote salius Palatinus, Caesonium autem Lucillum fuisse patricium titulus diserte enuntiat). Habuit igitur Caesonius Lucillus Puteolis procuratorem rerum suarum, fortasse quod praedia ibi possidebat, vel quacumque de causa. Crediderim hos Caesonios oriundos fuisse si non ex ipsis Puteolis, sed ex tractu hoc Campaniae, praesertim cum etiam pater Caesonii Lucilli, Caesonius Rufinianus, curator fuerit Teanensium et Tarracinensium.

Ligorius apud Smetium in excerptis Waelscapplianis ait praeter titulos supra relatos prodiisse lapidem altum pal. 4 latum pal. 3½, primum tantum versum legi potuisse, sic: C · CAESONIVS · C · FIL · QVIRINA · LVCILLVS (i. e. n. 3902 v. 1 mutato tantum praenomine), idem in ms. vol. 20 monumento Caesoniorum complures novos a se ipso excogitatos titulos tribuit, quos vide in falsis (unum ex eis repetiverunt post Marinius Arv. p. 753 et Orell. 2195).

3903 *trovata a Corcolle*, adscripsit MARINI.

DIS · MAN
PRAEF · COH
ANNIS · XV
SEI · C · ROM · T
Q · V · MENSIB · III
praef. coh. II · ALPINOR · TR...
MENSIBVS · VI · DIEB
VIXIT · ANNIS · -V
*pro*C · HEREDITAT · ARTIC*ulata*
PARENTES · INFELICISSIMI · SIBI
POSTERIS · QVE · SVORVM · FECERVNT

Manus ignota in folio singulari inter Mariniana Vat. 9127 f. 255.

Hic titulus videtur positus esse a parentibus filiis compluribus: certe anni vel menses vitae non unius hominis in hoc titulo perscripti erant, sed quattuor ut videtur (v. 3. 5. 7. 8). — 2. 3 praefectum alae agentem aetatis annum decimum quartum habuimus supra n. 2847; ceterum hic potest suppleri (v. 3) *annis xv[iii]* vel *xv[iii]*. — 4. 8 exhibui ut traduntur.

3904 *marmo spezzato in mezzo trovato nella tenuta di Corcolle della casa Borghese fra Tivoli e Palestrina.*

DIS MAN
C RVSTI
OIOOORI
POSVIT ...
PATRI
PIISSIMO

Manus ignota apud Feam sched. f. ...
4 partes tantum inferiores singularum videntur superfuisse; in ... exhibetur ...

XXXII. *Lunghezza.*

Sequuntur paucae inscriptiones repertae vel potius olim extantes Lunghezzae; sita autem est Lunghezza prope Anienem novem fere milibus passuum sub Tibure. Antiquorum Collatiam memoratam in historia Tarquiniorum (Liv. 1, 38, ubi dicitur adempta esse Sabinis, et alibi) et praeterea ut coloniam Albanam a Vergilio Aen. 6, 774, denique inter oppida Latii iam nulla a Cicerone de leg. agr. 2, 35, 96 et a Strabone 5 p. 230 et a Plinio h. n. 3, 68 — viam Collatinam memorat Frontinus de aq. c. 5.10, portam Collatinam urbis Romae Paulus Festi p. 37 M.[1]) — ibi fuisse multi voluerunt, non satis idoneis ut mihi videtur docti argumentis.

1) Collatini memorati a Plinio h. n. 3, 135 inter populos regionis Italiae secundae ab his Collatinis diversi fuerint necesse est.

3905 ara marmorea. *Nel castello di Lunghezza* REGGI. Nunc Romae in museo Vaticano (*Chiaramonti* a sinistra).

urceus HERCVLI patera
SACRVM .

Descripsit Henzen huius Corp. vol. VI n. 262. Reggi inter Marinii schedas Vaticanas descriptam d. 28 Iul. 1773.

3906 Lunghiza GRVT. — Locum non indicat VICT.

C · APIDIVS · P · F · QVI · SASSVS · PRIM
LEG · XI · VIII · VIR · AMITERNI
EX TESTAMENTO · FACTVM · PRAETER · LOCVM · M · S · C ·
ARBITRATV
5 Q · ORFI · Q · F · QVI · FLACCI · CASSI · ET
Q · PORCI · Q · F · SERG · SABINI · ET
HYGINI · L ·

Victorius cod. Monac. f. 5'; Grut. 1168, 4 e schedis Pighii.

1 Q (pro QVI) Vict. — 2 numeros lineolis distinxit Vict., non Grut. — AMITERN Grut. — 3 fin. scr. MS·C. — 7 NYGMI Vict.

Q. Orfius Q. f. Flaccus Caesius redit in titulo Amiternino huius Corp. vol. IX n. 4197.

3907 cippus marmoreus. *Nel castello di Lunghezza* REGGI. Nunc (vel certe a. 1876) Romae in interiore cavaedio domus Strozza, *via de' Cesari*.

laurus cum avibus M IVLIO laurus cum avibus
SATVRNINO
DELICIO
aquila

Descripserunt Gatti et Kluegmann. Reggi inter Marini schedas Vaticanas descriptam d. 28 Iul. 1773.

1 dedi ut excepit Gattius; M IVLIO Kluegm., TI·IVLIO Reggi fortasse recte.

XXXIII. AQVAE ALBVLAE.

Fontes sulfurati qui erumpunt a sinistra viae, qua hodie Roma Tibur iter faciunt, a Romanis dicebantur aquae Albulae (sic plerumque Latini, inscriptiones quoque n. 3534. 3268 seq.; Strabo 5 p. 283 τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ὕδατα; Galenos 10 p. 536 K. τὰ στυπτηριώδη ὕδατα ἃ καλοῦσιν Ἄλβουλα, similiter 11 p. 393; *Albula* singulari numero est apud Statium silv. 1, 3, 75 et apud Martialem 1, 12. 2, *flumen Albula* apud Vitruvium 8, 3, 2, ubi fortasse significatur rivus quo fontes illi in Anienem erogabantur; *Albuleus gurges* est in carmine n. 3911). Saepe memorantur a scriptoribus aetatis imperatoriae, indicantur etiam in tabula Peutingerana (unde adsunt etiam apud Anonymum Ravennatem) inter Romam et Tibur XVI millibus passuum a Roma, sed is numerus vero paulo maior est (numerus intervalli a Tibure excidit). Vulneribus putabantur mederi, testibus Plinio h. n. 31, 10 et Galeno de medicam. temperamentis (vol. 11 p. 393 K.), quibus accedit inscriptio n. 3911, dedicata a nescio quo numini ipsarum aquarum (certe is qui dedicat alloquitur *Lymfam*) post vulnus quod ictu apri acceperat sanatum; praeterea aquis Albulis propter similes sine dubio causas dedicatae sunt n. 3908—3910. Usus est aquis Albulis Augustus (Suet. Aug. c. 82), Nero aquam inde petitam in domo sua aurea fluere voluit (Suet. Ner. 31). — Aedem vel aram Matris deum fuisse ad aquas Albulas testatur titulus n. 3534 quem posuit C. Iulius Proculus *sacerdos m(atris) d(eum) m(agnae) Id(aeae) ad aquas Albulas*. Quod autem hic titulus Tibure positus est (nam ex aquis Albulis eum Tibur adlatum esse parum est verisimile), inde fortasse colligi potest, aquas Albulas fuisse comprehensas territorio Tiburtinorum, a quorum moenibus ceteroquin non absunt plus quinque millibus passuum.

Ceterum aquas Albulas videtur in mente habuisse etiam Vergilius Aen. 7, 81 seq., cum oraculum Fauni, a quo Latinum suam facit responsa petentem, collocavit in luco *sub alta Albunea, nemorum quae maxima sacro fonte sonat saevamque exhalat opaca mefitim*. Iure haec verba interpretes torserunt; neque ego ea plane intellego[1]. Sed cum constet significari his verbis fontem aliquem sulfureum, sit autem in Latio notissimus fons sulfureus aquarum Albularum isque non longe a Tibure, ubi ipsam illam Albuneam pro numine fatidico cultam esse ex Varrone apud Lactantium (cf. supra p. 368) scimus, probabile est Vergilium aut respexisse lucum aliquem Albuneae sacrum situm ad aquas Albulas[2], aut sibi finxisse, fuisse ibi aliquando talem lucum. Ipsum nomen aquarum Albularum num coniunctum sit cum nomine deae Albuneae, ego non definio[3]; sed Vergilium vel auctorem aliquem quem secutus est Vergilius haec nominum similitudo movere potuit ut aquis Albulis deam Tiburtium Albuneam pro numine attribueret.

Adieci inscriptionibus repertis ad ipsas aquas Albulas (n. 3908—3912) nonnullas repertas prope aquas Albulas ad viam Tiburtinam et in via Tiburtina Romam versus (n. 3913—3918, quarum pars certe fortasse eodem iure inter sepulcrales urbis Romae edi potuit atque inter agri Tiburtini.

1) Non magis ea intellexit Vergilii commentator Servius qui haec adscripsit: *Sub Albunea, in Albunea. Alta, quia est in Tiburtinis altissimis montibus. Et Albunea dicta est ab aquae qualitate, quae in illo fonte est, unde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt. Sciendum sane unum nomen esse fontis et silvae.*

2) Nibbyus cum antea (*viaggio* 1 p. 189) communem doctorum opinionem secutus esset, postea (*anal.* 3 p. 182) coniecit significari a Vergilio locum situm ad viam Ardeatinam XVI fere mill. a Roma hodie dictum la *Solfarata* vel la *Solfaratella*, ubi et solum plenum est sulfuris et ubi fuisse olim lacum sulfureum idem ex diversis causis collegit. Cui coniecturae ne per se quidem satis probabili obstat quod propriam Tiburtium deam Albuneam fuisse Varro et Horatius (supra p. 368) aperte indicant.

3) A colore aquis Albulis nomen inditum esse (cf. Pausanias 4, 35, 10 Ῥωμαίοις ὑπὲρ τὴν πόλιν, διαβᾶσιν τὸν Ἄνιον ὀνομαζόμενον ποταμόν, ὕδωρ λευκόν ἐστιν, quo ipsae aquae Albulae significantur), videntur coniecisse quidam veterum, unde ad ipsam Albuneam hoc veriloquium refert Servius (not. 1). — Ceterum notum est etiam Tiberino amni secundum nonnullos olim fuisse nomen Albulae.

3908 ara. Rep. a. 1736 ad aquas Albulas (*in oggi la Solfatura o Aqua Solfa* VVLPI).

aquis a|LBVLIS DD
c|ELADVS AVG · L

Vulpi *dissert. accadem. di Cortona* 2 (1738) p. 181, Bevillas sched. Berol., item in topographia agri Tiburtini: Giorgi sched. Casanat. bis manu aliena: Ficoroni misit Gorio cod. Marucell. A 6 f. 467, idem edidit *memorie di Labico* (1745) p. 37 (e Ficoronio Mur. 88, 1).

1 |LBVLIS Bev., |BVLIS Vulp. Giorg. Ficor. (Maruc.), ALBVLIS Fic. (mem.). — 2 CELADVS Fic. (mem.), |ELADIVS Giorg. altero exemplo.

9 fortasse Celadus Augustae (Liviae) libertus, de quo supra ad n. 3524.

3909 *pezzo di colonnetta di marmo* COD. BARB. 30, 148; columna MALV., columella MAR., pyramis marmorea HOLST. (epist.) REIN. Romae *in casa del sig. Clemente scultore* BARB. 30, 148. Nuper Romae reperta, extat apud cardinalem Barberinum HOLST. Apud sculptorem aedium Barberinarum SPON. Apud cardinalem Franc. Barberinum REINES. Penes Barberinos MALV. Apud arch(iepiscopum) Petr(ensem) MAR. Apud Pigliarinum FEA. — Non vere repertam esse Romae, sed ab aquis Albulis eo adlatam apparet. — S. l. BARB. 30, 20 et GHEZZI.

AQVÍS · ALBVLIS
SANCTISSIMIS
VLPIA · ATHENAIS
GLYPTI · AVG
LIB · AB · EPISTV
LIS · V S O R
LIBENS
D · D

Exhibent primi codices Barberiniani XXIX, 148 (inde puto aliqua citavit Marinius Vat. 9118, 20, 2) et XXIX, 20 f. 30 manu fortasse Holstenii, qui principium refert in epistula ad Io. Rhodium scripta a. 1632 (edita apud Ursatum monum. Patav. p. 351), integram inscriptionem ad Cluver. p. 131, Reinesius 1, 186 citans Holstenium, addens Langermannum quoque vidisse; 'e schedis Barberinis' Fabrettus 439, 8 (inde Vulpi 10 p. 169. Orelli 1641) profert exemplum paulo diversum ab eis quae reperiuntur in schedis Barberinis nunc superstitibus. Postea integram descripserunt Sponius ignotorum deor. arae p. 26, misc. p. 95; item de visu Malvasia p. 165/6. Solos vv. 1—4 descripserunt Ghezzi ms. Angelic.: Marini ms. Vat. 9126 f. 229, ignotus apud Feam ms. f. 139.

1 I longam notaverunt Ghezzi et Fea. — 2 SANTISSIMIS Ghezzi. — 4 GLYPTI Ghezz. Mar. Fea, G·LYPTI voluit scriptor cod. Barb. XXIX, 148 (inde puto C·LYPU citavit Marini Vat. 9118), GLYPTS Barb. XXIX, 20, C·LVPII Holst. ad Cluv., C·LVPTO Malv., CLAVD., Spon, C·VLPII Rein., M·VLPII Fabr. — 4. 5 in unum versum contrahit Malv. — 5 in lacuna om. Barb. XXIX, 20, item omittit nec notat lacunam Spon. — 5. 6 EPISTVL LIS Malv., EPISTO|LIS Rein. — 8 om. Spon.

3910 rep. ad aquas Albulas anno 1736.

AQVIS ALBVLIS · SAn
C · VMBREIVS · LAVICANu
PRO SAL · S · V · L · S · M

Ficoronius misit Gorio cod. Marucell. A 4 item a Ficoronio acceptam (non EX Ficoronio, ut ait) edidit Murat. 88, 3 (ex hoc repetivit ipse Ficoronius in libro edito anno 1745 *memorie di Labico* p. 37). Orelli 1642.

Vv. 1. 2 etiam in principio mutilos fuisse significat Ficoronius in codice Marucell.; vv. 2 3 in tres distribuit Murat.

Suspicionem movet quod nos viderunt ei qui n. 3908. 3912 eodem loco eodemque fere tempore effossas exhibent; ac valde vereor ne quis Ficoronio origine ut ipse voluit Labicano — nam patriam suam *Lugnano* veteres esse Labicos sine dubio aliquot annis ante editum librum *memorie di Labico*, de quo dixi supra p. 173, apud se statuerat — hac fraude imposuerit.

3911 tabula marmorea stilo titubante inscripta. *Trovata a Tivoli alle Solfatara l'anno 1733, appresso Mons(ignor) Furietti in oggi Cardinale* VENVTI (Vat. f. 87). Hoc magis verum videtur quam id quod scribit PIRANESI, repertam esse Tibure *presso della grotta di Nettuno*. — In museo Borgiano MAR. Nunc in museo Neapolitano.

ex opere anaglypho supersunt equi pedes quattuor

DEBILIS AI BVLEO STETERAT QVI GVRGITI SAMIS
ARTICVLVM MEDICIS VT TENVÀRET ÀQVIS
DENTE QVOD AETRVSCO TERGEBÀT SAVCIVS APRO
ET RVSSELLANO FORTE SOLVTVS ERAT
HINC GIACIVSVBI IÀNNERVI TENVISQVE CICÀTRIX
ET CELER ACCEPTO CVRRERE COEPIT ECVS
DAT TIBI PRO MERITIS SEATDEMARMORE BONVM
QVA MEDIA GAYDES LYMFA RVBIRE VIAM
TIBVRIS AOVERSAE ODMINVS QVA DESPICIT ÀEDEM
FRONTIBVS ET PICIIS AELIA VILIA VIDET

Descripsi. Piranesi *raccolta de' tempj antichi* p. 20. Venuti in schedis Guarneria litt. F f. 282 seq. ter templavit, quartum exemplum legitur ibidem manu ignota (eadem exempla extant cod. Vat. 7935 f. 78'. 79. 67. 98') Marini Arv. p. 393; Guarini comm. XIIX, schediasmata varia epigraphica (1843) p. 39, Mommsen inscr. Neap. n. 7146; Fiorelli cat. mus. Neap. n. 11. Tractavit praeter alios Clemens Cardinali in ephemeride mihi non visa *giornale enciclopedico di Napoli* 1818 n. 5, item *giorn. arc.* vol. 69 (1836) p. 114, qui laudat exemplum libri Mariniani de Arvalibus ab ipso Marinio adnotatum.

1 fin. *gurgite summo* edidit Piran. — 5 quinta littera plerisque visa est esse C, mihi magis videbatur esse G. — IANNERVI ego, adnotans tertiam litteram magis N videri quam M, IANMERVI etiam Fiorelli, IAMNERVI Momms. cum Marinio. Reliqua varia lectio ad textum constituendum nullius momenti est.

Addidi qualem rogati a Mommseno olim constituerunt Hauptius et Lachmannus:

Debilis Albuleo steterat qui gurgite Somis,
Articulum medicis ut tenuaret aquis
(Dente quod Aetrusco turgebat saucius, apro
Et Russellano forte solutus erat),
Hinc graciles ubi iam nervi tenuisque cicatrix
Et celer accepto currere coepit ecus,
Dat tibi pro meritis semet de marmore donum
Qua mediam gaudes, Lymfa, subire viam.
Tiburis adversae dominus qua despicit aedem,
Frontibus et pictis Aelia villa nitet.

In his v. 5 *graciles* venit ab Hauptio, v. 7 *semet* a Lachmanno (*sibi* Piranesius), v. 10 *nitet* (pro VIDET) a Guarinio; v. 3. 4 et *quod apro Russellano solutus erat* iungendum esse, v. 6 ad *accepto* cogitatione supplendum esse *sessore*, 9 *Tiburis dominum* intellegi Herculem ait Hauptius.

3912 cippus. Rep. una cum n. 3908.

C · CLAVDIVS
TI F QVIR
SEVERVS
urceus ////////// patera
//////////
//////////

Vulpi *dissert. accad. di Cortona* 2 (1736) p. 181, Revillas sched. Berol. bis, item in topographia agri Tiburtini, Giorgi sched. Casanat. descriptam a Geoaroso Pacifici iterumque diverse in scheda anonyma; Ficoroni misit Gorio cod. Marucell. A 6 f. 467' et 468', ab eodem Murator. 88, 2.

2 QVIR vocabulum evanidum fuisse significant Revillas altero loco et Pacifici ap. Giorg., OVF exhibet Giorgi (II), quam lectionem novit etiam Vulpius, sed reiecit (*alcuni hanno dubitato, che invece di* QVIR, *che per altro è chiarissimo, non abbia il cippo* OVF.... *Ma la nostra lezzione è certissima, e dal comune degl' oculati eruditi che la confermarono co' gl' occhi propri approvata*). — 4—6 recte legi non potuerunt; '*chi pensò leggervisi* TRIBVNVS AD CVRAM *ecc., chi* ALBVLIS DEDICAVIT; *ma tutti indovinando più tosto, che leggendo veri caratteri per essere le lettere di tali linee di disperata e deplorata lezzione; tanto son rose e disfigurate dal tartaro*' Vulp.; TR...V...V.. | ALBV...A... | SEX......... exhibet Pacif. apud Giorgium, solum ALBVL vocabulum in v. 5 habent Rev. I (sed evanidum esse significans) et in top., Giorgi (II), Ficoronius, ne id quidem enotavit Revillas II.

3913 in septo principis praefecti [significatur Thaddaeus Barberinus Urbani VIII fratris filius, princeps Praenestinus] ad viam Tiburtinam XIV lap. ab urbe.

POTHVMENVS
P · FOLI · PELOpis · SER
EX · VISO · POSVIT

Donius cl. 1,128 (inde Mur 140, 4), cui dedit L. Holstenius.

2 PELORIS traditur.

3914 ad cauponam vocatam vulgo *al Martellone* secus viam quae Tibur ducit GORI. *Murata in un casale detto Martellone al XII miglio della via tiburtina* AMAT. Ibi extat.

D · M · S
C · FAB RVFINVS
IVCILLVS · C · F
VIXIT · ANN · III
MENS · II DIES · XI

Descripserunt Detlefsen et O. Hirschfeld. Gori in cod. Marucell. A 6 ex epistula Bottarii scripta Romae d. 27 Iun. 1733. Revillas sched. Berol. Vulpi *saggi dell' accad. di Cortona* 2 p. 182 descriptam a Lesleo (inde Mur. 1673, 2), Marini Vat. 9127 f. 252' descriptam a d'Agincourt, Amati Vat. 2756 f. 17 descriptam a Polettio, Promis *Albo Fuc.* p. 25; Lanciani *bull. dell' Inst.* 1878 p. 45.

5 DIES Detl. Hirschf., DIEB Lanciani cum plerisque prioribus.

3915 lapis erutus anno 1737 inter fodiendum Maffeiorum fundum circa S. Symphorosae templi ruinas VVLPI p. 568, iuxta decimum Tiburtinae viae lapidem prope dirutam S. Symphorosae aedem IDEM p. 657. Rep. ad Romam in praedio com. Rolandini Maffei, inde in museo Veronensi MAFF. Ibi extat.

DIS · MANIB
TI · CLAVD · ALCIMVS · FEC
SE · VIVO · SIBI ET CORNE
LIÁE SYMPHERVSÁE · CON
TVBERNALI · CARISSIMÁE
ET CLAVDIÁE · PRIMITIVÁE
FILIÁE SVÁE · ET SVIS
POSTERISQVE EORVM

Descripsit Mommsen. Vulpi Lat. 10 p. 568, 657 acceptam a Maffeio domino fundi in quo lapis repertus esse dicitur; Maffei mus. Ver. 153, 1; cod. Paris suppl. Gr. 382 f. 303; Orti *sopra lap. scop. nel* 1825 (Verona 1826), p. 8.

3916 fragmentum lapidis *in una maceria al XII miglio della via tiburtina* LANC.

D · HERE*nnio*
D · F
HERENN*ius*
MAX

Descripserunt de Rossi et Mommsen. Promis *Albo Fuc.* p. 26; Lanciani ann. inst. arch. 1869 p. 192.

Promis exhibet sic: D · HERENNIO | D · F | HERENNIVS | MAXIMVS, addens inscriptionem legi et in cippo (alto m. 1,635) et in epistylio marmoreo (alto m. 0,638).

3917 cippus marmoreus repertus via Tiburtina lapide ab urbe XIV in fundo *Martellone*.

IVLIAE PROCVLAE
TI · IVLIVS
SATVRNINVS
CONIVGI
SANCTISSIMAE

Armellini *cronachetta* 1883 p. 155.

3918 *Martellone, a Tivoli* OTTOB.; in via Tiburtina TICINENSIS; via Tiburtina ad Anienem, prope castrum GRVT.; via Tiburtina prope Anienem ad quoddam diversorium DONI (Barb. 198). — S. l. DEL RE et DONI (Barb. 253 et Vat.)

STATILIAE
SP · FIL
PRISCILLAE
ET · STATILIAE
SP · FIL
FORTVNATAE

Anonymus in additamentis ad Mazochii exemplum bibliothecae Ticinensis (XIV Q, 20); cod. Ottob. 2270 f. 22; Gruter 923, 11 a Sculteto, qui vidit, sed solos vv. 1—3 (inde Nibby *viaggio* 1 p. 104), Antonius del Re ms. Barb. in schedula solitaria; Donius cod. Barb. p. 198 descriptam, ut ait, a Suaresio, praeterea cod. Barb. p. 253 et cod. Vat. 7113 f. 3; Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 42 vv. 1—3 e Grutero, sed dicit se vidisse, addidit vv. 4—6, quos negat se vidisse, nescio unde petitos.

1 SP·STATILIAE, 2 F (pro FIL) Ticinensis. — 3 PRISCILLIAE Ottob., PRISCILLA del Re et Don. (Barb. 253 et Vat.). — 4 F·T Doni. — SP·STATILIAE Ticinensis, STATILIA del Re, STATIL Doni, STANI Ottob., STATILIAE Sebastiani. — 5 S·P Doni (Barb. 253 et Vat.). — F (pro FIL) Ticinensis, T·F Doni. — 6 FORTVNATAE Ticinensis, FORTVNAE Ottob. Sebast., FORTVNA del Re et Doni.

XXXIV. *Monticelli. S. Angelo in Capoccia. Stazzano. Castel Chiodato.*

Continentur hoc capite inscriptiones repertae inter Tibur et Nomentum Sabinos versus in collibus ubi hodie sunt oppidula Monticelli S. Angelo in Capoccia Castel Chiodato, item in vico Stazzano prope Palombaram (inscriptiones ipsi oppido Palombara adtributas vide in falsis). Monticelli propter vicinitatem crediderim comprehensum fuisse territorio Tiburtinorum; de inscriptione n. 3921 cf. ad ipsam. Ibi ubi est Stazzano fuisse pagum aliquem cum praefectis non satis certa ratione ex n. 3922 collegeris.

3919 Monticelli rep. anno 1843 MELCH.

D M
M · MVNI · LOLLIANI
EQVO · PVBLICO · ORNATI
QVI · VIXIT · ANNIS · XIII ·
5 MENSIB · III · DIEB · XXVI
M · MVNIVS · HIEROCLES
PATER · DVLCISSIMO
FILIO

Melchiorri ms. (ad exemplum suum voluminis Kellermanniani de vigilibus).

3920 rep. a. 1844 *nel territorio di Monticelli al colle Cerino, quarto del Cupo, in un fondo del sig. Arcangelo Maria Santavelli*, deinde Tibure apud Violam.

IVLIAE · NEBRIDI
FELIX · TI · CLAVDII
CAESARIS · AVGVSTI
DISPENS · FABIANVS
5 CONTVBERN · OPTVME
SECA · ES · MERITAE
POSTERISQVE · EIVS · FECIT

St. Viola *giornale arcad.* 118 (1899) p. 299.

3921 prodiisse dicitur anno 1853 in oppido Monticelli, *estratto dal muro della chiesa parrochiale di S. Antonino.* Nunc Romae apud I. B. Rossium.

VS · ORDO · DEC ·
MOENIENSIVM · S
M · SVA · PEC · POS
EN · STATVAE · MV
...

Descripsit de Rossi, ipse vidi ectypum.

Moenienses nullos novimus praeter Castrimoenienses agri Albani, unde dedi hanc supra n. 2473 suspicatus translatam eam esse in oppidum Monticelli ex agro Albano. Ceterum etiam si certo constaret hanc inscriptionem antiquitus stetisse ibi ubi hodie est Monticelli, nequaquam inde deducerem, fuisse ibi rempublicam aliquam . . . moeniensium praeterea ignotam.

3922 rep. anno circiter 1855 *nel territorio di Monticelli, sul colle sopra Casal Battista.*

PORC
PO
qVI VIXIt
PORCIVS
5 fLaVIA · ARR
maXIMILLA
DVLCISS
eT SVIS LIB

Hieronymus Amati communicavit cum Rossio (ε. 1989) excerptam ex epistula accepta a Cerasoli quodam.

Fractam fuisse non traditur.

3923 rep. 1813 in agro civitatis Monticelli (*contrada Colliagrasso, quarto delle mole*), inde translata in fundum quendam vicinum Vincentii Sinibaldi.

D · M ·
T · SENPRONIO
VALERIANO
VIX · ANN · I
5 MENS · XI
DIEB · XXIII
PARENTES

St. Viola *giornale arc.* 119 (1950) p. 307 descriptam a Rusconio.

3924 area parva. Rep. *nel territorio di Monticelli* VIOLA; rep. *presso la via Palombarsa a 48 chilometri circa da Roma in un terreno chiamato colle Cervino* ARN.

DIS MANIBVS
TVRRANIAE
PHILIPPAR · Q
TVRRANIVS
5 CALLISTVS
CONIVGI · PISSINAE

St. Viola misit Henzeno epistula data d. 19 Mart. 1849; Armellini *cronichetta mensuale* 1880 p. 95.

3 Q om., 5 CALISTVS Viol. — I longas dedi ex Viola.

3925 rep. a. 1844 in agro civitatis Monticelli in loco cui nomen *colle Cerrino, quarto del Cupo*, a domino dono datum Violae.

VETVRIA · D · ET · Ↄ · L ·
SYNESIS · MONVMENTVM
FECIT · SIBI · ET · COLLIBERTO
SVO · D · VETVRIO MAHENI
5 ET · O · VETVRIO DIOPHANI

St. Viola *giornale arc.* 119 (1850) p. 278.

3926/7 litteris malis. Rep. a. 1845 in pago S. Angelo in Capoccia, 9 m. p. a Tibure, deinde Tibure apud St. Violam.

V A L E R I
N E T T I
MARTIALIS
VIX · ANN · VI
5 M I N E · VI
DIEB · XVIII
NETTIA · VALE
RIA · FIL · FEC

St. Viola *giornale arcad.* 119 (1858) p. 171.

3928 *in Rotavella presso Palombara* RICCY (qui locus distat a Palombara duobus milibus pass. septentriones versus, cf. Nibby *analisi* 2 p. 394).

DIANAI · ROTANAI
C · CLAVDIVS
C · F · SER · N · LEM

Riccy *pago Lemonio* (1802) app. p. 40 (inde Henzen syll. n. 5710) descriptam ut dicit a canonico Lopez della Barrera et a Balleria, communicatam autem cum Marinio anno 1768.

Admodum suspecta, Riccyum a fingendis inscriptionibus non plane abstinuisse supra p. 317 adnotavi; huic tamen sinceri aliquid subesse puto.

3929 Stazzani (prope Palombaram) (inde Palombarae AMAT., errore) *casa Attilj ogg. Ferretti* MART., *nel cortile de' Ferretti* MAROCC. Quaesivi eo loco, nec tamen inveni, sed ablatam puto aut pessumdatam.

L · F VEL · FE
BIS · PRAEF
ALBIAE · L · L · SA

Amati ms. Vat. 2739 f. 19 a Ferrettio (L. e domino lapidis); Martelli *antichità de' Sicoli* 2 (1830) p. 179 n. 64; Marocco mon. 9 p. 131.

1 L·FVEL·FI· Amat., L·FVEL·F·L· Marocc., L·FVELVIVS Martelli. — 3 ALBIAE·L·L·S·A Amat. et Martelli, ALBIAELISA Marocco.

Fractam esse non traditur: videtur autem in v. 1 fuisse ad hunc modum [L. Titius L. f.] Vel. Fe[lix], v. 2 enuntiatus fuisse honor quo ille bis functus erat.

3930/1 Castelchiodato *nella chiesa parochiale nella tazza dell' acqua santa* SPER. Frustra quaesivi.

P · FLAVIVS VRBANVS

Sperandio *Sabina* p. 417.

XXXV. *Monte Rotondo.*

Monte Rotondo oppidum successisse in locum Ereti Sabinorum vici memorati a Vergilio Aen. 7,711 et Livio 3,29. 29. 42; 29, 11. 23 et Dionysio 3,32. 4,3 et 54. 9,49. 11,3 et Valerio Maximo 2,4,4 et a Strabone 9 p. 228. 238 et in itinerariis multi crediderunt saeculis superioribus [1]) (unde etiam auctoribus quibus inscriptiones infra editas debemus Monte Rotondo saepe dicitur Eretum), sed falso, ut intellexerunt et alii et Nibby *anal.* 2 p. 146, nequaquam enim conveniunt quae de situ Ereti tradunt Strabo l. c. et Dionysius 11,3 et itineraria. Potest collis in quo est Monte Rotondo comprehensus fuisse territorio Nomentanorum, a quorum urbe abest passibus circiter MD.

[1] Primus quantum scio falsam hanc opinionem protulit Raph. Volaterranus comm. urb. lib. VI (f. 76 ed. 1506) *Eretum oppidum nunc Mons Eretundus.*

3932 extra oppidum Montis Rotundi apud sodales Franciscanos METELLVS f. 18, Ereti [corr. ex 'Hereti'] apud sodales Franciscanos METELL. f. 21; *a Monte Rotondo* MANVT. — Sine loco GRVT.

Q · CANVSIVS
PRAENESTINVS
MACESIAM · ST · OL
LAGIA · LIBERTIS
5 LIBERTABVSQVE
SVIS · FECIT

Manutius cod. Vat. 9237 f. 458'; Metellus cod. Vat. 6038 f. 19 et denuo f. 21 (ex hoc opinor Grut. 935, 9 'ex schedis Ant. Augustini'; ex Grutero Fabretti 13, 60; Vulpi Lat. 9 p. 48; Petrini Praen. p. 329, 14).

Vv. paullo aliter divisit Met. 24. — 5 LIBERTABVSQ Met. 21.

Q. Canusius Praenestinus fuit consul suffectus sub Pio (circa annum 157) teste tabula honestae missionis huius Corp. vol. III p. 882 (Henzen syll. n. 6858 a); eiusdem ut videtur nomen legitur in fistula plumbea reperta Romae in monte Esquilino (apud Lancianium syll. epigr. aq. n. 41) et in tegulis repertis in urbe Roma (apud Marinium syll. n. 658. 892) et in marmore rudi (apud Bruzzam ann. inst. 1870 p. 188 n. 239). Praeterea Canusii Praenestini nomen Pratillius intrusit in titulum quem ipse excogitavit huius Corp. vol. X n. 322*.

3933 Ereti [corr. ex: Hereti] apud sodales Franciscanos.

DIS MANIBVS
Q · CASSIO PHAEBO
PACXEA ZOE CONTVBER
NALI SVO FECIT ·

Metellus cod. Vat. 9038 f. 21.
2 scr. PHOEBO, 3 scr. PACCIA.

3934 *a Monte Rotondo, in un cippo posto per terra avanti la chiesa di S. Ilario; si vede che il cippo è stato ivi trasportato da altro luogo* GIORGI; *sull' angolo esterno della chiesa parrochiale di S. Ilario* AMATI (ap. Mar.), similiter RELIQVI. Ego frustra quaesivi. — Inscriptionem in duobus lateribus repetitam esse ait GIORGI, in tribus lateribus AMATI (ap. Mar.)

DIS MANIB
COCCEIAE
IVSTAE
NICOLAVS ET
5 PANNYCHIS
PARENTES FILIAE
PIISSIMAE

Giorgi sched. Casanat., qui descripsit d. 10 Mart. 1734; Sperandio Sabina p. 424; Marini ms. Vat. 9123 f. 88 descriptam ut dicit ab Amatio anno 1807; paullo aliter ipse Amati ms. Vat. 9774 f. 29'; Guattani monumenti Sabini 2 (1828) p. 354. Nibby *analisi* II p. 362.

1 MANIBVS Sper. — 2 COCCIAE Giorgi. — 4 ET om. Sper. — 5 PANNVCHI Guatt., PANNYCHII Sper., PANYCHIS Giorgi. — 7 om. Amati Vat. 9774 (non apud Marinium); PI·ISSIMAE cum puncto Nibby. — Sperandio versus continuat.

3935 Ereti in marmorea tabella apud d. Tarquinium Pianezzam SVAR. f. 316' (rep. una cum n. 3936 et 3939 in vinea d. Tarquinii Pianetis de Monterotundo, ubi sunt ruinae conventus canonicorum regularium et superest ecclesia S. Restituti, legitur manu amanuensis Suaresiani in f. 319'); in aedibus d. Tarquinii Pianezzi SVAR. f. 99. Locum non adnotant COD. BASB. et GVDIVS. — Romae in vinea Pianezza MARINI, errore.

D · M ·
T · FL · AVGG · LIBERT
MARCIONI · T · FL
AVGG · LIBERT
5 ZOSIMVS · CONLI
BERTO · B · M · F

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 316'; manus ignota apud eundem cod. cit. f. 99; cod. Barb. 29, 26 f. 23, hi tres ad idem sine dubio exemplum; neque aliunde puto Gudius ms. 131, 1, ed. 197, 9, licet editor adscripserit 'vidit ac descripsit Gudius'. Marini Arv. p. 143 ex schedis Suaresii.

3936 litteris magnis Monte Rotondo *nel pavimento della chiesa de' Conventuali fuori del castello.*

PONTE I
PIIS *uim...*

Amati ms. Vat. 9774 f. 29'.

3937 in agro Eretino in diversorio vulgo *le Capannole* passibus MD ab Ereto MAS.; prope Monte Rotondo, *nella osteria della famiglia Mei sulla strada consolare* SPER.

D M
TI · IVLIO ROMAN
PIENTISSIMO IVLIA
FAVSTA VXOR

Marini ms. Vat. descriptam a Iovinalio, Sperandio Sabina p. 422.
Versus continuat Sper. — 1 om. Iov. — 2 ROM at..., 3 IVLIO Sper.

3938 cippus Ereti in vinea Tarquinii Pianezza (cf. ad n. 3935) SVAR.; Monte Rotondo nella vigna *Amicis vicina ai Capuccini* MAR.; in vinea Cristaldi GVATT. NIBBY; *addossato al casino già del card. Cristaldi, poi Vitelli, ora de' padri crociferi de' santi Vincenzo ed Anastasio di Roma* GORI. Eodem loco hodie quoque extat.

D · M
IVLIAE · FORTVNA
TAE · M · IVLIVS
MARTIALIS · FILIAE
DVLCISSIMAE
QVAE · VIX · ANN · VII
MENS · III
FECIT

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 316; Anonymus apud Marinium Vat. 9127 f. 251; Sperandio *Sabina* p. 121; Guattani mon. *Sabini* 2 p. 353; Nibby *analisi* 2 p. 363; F. Gori *giornale* arc. vol. 174 (1862) p. 285 (*dal Ponte Salario di Roma a Fidene* p. 63).

Auctores consentiunt, nisi quod 1 D·M omittit Sperandio, idem et Guattani et Nibby versus continuant.

3939 cippus Monterotondo, ibi ubi n. 3934.

D · M ·
POMPONIAE
APHRODISIAE
TI · CLAVDIVS
ATIMETVS
CONIVGI BENE
MERENTI

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 316, Guattani monum. Sabini II p. 354; Nibby analisi 2 p. 384; F. Gori *Giornale* arc. vol. 174 p. 286 (*dal Ponte Salario di Roma a Fidene* p. 64).

Vv. aliter dividunt Guatt. et Nibby. — 5 ATIMITVS Guatt.

3940 tabula marmorea fracta. Ereti in Sabinis nunc Monte Rotondo oppido Barberinorum in ecclesia primaria S. M. Magdalenae, illuc advecta aliquot abhinc annis ex vetere aede S. Columbae quae tribus mil. distat DONI.

I QVOCVMQVE EX VRBE SEPVLCRVM
AET TV QVOQVE FLENDVS ERIS
VIX DVM LIMINA · VITAE
pERTVLIT ANTE MORI
priMAEVO FLORE SVB VMBRAS
O MIHI VITA FVIT
cuNCTIS BONVS INDOLE DIGNVS
NI RENOBASSIT ABOS
VS TOT PRAEMIA LAVDVM
mIHI FLENDVS ERIS
hASC PIA MVNERA MATER
NATE QVIES

Donius ms. Neap. p. 264, 1, ed. 10, 77 (inde Mur. 1238, 2) qui vidit et descripsit. Burmann anth. Lat. 4, 273.

1 hasta ante QVO, quae ex qua littera superfuit incertum est, omissa est in ed. — 3 in. VS pro IX, 8 NOBASSIT in lacuna omittit editor scr. RENOBASSET; avos renovavisset adulescens, cui hoc epitaphium positum est, nempe si diutius vixisset. — 11 in. HIC est in ms., sed secundam litteram videtur voluisse qui scripsit facere A; HAEC editio.

XXXVI. NOMENTVM (*La Mentana*). Tribu Horatia?

A porta urbis Romae Collina duae viae principium habebant, altera antiquissima quae recta in Sabinos ferebat dicta Salaria, altera illa puto recentior quae imperatorum certe aetate dicebatur Nomentana (nam olim ei nomen fuerat Ficolensis, cf. p. 447) a Nomento oppido sito in ea ipsa via, teste tabula Peutingerana, in qua adscriptum est *via Numentana*, XIV mill. passuum a Roma[1]). Et via Nomentana vetus nomen retinet, et extat in ea XIV fere millibus passuum a loco ubi fuit porta Collina urbis Romae vicus dictus *La Mentana*, quod nomen aperte ortum est ex vetere nomine Nomenti. Accedit quod Mentanae repertae sunt inscriptiones n. 3955 et 3958 magistratuum et sacerdotum municipii Nomentanorum. Haec de loco ubi fuit Nomentum, nunc videamus quae de ipso oppido tradita sint. Principia Nomenti coniuncta esse voluit cum principiis oppidorum vicinorum Crustumerii et Fidenarum ita, ut statueret, haec tria oppida eodem tempore esse condita a tribus fratribus, auctor ignotus is a quo pendet Dionysius 2, 53. Similiter ut de Fidenis et de Ficulea (cf. p. 447), ita et de Nomentanis apud ipsos Romanos videtur esse dubitatum, utrum origine Latini essent an Sabini; sed et magis constans et, si quid video, vero propior fuit ea opinio quae Nomentum adtribuebat priscis Latinis. Nam non solum et Nomentum et Fidenas inter colonias ab Albanis regibus deductas enumerat Vergilius Aen. 6, 773, Nomentum inter oppida de *Priscis Latinis aut qui* (fortasse *quae*) *ad Latinos defecerant* a Tarquinio Prisco Romanorum rege capta Livius 1, 38, Nomentanos inter populos Latinos qui anno 256 Romanis bellum indixerunt Dionysius 5, 61 (de Fidenis cf. praeterea p. 453), sed etiam eo bello quod postremum fuit inter Latium et Romam et cui Sabinos se immiscuisse nemo umquam tradidit, Nomentani, quamquam in ipsis proeliis non memorantur tamen una cum reliquis Latinis contra Romanos steterunt, si quidem statim post bellum finitum eadem poena affecti sunt qua Latini populi propius urbem Romam habitantes, nempe in civitatem recepti sine iure suffragii, plane eodem modo quo Aricini Lanuvini Pedani (Liv. 8, 14, 3). Sed fuit opinio et ipsa sine dubio antiqua quae terminum Latii antiquissimum ab hac parte statuebat Anienem, unde non solum Plinius h. n. 3, 54 scribit Latium a tergo includi Aniene, sed etiam Vergilius Aeneidos septimo (v. 712), oblitus eorum quae scripserat libro sexto (cf. supra), enumeravit Nomentum inter Sabinos[2]). Ex eadem opinionum discrepantia potest explicari quod Plinius in chorographia Italiae ut Fidenates et Ficulenses ita Nomentanos quoque bis recensuit, et in regione prima Italiae una cum reliquis Latinis (Plin. 3, 64) et in regione quarta inter Sabinos (3, 107). Ceterum non primae sed quartae regionis fuisse Nomentum populos testatur liber coloniarum formae deterioris recensens Nomentum (*Numentum* p. 257 L.) Fidenas (cf. infra p. 453), Ficuleam (cf. infra p. 447) inter civitates eius provinciae quae postea quartam regionem Augusti complectebatur, Piceni (sc. Piceni et Flaminiae). — Certa de fatis Nomenti perpauca scimus. Cives Romanos factos esse Nomentanos anno 416 iam supra ex Livio rettulimus. Tribui fortasse postea eidem adscripti erant cui Aricini, nempe Horatiae quae sola in inscriptionibus Nomentanis hodie notis plus semel reperitur

1) Praeterea in tabula Peutingerana adnotatum est diverticulum Nomento ducens Tibur, ubi tamen numerus adscriptus milium pass. VIII vero longe minor est.

2) Strabo 5 p. 228 cum ait Sabinos στενὴν habitare χώραν, ἐφάπτουσαν τοῦ Τιβέρεως καὶ Νωμέντου πολίχνης μέχρις Οὐηστίνων, non liquet utrum ipse Nomentum Sabinis adscripserit necne.

(n. 3961. 3972), sed magistratus Nomentanus n. 3941 fuit tribu Cornelia, n. 3955 tribu Palatina (Crustumina praeterea est n. 3979). *Municipium* appellatur Nomentum n. 3959. Summus magistratus Nomentanorum etiam imperatorum aetate fuit dictator (n. 3941; *dictator IIII* n. 3955); praeterea ibi fuerunt aediles (n. 3941. 3955) et quaestores alimentorum (n. 3941). *Flamen perpetuus duumvirali potestate* est n. 3959; *sacerdos Nomentanorum matris d(eum) m(agnae)* n. 3996. Seviri Augustales videntur memorari n. 3957. — Ipsa urbs Nomentum apud auctores aetatis imperatoriae, si exceperis chorographos Plinium (cf. supra) et Ptolemaeum 3, 1, 52, qui recenset Nomentum inter oppida Latinorum, uti non memoratur, saepius memorantur praedia Nomentana. Praedium in agro Nomentano fuisse Attico Ciceronis amico scimus ex Cornelio Nepote vit. Att. c. 14, vix diversum id ab eo praedio Attici quod Ficulense dicit Cicero ad Att. 12, 34 (cf. infra p. 447, XXXVIII not. 9); erat enim vicina Nomento Ficulea, et praedium situm in confinio duarum territoriorum ab utroque oppido appellari potuit. Magni autem aestimabantur Nomentana praedia non tam propter amoenitatem regionis quam propter fructum quem domini inde capere solebant (cf. Martialis 2, 38 *quid mihi reddat ager quaeris, Line, Nomentanus*), qui et suum et amicorum praedia Nomentana etiam alibi saepius memorat 9, 43, 3. 7, 92, 5. 9, 91. 10, 44. 19, 94. 12, 57. 13, 42), vineis potissimum ibi institutis, cf. Plin. h. n. 14, 49. 49. 94 (de uva Nomentana egit praeterea Columella 3, 2, ex quo sua habuit Plinius h. n. 14, 23; cf. Martialis 1, 105. 13, 119). — Episcopi Nomentani saepius memorantur in actis ecclesiae saeculorum p. C. inde a V usque ad decimum (Ughelli X p. 146. 147).

3941 Nomentanam inscriptionem, eamque nuper repertam, dicit AMATI (n. 1832), ubi viderit Camporesius, non adnotavit. — Nullus locus adnotatus est in DELINEATIONE inter schedas Caninae.

D · VALERIVS · D · F · COR
PROCVLVS · AEDIL · DICTATOR
QVAEST · ALIMENTORVM ·
HYDRAEVM · CEMMIS · EX
5 ORNATVM ET · AVRATVM
VNA · CVM · VALERIA FORTV
NATA ET VALERIA PROCVLA
ISIDI · ET · SERAPI
D · D

in latere: sacerdos manu tenens monumentum fortasse loci

in latere: sacerdos tenens sistrum

Accurate delineatam repperi inter schedas Caninae (cod. bibl. Sapientiae 106 *h* f. 219) manu mihi ignota, fortasse Camporesii; nam huius delineationem accuratissimam diserte laudat Amati *giorn. arcad.* vol. 59 (1832) p. 324 (inde Henzen ann. inst. arch. 1844 p. 39, syll. n. 9138), qui exhibet etiam ms. Vat. 9773 f. 1; praeterea extat in eisdem schedis Caninae f. 914.

4 CEMMIS in lapide esse adfirmat Amati *giorn. arc.* p. 333; et ita habet delineatio (non exemplum f. 214).

Hydraeum (v. 4) videtur esse ornamentum aliquod muliebre.

3942 Nomenti rep. mense Oct. 1833 effossionibus Borghesianis.

*german*ICO CAESARI IM*p caesaris*
d F · AVGVSTI · N *divi filio*
AVGVRI Q *est.*

Amati ms. Vat. 9774 f. 27.

Imp. vocabulum non potest referri ad Germanicum, quippe quod interpositum esset inter nomen ipsius et patris. Sequitur ut pertinuerit ad alterum titulum in eodem lapide perscriptum, qui quin Augusti fuerit non potest dubitari. Crediderim hoc fragmentum superesse ex monumento dedicato Augusto et Tiberio, Germanico et Druso, inter annum p. C. 7, quo Germanicus quaestor fuerat, et a. 12, quo primum consul processit, nam consulatum adepto quaestura vix esset adscripta.

3943 Nomenti rep. mense Oct. 1833 fossionibus Borghesianis AMATI de utroque fragmento.

a
*ti. caes*A R I
*divi aug*VSTI F
*a u*GVSTO
P I O

b
M
XXXVI *n. 34—35*
NESVS

Amati ms. Vat. 9774 f. 27.

Coniunxi haec fragmenta non solum quod una reperta sunt, sed etiam quod cum alterum (*a*) aperte spectet ad Tiberium — nam Augusti filius Augustus nemo alius umquam dictus est (quamquam ita dici potuerunt Commodus et Caracalla vivis patribus) —, in altero invenitur numerus XXXVI, ad quem numerum tribuniciae potestatis praeter Tiberium solus Augustus pervenit; accedit quod utriusque fragmenti scripta erat etiam pars aversa (n. 3947), quod vix casu factum est, immo ipsum eo ducit haec fragmenta esse coniungenda.

In fragmento *a* v. 4 PIO videtur male exceptum pro *pontifici maxim*O, in fr. *b* v. 1 fuit fortasse *[imp. a]M[us]*.

3944 Nomenti *sull' alto del campanile della chiesa della Pietà de' Santucce* AMATI. Frustra quaesivi.

imp. CAESARI
divi · NERVAE
filio NERVAE
*tra*IANO · AVG
5 *ger*M · DACICO

Amati ms. Vat. 9774 f. 29.

5 in. I traditur pro M.

3945 tabula magna marmorea. Nomenti anno 1847 reperta a pastoribus, destinata museo Vaticano AMATI. Nunc in repositis musei Lateranensis.

T · TITIVS · T · F · SER · TAPPO · XXVI · VIR
T · TITIVS · T · F · SER · POPPAEENVS · PATER
GESSIA · M · F · MATER · TITIA · T · F · RVFA · SOROR
PARCITIS · HEREDI · ET · VOS · INSENTIBVS · DEDITE · MORTI
5 SI QVID · MORTVI · HABENT · HOC · MEVM · ERIT · CETERA · LIQ
ARBITRATV · Q · VERRICI · Q · F · CLA · FLACCI

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Amati ms. Vat. et in actis acad. pontif. archaeol. I, 1 p. 107 (in dissertatione lecta d. 31 Iul. 1817); Biondi *giornale arcadico* 3 (1919) p. 295. Fea sched. f. 282, Kellermann vig. p. 69 not. ad n. 250. Henzen syll. n. 9457, qui vidit. Vv. 2 et 3 delineavit Huebner exempl. script. epigraphicae n. 9.

1 in. T littera, quam priores (Amatius Fea Kell. Henzen) exhibent ut extantem in lapide, nunc deest.

Aetatis circiter Augusti, ut reliquae inscriptiones viginti sexvirum, quo ducit etiam litteratura. — 4. 5 sunt hexametri duo prisca licentia facti, quibus defunctus adloquitur praetereuntes, admonens eos, ut vita fruantur neu in heredis commodum rebus suis parcant, mortuis nihil superesse (*si quid mortui habent, hoc meum erit; cetera liq(ui)*); verba *vos insentibus dedite morti* non intellego nec, quantum video, quisquam ea intellexit editorum. (Mommseno v. 4 contineri videtur solitum diverbium. Prior Manes adloquitur viator, qui idem heres est vel si magis placet pro herede rogat: '*parcitis (= parcite) heredi.*' Respondent Manes: *et vos praetereuntes, insentibus (= iis qui in sepulcro insunt) dedite morti* (scilicet debita)).

3946 Nomenti rep.

cOS · VIIvir epulon
patRONO

Amati Vat. 9774 f. 28'.

3947 fragmentum a una cum n. 3942 a exhibet AMATI adscribens *titolo doppio nell' istesso marmo*, fragmentum *b* una cum n. 3942 *b*, adscribens similiter *doppio nell' istesso marmo*. Videtur igitur hic titulus exaratus fuisse in parte aversa eius tabulae in qua etiam n. 3942.

a

C
AI
FLA
PRAE

b

VIGILVM
TI · CAESA
PROCVR
PROVINC
1 HOROLOGIVM

Amati ms. Vat. 9774 f. 27.

a 4, b 1—4 supersunt ex honoribus viri alicuius equestris dignitatis.

3948 Mentanae in muro domus prope deversorium CHAVPY. Extat Mentanae *sulla piazza*.

protome | protome | protome
L · APPVLEIVS · L · L · | L · APPVLEIVS · L · F · | APPVLEIA · L · L
ASCLEPIADES· | TR · MIL· | SOPHANVBA
OS SVO FECIT

Descripsimus ego et Zangemeister. Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 98. Sperandio Salma p. 343; Amati ms. Vat. 9769 f. 2 et apud Marinium Vat. 9125 f. 91; Biondi *giornale arcadico* 2, 1819 p. 332; Nibby *analisi* 2 p. 416.

Hunc titulum optimae aetatis esse indicat et ratio nominum (ingenuus sine cognomine) et litteratura. Appuleiae mulieris cognomen videtur esse nomen Punicum notum ex historia Syphacis et Masinissae, *Sophoniba* scriptum in codicibus Livii (30 c. 12, 14. 22; c. 15, 4. 8) et in periocha Liviana, Σοφωνίβα apud Appianum Lib. c. 27. 28, Sophoniba apud Diodorum 27, 7 (exc. de virt. et vit.), Σοφωνίς apud Dioeem (fr. 57, 51 et ap. Zonaram 9 c. 11—13).

3949 Nomento apud loci dominum.

SEX · MVTILIVS · SEX · F · COL
PRIMVS · SCR · Q · ET · AED · CVR

Fabretti 633, 282.

2 *scr(iba) q(uaestorius) et aed(ilium) cur(ulium).*

3950 Nomenti, *scavo Borghesiano* AMATI 9769; Nomenti penes Lauretum Santuccium AMATI 977…

a VRELI M
mil. coh. II · PR · P V
vix a. XVII M I…
· H / f c

Amati ms. Vat. 9769 f. 8, 9774 f. 27'.

3 fin. partem 1 litterae exhibet ms. 2774, om. 9769.

3951 Nomenti rep. fossionibus Borghesianis.

S FELIx
T · AL ?IVS PRIM
M · ANTONIVS M
L · SEXTIVS L
P · AVRELIVS OPTATus
C ESI VS BASSus
SEX · MINATIVS SEX · F
CN · MVNATIVS · CN · F · BASSus
C · ALBONIVS C F RVF
L · ATTIVS L F NIGer
L AERENVS L
Q AELIVS ARTEMIDORVS
M ALBIVS SPONSOR
C AVRELIVS PRIMVS
APPVLEIVS FELIX
BAMIVS DIOCHARES
IVS HILARIO
VS SOSVS
OPTATVS C
HILARVS C EGN
RONTO C EGN
C VS C EG
VS C E
C

Amati ms. Vat. 9774 f. 28, praeterea solos vv. 22—24 ib. f. 27'.

Hoc fragmentum et ea quae sequuntur n. 3952—3954 videntur superesse ex albo collegii in quo plebs (inde a v. 9 huius fragmenti n. 3951) recensebatur secundum ordinem litterarum; praecedebant (huius fragmenti n. 3951 v. 1—8) nomina patronorum vel honoratorum, quorum qui extremo loco nominatur Cn. Munatius Cn. f. Bassus fortasse filius est Cn. Munatii M. f. Aurelii Bassi quem summis honoribus apud Nomentanos functum novimus ex n. 3955. — 3 fin. 4 fin. 11 fin. ex cognominibus evanidis Amatus singulas tantum litteras excepit.

3952 *da Nomento, sig(nor) Riccioli*, praescripsit AMATI.

LICINIVS
P LAELIVS
C LVRIVS
L MEMMIVS
Q MAGIVS
MARCIVS
MANLIVS
MVCIVS
MANII

Amati ms. Vat. 9744 f. 30'.

6 seq. praenomina deesse non indicatur.

3953 Nomentana, AMATI 9738.

NVGI
seRVILLVS
saLLVVIVS OVFen
seRVILIVS SALVIVS
TIMEDIVS NEPOS
IVS FORTVNATVs
IIVS FELIX
turPILIVS FAVSTVS
IVS FIRMVs

Sic exhibet Amati ms. Vat. 9738 f. 8, praeterea idem in schedis non …ratis iterum sistit, sed bipertitam (utramque paginam seorsum …

1 NVG, 3 RV (pro OVF), 5 TIMILIVS schedae non enumerat…

3954 Nomenti rep. anno 1833 *frammento di tavola sottile*.

M
M · VET
VALERIus
P · VALERIVS
T · VALERIVS
SEX · VETVLEN
sEX · VETVLE
TR

Amati ms. Vat. 9774 f. …

3955 cippus magnus marmoreus. In agro Nomentano ultra Anienem IVC. Extra Nomentum novum pro foribus monasterii S. Angeli VICT. Nomenti LIG. Apud Nomentum in villa canonicorum regularium S. Salvatoris in Lauro MORONE, ad aedem S. Georgii FABR., quod idem est (cf. Fea apud Biondium l. c. p. 186). *A Lamentana nella piazzetta avanti la chiesa* GIORGI. *Giovanni Battista Visconti padre di Ennio Quirino, allorchè esercitava l' officio di Commissario delle Antichità, fece trasportare da Mentana a Roma questa iscrizione comperata scudi cinquanta e collocolla nel museo Vaticano* BIONDI. Extat in museo Vaticano (*Chiaramonti a sinistra*). — S. l. GAMM. ALC. PIGH. MAN. PANV. In castello S. Angeli WINGH. CIACC. Tarracone GRVT.

GN · MVNATIVS · M · F · PAL
AVRELIVS · BASSVS
PROC · AVG
PRAEF · FABR · PRAEF · COH · III
SAGITTARIORVM · PRAEF · COH · ITERVM · II
simpulum ASTVRVM · CENSITOR · CIVIVM *patera*
ROMANORVM · COLONIAE · VICTRI
CENSIS · QVAE · EST · IN · BRITTANNIA
CAMALODVNI · CVRATOR
VIAE NOMENTANAE · PATRONVS · EIVSDEM
MVNICIPI · FLAMEN · PERPETVS *sic*
DVVM · VIRALI · POTESTATE
AEDILIS · DICTATOR · IIII

Descripsit Henzen. Habent primi Pomponius Laetus apud Gammarum n. 66 f. 66 et Iucundus rec. 3 cod. Cicognae f. 163; ab Iucundo ut videtur Alciatus Fese f. 100'. Octavio Pantagatho referunt Pighius Berol. f. 183 et Lipsius ms. f. 29, qui edidit in notis ad Tacitum lib. 12 (cap. 33; ed. Antverp. 1674 p. 788). Sequuntur Marianus Victorius de antiq. Reate f. 66 cod. Neap. (inde fortasse citat Holstenius ad Cloverium p. 104); Ligorius Neap. lib. 36 p. 368 ex lapide ut videtur, certe optime exceptam; Pighius Berol. f. 136; nescio unde Panvinius Rom. p. 84, Veron. p. 56 (ex hoc Smetius ed. 86, 2 et Grut. 436, 5); Manutius orth. ed. 1581 f. 18, ed. 1588 p. 187, 3 (ex Manutio vel ex Panvinio Ligorius Taur. vol. 12. 18. 21. 26 f. 166); Winghe Brux. 2, 49; Ciacconius Raff. f. 123. Postea Nomenti descripserunt Carolus Moromus cod. Barb. XXX, 138 f. 181; Fabretti 26, 128; Corsignanus de Aniene (1718) p. 183; Volpi *dissert. dell' accad. di Cortona* 2 p. 166, Lat. 10 p. 621; Giorgi sched. Casanat. XVI qui descripsit d. 25 Iun. 1741; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 87; Sperandio Sab. p. 343. Reperitur etiam apud E. Q. Viscontium ms. Paris. 9687 f. 70. In museo Vaticano descripserunt Marini sched. Vat.; Biondi *giornale arcadico* 3 (1816) p. 187; Kellermann vig. n. 271. Orelli 508 cum adn. Henzeni.

1 GN tam Henzen quam priorum auctorum optimus quisque.

3956 basis marmorea quadrata valde detrita. Nomenti in vinea Santucci viderunt AMATI a. 1807 et postea BIONDI. Deinde translata Romam cura abbatis Loreti Antonii Santucci (AMAT. act.), extabat primum in repositis musei Vaticani (cf. Amati *giorn. arc.* 66, 1832 p. 332), nunc extat in ipso museo (*Gall. lap.* intranti a dextra).

in latere sinistro:

litterae AMAT. BIOND.

ERVLANO ·
PHAEDRO · SACERDOTI
NOMENTANORVM · MATRIS D · M ·
...... ANNIS · XXXV ET · SANITATE ·
...OMODO · VOLVI · HILARIS · ANNIS · LXX ·
CVRIOSE · QVIT · AT · TE

in latere dextro:

ET · HELIZVSAE · VERNAE · SVAE
VIXIT · ANNIS · XVIII · POSITA · HIC · A · XXX
urceus

Descripserunt Henzen et Gatti. Amati apud Marinium ms. Vat. 9126 f. 95 descriptam anno 1807, ms. Vat. 9768 f. 8', idem aeri incidit act. acad. pontif. I, 1 tab. III cf. 88 (ab Amatio Borghesi opp. 8 p. 65 cf. p. 88); Fea sched. f. 282; Biondi *giornale arc.* 2 (1816) p. 332.

1 Verulanus nomen gentilicium videtur fuisse huic Phaedro. — 3 NOMENTANORVM Biondi. — 4 SANEIAE Biond., SANITAE Amati (act.), SANITAE Borghesi; hoc videtur admittere ectypum huius vocabuli missum mihi a Gattio. — 6 fin. XXX Amat. Borgh., XX Biondi. — In inscriptione lateris v. 1 fin. SVAE Biond.

Argute et perplexe voluit loqui, qui hoc elogium scripsit, itaque duplex vitae tempus et sibi et vernae adscripsit. v. 4 in. nihil videtur desiderari nisi *vixit*.

3957 Nomenti *nella chiesa della Pietà de' Santucci* AMATI. Ibi nunc non extat.

POSTINI · L
VS
*sev*IRI · AVGV*stalis*

Amati ms. Vat. 9774 f. 29.

3958 ara eleganter ornata. *Scavato dal gran sepolcreto lungo la via Nomentana* AMATI (ap Mar.), Nomenti BIONDI. Partem inferiorem inversam (*capovolta*) Nomenti *nel casino Baronci* vidit AMATI (9774). In aedibus Baronci nunc Cicconetti ego frustra quaesivi.

DIS *manibus sacr*
M · *Licin Aemil*EROTI
VESTIARIO · DE · HORREIS
AGRIPPINIANIS
CLAVDIA · TI · F · MOSCHIS
VIRO · CARISSIMO

Amati apud Marinium ms. Vat. 9125 descriptam anno 1807, praeterea in suis pugillaribus ms. Vat. 9769 f. 6; Biondi *giorn. arc.* 2 (1818) p. 207 (inde Orelli n. 6004); solos vv. 4—6 Amati ms. Vat. 9774 f. 28.

1. 2 supplevit Biondius.

3959 cippus rudis. *Scavato dal gran sepolcreto lunga la via Nomentana* MAR. Nomenti BIONDI.

L · ANTEIVS L.
L · MENOGEs
IN · FRONTe
PED · XII ·
IN · AGRO
PED · XII ·

Amati apud Marinium Vat. 9125 f. 8, praeterea ms. Vat. 9768 f. 8; Biondi *giorn. arc.* 2 (1819) p. 210.

1 ANIEVS Am. ap. Mar. — 3 FRONTE Biondi.

3960 fragmentum lapidis Tiburtini. Extat Mentana in vinea Cicconetti.

C · ERTVINus
C · L · LICINVs

Descripsi. Amati Vat. 9768 f. 8 et apud Marinium Vat. 9125 f. 95; Biondi *giornale arcadico* 2 (1818) p. 218.

3961. 3962 duae bases magnae marmoreae formae oblongae sine dubio una repertae cum similibus n. 3972—3974; inscriptiones leguntur in singularum lateribus angustis. 'N. 3961 'via Nomentana lapide XIII', n. 3973 et 3974 'ad viam Nomentanam mil. XI prope rudera veteris theatri' vidit FASE. — *Scavate alla chiavola più là del sepolcreto* AMAT. de n. 3962; sed eam et praeterea n. 3372—3374 multo ante Amatium in ipso oppido Lamentana *e canto alla stalla del principe Borghese* viderat GIORGI, item omnes Mentanae vidit CHAVPY. Extant Mentanae in via publica (*via del 3 nov.*).

3961 C · BRVTTIVS L · F ·
HOR

Descripsi. Fabretti 241, 656 (inde Vulpi Lat. 10 p. 623); Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 28, Amati ms. Vat. 9769 f. 2 et apud Marinium 2125 f. 91; Biondi *giorn. arc.* 2 (1812) p. 337, Nibby *analisi* 2 p. 414.

Haec inverse collocata est et videtur fuisse quondam obscurata vel difficilis lectu; certe omisit eam qui reliquas has bases habet Giorgius, HOR vocabulum solum excepit Chaupyus, L·BRVTTIVS/// | HOR legit Amati, L·BRVTIVS | HOR Biondi. Fabrettius et Nibby recte.

3962 BRVTTIA · C · F ·

Descripsi. Giorgi sched. Casanat. descripsit mense Junio 1741; Chaupy *maison d'Horace* III, 98 (inde omnino fontem non laudans Sperandio Sab. p. 343 adiunctam ad n. 3972, ex quo rursus Biondi *giorn. arc.* 9, 1819 p. 336); Amati ms. Vat. 9769 f. 2 et apud Marinium ms. Vat. 2125 f. 21; Biondi *giorn. arc.* 2 (1819) p. 337; Nibby *analisi* 2 p. 415.

Prima littera magna ex parte detrita est, unde accidit Chaupyo, ut eam haberet pro P, totam autem inscriptionem legeret P·RVTILIA·C·F (unde P·RVTILIO·C·F fecit Sperandio; quam inscriptionem frustra quaesitam esse a Biondio, l. c. p. 336, non est mirum).

3963 Nomenti rep.

P · CAEL
ZET

Amati ms. Vat. 9774 f. 28'.

3964 Nomenti rep.

L CAERELLIVS POTTV
B · M · F

Amati ms. Vat. 9774 f. 97'.

3965 cippus ex Tiburtino lapide apud Nomentum.

Q·CATICANI
BITHI

Fabretti 613, 111.

3966 cippus marmoreus. *A Lamentana dentro il cortile del palazzo del principe Borghese* GIORGI. Nunc Romae in museo villae Pincianae Burghesiorum (*stanza d'Ercole*).

D · M
CL · FELICI · GENE
urceus MERENTI MESSAL patera
LA · RVTILIANVS
5 HERES · FECIT ·

Descripsit Henzen. Giorgi sched. Casanat. descripsit mense Junio 1741. Vv. 3. 4 dederat Huebner ex. scr. epigraphicae n. 540.

Messalla Rutilianus vir aliunde, ut videtur, ignotus.

3967 apud Nomentum, in villa canonicorum regularium S. Salvatoris in lauro.

D · M · CLAVDIA FELICISSIMA ET M AVRELIVS AVG LIB
. . . . . FILIAE ET FRONTO SORORI. . . . .

Nescio quis, fortasse Suaresius, in cod. Barb. 98, 148 descriptam a Carolo Morone.

Initio deesse aliquid non indicatur; sed deest sine dubio nomen defunctae. — 2 in ...TILIAE traditur. Iidem homines memorantur infra n. 4017, ubi vide. Cf. praeterea n. 3868.

3968 frons parvi sarcophagi marmorei. *A Lamentana nella vigna dell' arciprete* GIORGI. *Dai contorni di Roma* AMAD. Romae in museo Vaticano MAR. Ibi adhuc (*Gall. lap. coniug.* III).

D M
CREPEREIAE PETRO
NIAE MAECIA
NAE CONIVGI
5 KARI SXSM
PLI FEMINAE
EPITYCHES
AVG LIB

(sinistra:) caula ex palois, ut videtur, composita in modum cavi cum fenestra in quam intrat ovis — arbor, ovis altera cui cibum praebet pastor; (dextra:) pastor sedens supra saxum

Descripserunt Henzen et Gatti. Giorgi sched. Casanat. descripsit mense Iun. 1741; Amaduzzi misit d. 18 Sept. 1783 Lamio (epist. bibl. Riccard. vol. 2), unde edita est *Novelle Fiorentine* 1783 p. 663 (ex his Donati 328, 5); manus ignota apud Marinium sched. Vat.; ipse Marini in schedis Vat.

7 EPITHYCHES Amad.

3969 Nomenti *all' arco del castello* AMATI (9762), *scalino alla porta verso la fontana* AMATI (2125), *serve di gradino alla porta del castello verso la fonte* BIONDI. Frustra quaesivi.

. . . FELICISSIM . . . . AELIVS · AVG · LIB . . .

Amati ms. Vat. 9769 f. 8' et inter schedas Marinii Vat. 2196 f. 91; Biondi *giorn. arc.* 2 (1819) p. 338.

Fortasse ipsa inscriptio n. 3967 magis mutila.

3970 Nomenti, *frammentino nuovo.*

Q · V · A · VIII
FVLLONIV

Amati ms. Vat. 9769 f. 9.

3971 Nomenti rep.

Q · FVRIVS · M
COGNOSSET

Amati ms. Vat. 9774 f. 26'.

3972—3974 bases marmoreae gemellae eis in quibus scriptae sunt n. 3961. 3962, eodem sine dubio loco repertae quo illae, extant una cum eis Mentanae in via publica.

3972 L · HERENNIVS · L · F
HOR · GALLVS

Descripsi. Giorgi sched. Casanat.; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 98 (inde omnino pendet Sperandio Sabina p. 343); Amati ms. Vat. 9762 f. 2 et apud Marinium Vat. 2125 f. 91; Biondi *giorn. arc.* 9 (1819) p. 334; Nibby *analisi* 2 p. 414.

3973 HERENNIA · L · F
MERVLA · MAIOR

Descripsi. Fabretti 271, 148; Giorgi sched. Casanat.; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 98 (inde omnino Sperandio Sabina p. 343 adiunctam ad n. 3972). Amati ms. Vat. 9762 f. 9 et apud Marinium Vat. 2125 f. 91; Biondi *giorn. arc.* 2 (1812) p. 338; Nibby *anal.* 2 p. 414.

Notabile *Merula* cognomen muliebre.

3974 HERENNIA · L · F
MERVLA · MINOR

Descripsi. Fabretti 271, 149; Giorgi sched. Casanat.; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 91 (inde omnino Sperandio Sabina p. 343 adiunctam ad n. 3972); Amati ms. Vat. 2769 f. 9 et apud Marinium Vat. 2126 f. 21; Biondi *giorn. arc.* 2 (1819) p. 335; Nibby *analisi* 2 p. 414.

2 punctum inter duo vocabula iam perit.

3975 ara pulchra. Nomenti *nel quarto della Mezza Luna* AMATI, *nel luogo detto la Mezzaluna* BIOND.

D · M
Q · IVLIO · LOLLIANO
FRATRI
DVLCISSIMO

Amati ms. Vat. 9769 f. 8 et 8', item inter schedas Marinii Vat. 9125 f. 82'; Biondi *giornale arc.* 2 (1818) p. 337.

3976 cippus marmoreus Mentanae in via publica maceriae insertus.

A · LICINI
FELICIS
IN · FR · P · XI
IN · AGR · P · XI

Descripsi.

3977 Nomenti in muro domus.

L · MAELIVS · L · L · PRIMVS · VIXIT
ANNOS · XLIX · HVIVS · FILIA
MAELIA · L · ET · VALERIAE · L
SPECLA · VIX · A · XIX · PIA · CASTA
SOROX · ET · MATER · ACERBITATE
ACCEPTA · FECERVNT · VALERIA
OLIA · Ɔ · L · ACME · Ɔ · L · PRIMA

Fabretti 32, 152 (inde Vulpi Lat. 10 p. 623).
7 fin. verba *Ɔ. l. Prima* trahenda sunt ad v. 6 fin. *Valeria.* — Titulus positus Maelio Primo et Maeliae Speclae a Valeria Prima, huius sorore, et Olia Ɔ. l. Acme eiusdem matre. Manumiserat Valeriam Primam eadem sine dubio Valeria quae una cum L. Maelio manumiserat Maeliam Speclam.

3978 cippus marmoreus. Nomenti, *casino Baronci,* muro insertus AMAT., similiter BIOND. Extat eodem loco (nunc *vigna Ciconetti*).

DIS · MANIBVS
MARTIALI · VIXIT
ANN · VIIII
MENS · VI · DIES · V
FECIT
IVLIA · NICE //////
ALVMNO · SVO
B · M

Descripsi. Amati ms. Vat. 9769 f. 8' et apud Marinium ms. Vat. 9125 f. 88'; Biondi *giornale arc.* 2 (1819) p. 338.

3979 *a Lamentana nella vigna dell' arciprete.*

EX TESTAMENTO
L. OGVLNI L · L · AESCHINI*s*
*L. o*GVLNIVS · AESCHINI · L · PHILEA
*m*ONVMENTVM FACIVNDVM CVRAVIT
...*o*GVLNIO · C · F · CLV · SARO
*L. o*GVLNIO · L · L · ASSCHIN...
.. *og*VLNI · SOSTRATIS · ASANDRAS · F
*L. o*GVLNIO · L · L · PHILEMO
*o*GVLNIAE · L · L · FORTVNATAE

Giorgi sched. Casanat. descripsit mense Iun. 1741.
5 fin. cognomen vix recte exceptum.

3980 propo Mentana *nel muro della chiesetta diruta, prima di arrivare da Roma,* loco alto collocata.

//////
/////A
SAC
L · OGVLN*i*
ASS*chin*
L · OGVLN*i*
lib

Descripsit Stevenson quae legere potuit.
Pertinebat ad idem monumentum, ad quod n. 3979.

3981 Nomenti.

dis MANIBVS
....L OLYMPIADI
....*phil*VMENVS
....AS ET SIBI

Amati ms. Vat. 9762 f. 30 (ex. I.) et 9799 f. 8 (ex. II).
1 ANSV ex. II; 2 in. I (pro L) ex. I; mutilam esse neque hic neque illic indicatur.

3982 Nomenti rep. anno 1833 fossionibus Borghesianis.

ILIV III
L · FACILIVS
MPTO
THIS

Amati ms. Vat. 9774 f. 27.

3983 *vasetto di piombo* AMATI, inter Nomentanas.

P PETIL I

Amati ms. Vat. 9774 f. 27'.

3984 *sig(nor) Santucci, da Nomento* (i. e., ut videtur, Nomenti apud Santuccium) AMATI.

*memo*RIAE
POTHVMENI
*a*VGVSTI LIBERTI
*phile*XENVS · FATER
SIBI · SVISQVE
in fronte p XXX · IN AGRO · P · LX
*custo*DIA · MONVMENTI
IN AGR F

Amati Vat. 9769 f. 18'.
1 RIAL, 2 POTHVMEI, 3 LIBERI traditur.

3985 *quadra di travertino* AMAT. BIONDI. Nomenti BIOND.; *scavata dal gran sepolcreto lungo la via nomentana* AMATI (9125).

SCIFONIA · T · F
PAVLLA

Amati ms. Vat. 9798 f. 9 et inter schedas Marinii Vat. 9125 f. 85; Biondi *giorn. arc.* 2 (1819) p. 208.

3986 *lettere grandi quadrate.* Nomenti rep. anno 1833 fossionibus Borghesianis.

L · TILL

Amati ms. Vat. 9774 f. 27.

3987 Nomenti, *frammenti nuovi.*

ANDER | IAN
ARIVS | LIO · SV
NARIA |

Amati ms. Vat. 9768 f. exhibet haec duo frustula et tertium id quod dedimus supra n. 3976.

3988 Nomenti.

CVRVS
ANI ·
QVI ·
· M · VA

Amati ms. Vat. in scheda non numerata.

3989 lapis Tiburtinus. Nomenti.

MO · FECIT
V · A · LXXXXIIII
V · A · LXXXVI
V · A · *L*XXI
V · *A* · VII*II*

Descripsit Zangemeister (anno 1865). Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 99; Amati ms. Vat. 9768 f. 1.
4. 5 quae non vidit Zangemeister, dedi inclinatis; in v. 4 LXXI Chaupy, //XXI Amati.

3990 *fetta di cippo sepolcrale, corona lemniscata in alto, peperino.* Nomenti.

ECO
MIC
FATA
TITV
ET · IPS
MER ·
IDE

Amati ms. Vat. 9774 f. 98.

3990 a Nomenti rep.

OI
DOLVE *Maius hinc*
MONI *Mente ebesto*
ITV AMBITu

Amati ms. Vat. 9774 f. 28'.

3991 Nomenti rep.

M
VLIO
ASTIONI
PARTIOLV

Amati ms. Vat. 9774 f. 28'.

3991 a lapis Tiburtinus similis n. 3985, cui hunc suppositum fuisse propter ipsam hanc similitudinem coniecit Biondi. Nomenti.

IN · FR · P · XI ·
IN · AGR · P · XIIX ·

Amati ms. Vat. 9768 f. 9 et inter Mariniana Vat. 9125 f. 93; Biondi *giorn. arc.* 2 p. 210.

3992 saxum Tiburtinum litteris vetustis. Mentana *piazzetta di S. Nicolo, scalino della casa n. 17.*

ni · F*i*
TER

Descripsit Stevenson.

3992 a Nomenti rep. fossionibus Borghesianis.

M
NI DIS
f p. c. la*M*PADI *et orestis a.* 531

Amati ms. Vat. 9774 f. 28'.
Potest item referri ad annum 530 vel 532 vel 533.

XXXVII. *Marco Simone.*

Inter inscriptiones Nomentanas et Ficulenses non potui non dare locum inscriptionibus repertis in fundo appellato Marco Simone, sito a dextra viae Nomentanae inter Nomentum et locum ubi Ficulea fuisse videtur (cf. Nibby *anal.* 2 p. 304 seq.), quamvis eae re vera ad neutrum horum municipiorum pertineant, nobilium Romanorum pleraeque, recte numinum etiam inter urbanas receptae ab Henzeno huius corporis vol. VI.

3993 magna basis marmorea. Intra fundum appellatum Marco Simone iacentem humi *presso il fontanile nel quarto denominato il Pucierello* vidit NIBBY a. 1830; rep. *alla tenuta di Marcosimone verso i Monticelli, sito circa 8 miglia dalla città accanto all' antica via Tiburtina* KELL. Postea adlata Romam in villam Borghesiam, ubi exstat (*alla capanna*).

SEr · CALpuRnio
DEXTRO · C · M · u
cos. ORD · XV · VIR · S · f
leg. PROV · ASIAE · cur rei p
MINTVRNENSIVM ....IA.........
ITEM CALENORVM CVR VIAE AEM
ET · ALIMENTORVM · PRAEF TVTEL
qVAESTORI · CANDIDATO
TRIVNVIRO MONETALI
CALPVRNIA · RVFRIA
AEMILIA · DOMITIA
SEVERA · C · F · FILIA
PATRI · PIISSIMO
SECVNDVM VOLVNTATE EIVS

Descripserunt una Henzen et Mommsen. Kellermann *bull. dell' Inst.* 1833 p. 64 (inde Cardinali *dipl.* n. 829), idem misit Borghesio, unde edita est in Borghesii opp. vol. 8 p. 483 (ubi in adnotatione lectionem suam adscripsit Henzen); Nibby, qui vidit anno 1830, *analisi* 2 p. 308; Martelli *antichità de' Siculi* II (1835) p. 182 n. 73; Henzen ann. inst. arch. 1849 p. 228, syll. n. 6503, huius Corp. vol. VI n. 1368.

Adscripsi varias lectiones selectas Nibbyi et Kellermanni. 1 nihil nisi SE... agnoverunt Kell. et Nibby. — 2 DEXTRO · CRI... Kell. — 4 LEG · PROV Kell. — 5 MINTVRN · HISPE...VM Kell. MINTVRNENSIVM .... Nibby; utrum. ...IA an ...IN legendum sit, incertum est. — 7 PR · K · TVTEL Nibby.

De hoc homine consule ordinario a. 225 cf. Borghesi in epistula ad Kellermannum (opp. 6 p. 483 seq.), Henzen ad huius Corp. vol. VI n. 1368. 1369, Mommsen ad eius titulum Tarracinensem Corp. X n. 6422.

3994. 3995 duo cippi magni marmorei. Rep. ineunte anno 1832 *circa 8 miglia da Roma alla tenuta di Marcosimone appunto sulla sponda dell' antica via Tiburtina* KELL. Nunc Romae in villa Borghesia.

3994

SEX · PEDIO
SEX · F · ARN
HIRRVTO
PRAEF
urceus SEX · PEDIVS patera
HIRRVTVS
LVCILIVS · POLLIO
FIL · PRAEF

Descripserunt de Rossi et Henzen. Kellermann ms. et *bull. dell' Inst. arch.* 1833 p. 64 (inde Cardinali *dipl.* n. 621 et Nibby *anal.* 2 p. 310), idem misit Borghesio, unde edita est huius opp. 6 p. 488, Martelli *Siculi* II p. 182 n. 72; huius Corp. vol. VI n. 1465.

Huius Sex. Pedii Hirruti pater videtur esse Sex. Pedius Sex. f. An. [sic] Lusianus Hirrutus, cui statutus est titulus huius Corp. vol. IX 3044 (cf. Mommsen ad eum).

3995

SEX · PEDIO · SEX · F
ARN · HIRRVTO
LVCILIO · POLLION
urceus COS · PRAEF · AER · MILITAR patera
LEG · AVG · IVRIDico astur · ET
GALLAEC · PRAEfecto
ALA /// TP

Descripsit Henzen huius Corp. vol. VI n. 1486. Kellermann ms. et *bull dell' Inst.* 1833 p. 64 (inde Cardinali *dipl.* n. 820 et Nibby *anal.* 2 p. 310), idem misit Borghesio, unde edita est in huius opp. vol. 6 p. 488 (ubi in adnotatione emendavit vv. 5—7 Henzen), Martelli *Siculi* II p. 181 n. 70; Henzen syll. n. 6489; cf. Borghesi ann. inst. arch. 1853 p. 206, opp. 6 p. 400 seq.

5 IVRID · FICVL Martelli, interpolans. — 6 scr. CALLAEC.

3996 basis marmorea. Rep. *nella tenuta di Marco Simone* BORGH. (in schedis Caninae locus non adnotatur). Nunc Romae in villa Borghesia loco dicto *alla capanna*.

M · VALERIO · M · F · QVIRINA
QVADRATO · X · VIRO
st · LIB · IVD · TRIB · LATICL
LEG · III · AVG · SEVIRO
EQVITVM · R · Q · AVG
TRIB · PL · CANDIDATO
PRAETORI · VII · VIRO
EPVLONVM

Descripsit Henzen huius Corp. vol. VI n. 1638. Borghesi *bull. dell' Inst.* 1840 p. 96 acceptam a Canina (inde Henzen syll. n. 6014), in cuius schedis quoque (cod. bibl. Sap. 188 h f. 210) legitur nescio a quo descripta.

3997 *da Ficana in Marco Simone ad IX lapidem della via Ficulense trasportata in casa del sig. Nicola Caretti in Roma* MARTELLI. In eisdem aedibus vidit KELL.

D M
SANCTIS
DONATO FILIO
DVLCISSIMO
MARCVS PATER
ET SATRIANI MA
TER

Descripsit Kellermann. Martelli *sull' ubicazione della città di Ficana o Ficulea* (1828) p. 3, *antichità de' Siculi* II p. 181 n. 69.

D(is) m(anibus) sanctis. Donato filio dulcissimo Marcus pater et Satriane mater. — Martelli exemplum hoc est: SANCTISSIMO | DONATO · FILIO · DVLCISSIMO | MARCVS PATER | ET · SOTRIANA · MATER.

3998 cippus. Rep. Marcosimone MART. Ubi Kellermannus viderit non habeo adnotatum.

DIIS · MANIBus
IVLIAE · NICe
M · OPPIVS · PISo coniugi
DE · SVO · Posuit

Descripsit Kellermann. Martelli *antichità de' Siculi* II n. 71.

Martelli exemplum hoc est: IVLIAE · NICOLAE | M · OPPIVS · PISO | DE · SVO · FECIT.

3999 rep. Marcosimone MART. (*Sic.*), *giace sprezzata fra ignobili sassi allato del con detto laghetto*, addit IDEM (*Fic.*).

TIMOTHEVS · M · F
SIBI · ET . . . . . .
. . . .

Martelli *ubicazione di Ficana* (1828) p. 3, *antichità de' Siculi* II p. 181 n. 69.

V. 2 omissus in priore editione accessit in libro de Siculis. Corrupta sine dubio.

4000 fistula plumbea. Marco Simone.

· V · COPONIVS · ORN · S · FEC

Repperi inter schedas Henzenianas auctore non adnotato, sed puto descriptam a Kellermanno.

Dedi ut traditur; nomen corruptum esse apparet.

4000 *a* fistula plumbea. Marco Simone.

I · EELNM S IVCRIANVS FEC

Kellermann ms.

Lucrianus cognomen agnoscitur; praefixum corruptum.

XXXVIII. FICVLEA (*la Cesarina*; accedit *Olevano*).

Ficuleam — Ficelise pluraliter dicuntur soli Martiali 6, 27, 2; ethnicum *Ficulensis* est in inscriptione n. 4012 et apud Ciceronem ad Att. 12, 34, *Ficolensis* in inscriptione n. 4003 et apud Plinium, item Livium (locis infra citandis), *Ficiliensis* in libro coloniarum, *Ficuleas* apud Varronem — fuisse in via, quae Roma ducebat Nomentum, inter ipsum Nomentum et Romam, colligi potest inde quod teste Livio 3, 52, 3 viae Nomentanae aliquando nomen fuerat Ficolensis (similiter via Praenestina antiquioribus temporibus ab oppido sito inter Romam et Praeneste appellabatur Gabina, cf. supra p. 279); quocum optime convenit quod ex praedio *la Cesarina*, quod extenditur ad sinistram viae Nomentanae e quarto fere miliario usque ad sextum, prolatus est anno 1824 titulus n. 4012 quo Consius Cerinthus praedicat redegisse se in planitiem clivum aliquem situm regione *Ficulensi* (alter titulus cum mentione Ficolensium n. 4003 plane incertae originis est). Quamquam digito monstrare locum quo olim Ficuleae moenia steterunt, nondum nobis datum est, primum quoniam Consius Cerinthus titulum n. 4012 etiam extra moenia Ficuleae statuere potuit; deinde quod minime certum est titulum illum antiquitus re vera ibi stetisse ubi hoc saeculo e terra prodiit; nam in opere videtur positus fuisse, cum repertus est, et aliorum titulorum ab eodem Consio Cerintho publice statutorum fragmenta prodierunt ex aliis fundis eiusdem regionis, complura ex fundo *del Coazzo*, cum effoderetur anno 1655 basilica S. Alexandri ubi et ipsa adhibita erant in opere, unum (n. 4014 *b*) ex fundo *Capobianco*. Ceterum Ficuleam vicinam fuisse Nomento apparet etiam ex eis quae traduntur de praediis Attici et Martialis (cf. infra), fuisse in eadem regione cum Fidenis verisimile fit ex ratione qua Varro de l. L. 6, 18 (cf. infra) Fidenates et Ficuleates coniungit. Apud rerum scriptores pertenuem memoriam Ficulea reliquit. Memoratur a Dionysio 1, 16 inter oppida ab Aboriginibus in Latio condita, a Livio 1, 38, 4, cui dicitur *Ficulea vetus*, inter oppida a Tarquinio Prisco Romanorum rege de Priscis Latinis bello capta; denique Varro de l. L. 6, 18 narravit post decessum ex urbe Gallorum et alios finitimos populos et Ficuleates et Fidenates contra Romanos coniurasse[1]). Praedium in agro Ficulensi videtur habuisse Atticus (Cic. ad Att. 12, 34)[2]), vix diversum ab eo quod Nomentanum dicitur a biographo Attici Cornelio Nepote c. 14 (praesertim cum duo tantum praedia Italica Attico fuisse Nepos adfirmet, Arretinum et Nomentanum), situm fortasse, ut supra p. 444 coniecimus, in confinio agrorum Ficulensis et Nomentani; atque etiam Martialis poetae praedium Nomentanum videtur contiguum fuisse agro Ficulensi, si quidem is (6, 27) amicum Nepotem appellavit *bis vicinum*, propterea quod et Romae prope se habitaret et extra Romam incoleret *veteres Ficelias*. A Plinio in descriptione Italiae Ficolenses bis enumerantur, et in regione prima (Plin. h. n. 3, 64) et in regione quarta inter Samnites (Plin. 3, 107), similiter ut bis apud eundem enumerantur Nomentani (cf. supra p. 440) et Fidenates (cf. p. 453); re vera quartae regionis fuisse Ficolenses testatur liber coloniarum, ubi in recensione civitatium Piceni legitur (p. 256 L.): *Ficiliensis ager ea lege servatur qua et ager Curium Sabinorum*. Ex inscriptionibus infra editis discimus Ficuleae etiam aetate imperatorum fuisse umbram rei publicae, fuisse ibi aediles et praeterea magistratum aliquem dictum *praefectum iur(e) dic(undo) et sacris faciundis* (n. 4002), fuisse ibi decuriones et seviros Augustales (n. 4014).

Coniunxi hoc capite inscriptiones repertas in fundis de quibus supra dixi *la Cesarina*, *del Coazzo*, *Capobianco*, ex quibus Consii Cerinthi titulorum fragmenta prodierunt, adiunxi inscriptiones repertas in fundo adiguo *Olevano* (cf. ad n. 4001). Ceterum si exceperis n. 4002. 4003. 4012—4014, reliquas inscriptiones hoc capite editas ad municipes Ficulenses spectare minime certum est; sunt enim vulgares omnes (praeter compluras militares) potueruntque eas pari iure vel adeo maiore sepulcralibus urbis Romae inseri. Praeterea ne id quidem constat num omnes inscriptiones, quae traduntur repertae esse in fundis illis, re vera antiquitus in ea regione steterint; nam inter inscriptiones teste Marinio repertas in fundo Capobianco una certe est urbana (cf. ad n. 4015. 4027), item inter inscriptiones ab Amatio relatas ut Ficulenses — Amatio autem paene soli debemus inscriptiones per annos huius saeculi a vicesimo quarto usque ad tricesimum tertium circiter in illa regione effossas et mox dispersas — videntur immiscuisse se alienae; videtur enim Amatius partem tantum Ficulensium suarum vidisse intra praedia illa, ut n. 4012 et 4017, alias et fortasse plures Romae apud negotiantes rerum antiquarum, Vescovalium et Castellanium; certe aliena sunt e Ficulea fragmenta ab Amatio inter inscriptiones Ficulenses relata quae nos supra n. 2620 certis argumentis Tusculo vindicavimus.

[1]) Pluribus de eadem re egerat Varro in antiquitatum libris, ad quos diserte legentes relegat; ex his libris sine dubio fluxerunt quae de eadem Latinorum coniuratione proferunt Plutarchus Romul. c. 29 et Macrobius sat. 1, 11, 37 seq., qui tamen Ficuleates non nominant, nominant ducem Latinorum; fuit is autem Postumius sive potius Postumus Livius, idemque dictator Fidenatium, teste Macrobio, de qua re cf. p. 458.

[2]) Certe cum Cicero in epistula illa scripta Asturae significet Attico, se suasu ipsius Attici venturum propediem in Ficulensem, domino huius praedii non nominato, ipsi Ciceroni autem nullum praedium fuerit in hac regione, probabile est Ficulense illud praedium fuisse Attici.

4001 *Borghesiane, Ficulensi, Aprile 1826* praescripsit AMATI huic et eis quae hanc sequuntur n. 4009. 4010. 4036. 4037. 4048. 4051. 4052. Harum duae, n. 4036. 4037, extant Romae in villa Borghesiorum; reliquae latent. — Ex eis quae Nibbyus *anal.* 2 p. 424 et ipse Amatius in actis Arcadum ad n. 4051 narraverunt, apparet has inscriptiones omnes non prodiisse ex fundo Cesarina, ex quo prodiit vere Ficulensis n. 4012, sed ex fundo adiguo Olevano.

M · MARCIVS . . . .
ET · MARCIA · PRI . . . . .
ET · MARCIA · NOMAS · LIB
EORVM
FANVM · BONAE · DEAE
VETVSTATE · DIRVTVM
A · SOLO · RESTituerunt

Amati ms. Vat. 9763 f. 17. Memorat (v. 5) Nibby *anal.* 2 p. 426.

4002 una cum n. 4012 exhibet qui solus servavit AMAT. — Nomento non recte adtribuit HENZEN (ann.)

P · PACILius . . f. ZENON · LAETVS · P · P · BIS
AEDIL · PRAEF · IVR · DIC · ET · SACRIS · FACIVNDIS
AEDEM · FORTVNAE · ET · VICTORIAE · SVA · PEC · REF · COMMVNIVIT

Amati ms. Vat. 9750 f. 2', qui memorat *giorn. arcad.* 32 (1826) p. 102. Ab hoc acceptam Borghesius communicavit cum Henzeno qui edidit ann. inst. arch. 1846 p. 205, syll. n. 7032.

1 P·PACII traditur; inter PACILIVS et ZENON praeter nomen patris et fortasse tribum quidquam periisse non credo; videtur hic versus exaratus fuisse litteris maioribus. — 1 fin. dimidiatae ut puto ultimae litterae Amatius haesitavit utrum P·F·DIC an P·P·BIS legendae essent, postremum hoc praetulit; ceterum hoc etiam per se magis commendatur (*p(rimus) p(ilus) bis*) quam illud. — 3 fin. post. COMMVNIVIT Amatius exhibet $\circ_1$ quod magis crediderim fuisse interpunctionis loco quam ex littera Q superfuisse.

4003 de loco, ubi haec magna basis marmorea prodierit, certi aliquid solus habet CHAVPY qui dicit repertam eam esse *dans une vigne de Gensano.* Verum Genzano vicus situs in via Appia longe abest ab eo loco ubi Ficuleam fuisse satis constat. Ergo aut haec basis translata Genzanum sit necesse est aut Chaupyus erravit, qui error potest inde natus esse quod Chaupyus, ut observavit Nibbyus *anal.* 2 p. 46, confudit la Cesarina fondo de' Cesarini con Genzano feudo loro. Rep. anno 1767 *nel luogo stesso, ove era collocata da principio (an dem Orte selbst, wo sie errichtet war)* WINCK., qua indicatione nihil lucramur, ut iure questus est MAR. (*iscr. Alb.*). *Io mi dolgo grandemente del non aver potuto sapere in qual sito fosse la presente base dissotterrata e dell' essere tornate a niente le molte ricerche per ciò fatte dall' emmentissima di lei possessore* MARINI *giorn. de' lett.* (1772). Fuit Romae in villa cardinalis Albanii iam tunc cum WINCKELMANNVS scripsit, ibique hodie quoque exstat.

IMP · CAESARI
DIVI · ANTONINI · PII
FILIO · DIVI · HADRIANI
NEPOTI · DIVI · TRAIANI
PARTHICI · PRONEPOTI
DIVI · NERVAE · ABNEPOTI
M · AVRELIO · ANTONINO · AVG · P · M ·
TR · POT · XVI · COS · III · OPTIMO · ET a. 162
INDVLGENTISSIMO · PRINCIPI
PVERI · ET · PVELLAE · ALIMENTARI
FICOLENSIVM

Descripsit de Rossi. *Chaupy *maison d'Horace* 3 (1769) p. 258; Winckelmann in epistula ad Bianconium, unde edita est apud Feam misc. t. 4 p. CCIII, item in historia artis lib. XII cap. 2, in operibus Winckelmanni II, 394 ed. Rom., vol. 6 p. 316 ed. Dresd. (1815). Marini ms. Vat. 9131 f. 180 et in ephemeride Pisana *giornale de' lett.* vol. 6 (1772) p. 56, inscr. Alb. p. 42 n. 37 cf. add. p. 231; Fea *indicazione antiq. della villa Albani* p. 13 n. 26; P. H. Visconti catalogus vill. Albaniae p. 168 n. 30. Orelli n. 3364.

4004 fragmentum marm. effossum e ruinis basilicae S. Alexandri via Nomentana.

[A]R · PAS
P · PRO

Descripsit de Rossi.
2 videtur fuisse *leg. pro pr. prov.*

4005 in fundo del Coazzo, via Nomentana, *adoperata in un selciato.*

AEQVITI[...]
RVFV[...]
ATIVS · P · P · S[...]
ARQVITIANVS
VRB · PRAEF · PRV[...] *m. desid.*
EX · S · C · P

Dedit de Rossi descriptam a Petro de la Croix.

4006 Ficuleae AMATI.

SEIA
MAXIM
AVRELIAN
VERIAN

Amati ms. Vat. 9749 f. 45'.
Ubi fracta fuerit, non traditur. Potest inscriptio fuisse sodalis Aureliani Antoniniani Veriani, potest item fuisse publica ex eodem sacerdotio (cf. huius Corp. vol. VI n. 2321).

4007 Ficuleae rep. a Vescovaliis AMATI, qui vidit Romae apud eosdem; item KELLERM.

D · M ·
L · ARRVSTIO · L · FIL · ANN ·
VALENTINO · CREM
F · P · LEG · IIII · FL · FEL · EVOC · AVG
EX · COH · IIII · PR · 7 · COH · II · VIG
simp. KELL. 7 · COH · XI · VRB · 7 · CON · VII · PR · 7 · LEG · VII · GE.. *pal.* KELL.
7 · LEG · VII · GEMIN · P · F ·
L · ARRVSTIVS · VALENS · ET
C · ARRVSTIVS · VITALIS · F..

Amati ms. Vat. 9750 f. 45, *giornale arc.* 28 (1825) p. 382 (inde sine dubio Cardinali dipl. n. 584); Kellermann vig. p. 40 n. 59 (ex hoc Henzen syll. n. 6776).
6 fin. GE.. lacuna indicata Kell. et Amat. ms., sine lacunae nota Amat. ed., GE scribendum esse probabiliter coniecit Henzen. — 7 F·F (pro P·F) Amati. — 9 in om. Amati, lacunam tamen in fine signant tam Kell. quam Amati ms. in exemplo ms. indicata. — 9 fin. lacunam in fine signant tam Kell. quam Amati ms.

4008 in parte aversa exstat n. 4028. Ficulese, litteris pessimis AMATI; rep. a. 1825 in praedio la Cesarina, deinde Romae apud Vescovalium MELCH.

D M
AVRLIVS
PROCVLVS
EMERITVM
AGVSTORVM
M NOSTRORV

Amati ms. Vat. 9749 f. 44'; Melchiorri ms. (ad exemplum suum voluminis Kellermanniani de vigilibus).
2 AVRLIVS uterque auctor. — 5 AGVSTORVM Am., AVGVSTORVM Melch.; 6 auctores consentiunt. 4—6 lego *emeritum A(u)gustorum nostrorum.*

4009 ad hanc quoque pertinere videntur verba '*Borghesiane, Ficulese*' ab AMATIO praemissa inscriptioni n. 4091, ubi cf.

D · M
AVR · C · LE · MEN · TI · A · NE
AVR · VA · LE · RI · A · NO · MI
LI · TI · LE · GI · ONIS · II · PAR ·
TI · CE · CHOR · TIS · II · CO · IV · GI ·
CA · RIS · EI · MO · BENE · ME
REN · TI · FE · CIT · CVM Q · VO ·
BIXIT · AN · NIS · III M · V · D XVI
QVI · BIXIT · AN · NIS · XXX

Amati ms. Vat. 9763 f. 19'.

4010 fragmentum tabulae marmoreae rep. in coemeterio S. Alexandri via Nomentana.

D M
O ACHILLEO AVG · LIB · NVMR
classis A CENSVS · QVI VIXIT ANNIS XXX
X · FECIT PORCIA CRESCENTINA
coniugi I · BENE MERENTI CVM QVO VIX
II · D · XI ·

Descripserunt de Rossi et C. L. Visconti, unde edita est huius Corp. vol. VI, 8037.

4011 cippus lapidis Tiburtini. *Casale della Cesarina sulla via Nomentana* AMAT., similiter MELCH. NIBBY. Nunc Romae in repositis musei Lateranensis.

LOCVS
SEPVLCHRI
ESCHINIS · AVG · L
AB CODICILLIS
IN F · P CDL
IN A · P · CXXCV

Descripsit Henzen. Amati ms. Vat. 9749 f. 23' et *giorn. arc.* 32, 1826 p. 103 (inde Cardinali *dipl.* n. 619; Orelli n. 2902); Melchiorri ms.; Nibby *anal.* 2 p. 50.

3 ESCHINIS Amat. ms., ESCHINIS Amat. *giorn. arc.*, ESGINIS Melch. Nibby, ESCINIS Henz. — 5 CDL Henzen, item Amati ms., COL Melch., CCL Nibby. — 6 CXRCV Henzen, item Amat. et Melch., CXXXV Nibby.


4012 cippus magnus lapidis Tiburtini rep. fossionibus institutis a Vescovalio in fundo qui dicitur *la Cesarina* mense Nov. 1824 FEA (qui vidisse se, et quidem se solum, illo loco adfirmat *giorn. arc.* 56, 1832 p. 326), similiter RELIQVI; rep. *fra gli avanzi di camere ben decorate di marmi* NIBBY p. 50, loco igitur, ut crediderim, non suo (Amatius tamen ait repertam esse *in piedi sulla via di cui tratta*; Nibbyo ut magis credam, facit inscriptio n. 4019 simul reperta itemque in opere posita). — Romae in repositis musei Vaticani olim vidit HENZ. In repositis musei Lateranensis nuper ego frustra quaesivi.

M · CONSIVS · M · L
CERINTHVS
ACCENSVS · VELATVS ·
IMMVNIS · CVM · SIM
EX VOLVNTATE MEA
ET · IMPENSA · MEA ·
CLIVOM · STRAVI ·
LAPIDE AB · IMO · SVSVM
LONGVM · PEDES · CCCXL ·
LATVM · CVM · MARGINIBVS
PEDES · VIIII · FIT · QVOD
STRAVI MILIA · PEDVM
ꝏ ꝏ ꝏ L X
ITEMVM · EVNDEM
CLIVOM · AB IMO · LEVAVI
ET · CLIVOM · MEDIVM
FREGI ET DEPRESSI
IMPENSA · MEA · REGIONE
FICVLENSI PAGO · VLMANO
ET · TRANSVLMANO
FELECIANO VSQVE
AD · MARTIS ET VLTRA

Fea *notizie del giorno* n. 4 27 Jan. 1825; Gerhard *Kunstblatt* 17 Mart. 1825 (n. 22 p. 87); Amati ms. Vat. 9749 f. 20 et 9780 f. 1, *giornale arc.* 32, 1826 p. 99 (inde Ratti act. acad. pontif. IV, 258; Cardinali *dipl.* 404), Martelli *ubicazione di Ficana o Ficulea* p. 2; Sarti ms.; Nibby *anal.* 2 p. 42; descripsit olim Henzen. Orelli n. 111.

M. Consius M. l. Cerinthus, accensus velatus, immunis cum sim, ex voluntate mea et impensa mea cet. Centuriis accensorum velatorum certas fuisse immunitates scimus ex fragmentis iuris Romani Vaticanis fr. 138. Talem per immunitatem cum Consio Cerintho licuisset excusari a via munienda, nihilo minus ille sua voluntate et sua impensa clivum aliquem longum pedes 340 latum cum marginibus pedes novem lapidibus stravit — fit ergo area a Consio Cerintho lapidibus constrata pedes quadratos 3060 —, praeterea eundem clivum commodiorem meantibus reddidit, una parte eius in altum levata, media autem parte depressa. Municipes, de quibus hac liberalitate Consius Cerinthus bene meritus est, videntur fuisse Ficulenses. Aliter Mommsen ann. inst. arch. 1819 p. 212. — 12 MILIA vocabulum abundat. — 21 FELECIANO plerique, FELEGIANO Nibby, item ut videtur, Henzen.

4013 fragmenta eiusdem ut videtur inscriptionis incisae in compluribus tabulis marmoreis. Extracta ex pavimento ecclesiae S. Alexandri via Nomentana.




Descripsit de Rossi et composuit.

Verba *condentibus consulibus* plane obscura sunt. Mommsenus monuit *condere in aerario* adhibitum de legibus reperiri apud Suetonium Caes. 28 et apud scholiastam Bob. p. 310, item fortasse apud Ciceronem de leg. 3, 4, 11, si recte verba tradita emendata sunt, ipse tamen num hic haec locutio fuerit dubitat.

4014 *a* rep. una cum n. 4013.

b prodiisse eisdem effossionibus quibus n. 4015, in fundo igitur *Capobianco* ad viam Nomentanam VIII mill. pass. a Roma, ait MARINI in libro de Arvalibus (rep. *nello scavo del Tudino*(?) MAR. ms.). — Romae apud Pierantonium nescio quem VISC.



a descripsit de Rossi; *b* servaverunt Marini ms. Vat. 9124 f. 206', qui edidit Arv. p. 712, et E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 91; *c* et *d* servavit Marini ms. l. c.

a et *b* coniunxi coniectura; *c* et *d* cum a Marinio una cum *b* exhibeantur, videntur esse eiusdem inscriptionis fragmenta; nec tamen res certa est. — In fragmento 2 v. 1 TICV/ Visc., ICV Mar. (ms.). — 2 fin. PIL Visc., PII Mar. — 3 lin. O fractam fuisse indicant et Visc. et Mar. (ms.), INCC Mar. (ed.). — 6 ACCENSI ~ Visc. — 7 sic Mar. (ms.); ·· Visc., om. Mar. (Arv.). — Apices supra vocalibus productis vv. 2—5 habet solus Mar.

Vv. 1—3 agitur de opere publico quod dedicavit Cerinthi eius, cuius sunt n. 4012—4013, filius (cf. v. 6 *Cerinthi patris*). Deinde recensentur corpora vel genera hominum quae cum opus dedicaretur vel epulo vel sportulis honorata sunt. Agnoscuntur decuriones, seviri Augustales, incolae, corpus libertinorum, corpus iuvenum, in fine videntur fuisse utriusque sexus pueri ingenui. — 2 fin. de *pil*[*ario*] *ludo* agi coniecit Mommsenus. — 8 verba [*i*]*n consulat*[*u*] fortasse ad eandem rem pertinebant ad quam verba aeque obscura inscriptionis n. 4013 *condentibus consulibus*.

4015 tabula marmorea litteris magnis, sed malis et negligenter incisis HENZ. Rep. fossionibus institutis ab Ulysse Pentini iuxta viam Nomentanam VIII mil. pass. ab urbe Roma in un *fondo detto Capobianca* MAR., similiterque ipse PENTINI (*mem.*) qui addit fundum illum esse marchionis Ambr. Lepri. Ex inscriptionibus quas una prodiisse comperium habemus, fragmentum n. 4014 a vere est Ficulense, sed inscriptio Statae matri dicata huius Corp. vol. VI n. 764 sine dubio urbana. Hanc urbanam certe non esse ex ipsis verbis apparet. — Apud Rusconium, cui donavit Pentini PENT. Locum non indicat VISC. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap. suppl. dom. Aug.*).

IN AIS · PRAEDIS · AVRE
LIAE · FAVSTINIANAE ·
BALINEVS · LAVAT · MO
RE · VRBICO · ET · OMNIS
HVMANITAS · PRAESTA
TVR

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti sched. Paris. f. 16, Marini Arv. p. 532 (inde repetivit Pentini *memorie enciclopediche romane sulle belle arti ecc.* II p. 67).

3. 4 *lavat(ur) more urbico.*

4016 fistula plumbea rep. in fondo dicto *le Vittorie, o Casal Vecchio*, a destra viae Nomentanae post VIII miliarium ab urbe Roma, extabat Romae apud Rossios fratres.

L · FVNISV · VETTONIANI

C. L. Visconti *giorn. arcadico* 144 (1856) p. 16 (inde, adhibitis eius schedis, Lanciani syll. n. 374).

L. Funisulani Vettoniani extant tituli Pannonicus Corp. III, 4013 et Foropopiliensis Corp. XI, 571 (Henzen syll. 6432), eiusdem mentio fit apud Tacitum ann. 15, 7 et in privilegiis militaribus n. 54 (Eph. ep. V p. 63) et n. 88 (Corp. III p. 855).

4017 fistula plumbea rep. et adservata cum n. 4016.

o
Q · SERVILI · PVDENTIS
b
TI CLAVDIVS · PHOENIX · FEC

C. L. Visconti *giorn. arcadico* 144 (1856) p. 18 (inde Lanciani syll. aq. n. 373).

Videtur esse consul ordinarius a. 166, ut recte monuit Viscontius.

4018 *un pezzo di condotto di piombo* FEA, similiter GERH., *molti tubi di piombo* NIBBY. Rep. eodem loco quo n. 4012 OMNES, nisi quod AMATIUS (2756) Fidenatem dicit.

P · FABIVS ABASCANTVS FEC

Fea *notizie del giorno* 27 Jan. 1825; Gerhard *Kunstblatt* 17 Mart. 1825; Amati ms. Vat. 2742 et 6786 f. 34; Nibby *analisi* 2 p. (n. 22 p. 87); Amati ms. Vat. 2742 et 6786 f. 34; Nibby *analisi* 2 p. 30. Lanciani syll. aq. n. 372. 435.

4019 epistylium sepulchri videbatur FEAE, sed cum reperta est adhibita erat *per uno specie di soglia di porta*. Rep. eodem loco quo n. 4012, una cum qua exhibet AMATI, sed paullo post, mense Martio 1825, teste FEA (*bull.*), qui addit destinatam esse museo Vaticano.

p. AELIO · AVG · LIB · FRONTONI · CONIVGI *optim*O PATRI PIISSIMO ITE*m*
*ur*ANIAE · DIAE · FELICIS*sime et* ... E FECERVNT ET · SI*bi*

Amati ms. Vat. 2780 f. 1'; Fea sched. f. 172 et *bull. dell' Inst.* 1831 p. 126. Est huius Corp. vol. VI. n. 16742.

1 in. A...G, 1 fin. IT], 2]DIAE Fea.

Iidem sine dubio Fronto et Felicissima qui memorantur in inscriptione Nomenti reperta supra n. 3267; unde possis conicere hanc quoque esse Nomentanam.

4020 traditur una cum n. 4001.

M · AVRE
MENS · LIP
VIX · A
IEB · VIIII
QV CONTRA
OPTIGITI
veteranus? AVG · N · ET ·
*f*ECERVNT · ET ·
*posteri*SQ · EORVM

Amati ms. Vat. 6753 f. 17.

4021 tabula marmorea affixa pavimento basilicae S. Alexandri via Nomentana.

D M
AVRELIANO · FILIO ·
DVLCISSIMO QVI VIXIT ANNIS II M · II
EVTYCHES ET · ZOSIME · PARENT · FEC

Descripsit de Rossi.

4022 tabula marmorea rep. ibi ubi n. 4016. 4017, est Romae in aedibus Merolli.

D. M.
L · CODONIO · FRVCTO
BENE MERENTI
CODONIA · FELICITAS
FRATRI · INCOMPA
RABILISSIMO · QVI
VIXIT ANNIS
XXIII

Descripsit Gatti, recognovit Henzen. C. L. Visconti *giorn. arcad.* 144 (1856) p. 17; huius Corp. vol. VI, 16947.

4023 *(lettere) belliss(ime)*, in parte aversa tituli n. 4006.

D · M
C · CORNELIO
HERACLITO

Amati ms. Vat. 2749 f. 44'; Melchiorri ms.

4024 cippus lapide Tiburtino adhibitus construendis gradibus scalae, unde descenditur ad basilicam S. Alexandri via Nomentana.

C · CVSPI · C · L · PLV
C · CVSPI · C · L
PAMPILVS · MA
CVSPIA · C L · NI
CVSPIA · C · L · C
ETACTA

Descripsit de Rossi.

4025 cippus lapide Tiburtino adhibitus construendis gradibus scalae, unde descenditur ad basilicam S. Alexandri via Nomentana.

CVTIAE · M
METAE ET · CVTIO
Ↄ · L · ERONI · ET
CVTIAE M · L ·
DEMETRIAE SI
BI · ET · LIBERTIS
LIBERTABVS

Descripsit de Rossi.

4026 tabula marmorea. *Ficulesi* AMAT. *de hac et n. 4012, quae vere est Ficulense.* Nunc Romae in aedibus Corsetti.

FLAVINAE · ASTE
FLAVINAE · QVINTAE
LIBERTAE

Descripsit Descemet, contulit Kiessling. Amati ms. Vat. 2750 f. 1.

V. 1 scribendum videtur FLAVINA.

4027 tabula marmorea. *Ficulense* AMAT. Nunc Romae penes Institutum archaeologicum.

D M
Q · H*Aterio*
D E V*tero*
Q · HAT*erius*
ZOSI*mus*
CONLI*berto*

Descripsit Bormann. Amati ms. Vat. 2749 f. 46'.

1 D litteram omisit Borm., habet Amati.

4028 rep. in coemeterio S. Alexandri via Nomentana.

LIVS · Q · F · C
TIANVS
A · T · F ·
sic TAMSNTO
arbitratu e IVLI · Q · L · AMOPTIS
M · SEQVITVR

Descripsit de Rossi.

4029 tabula marmorea. Ficulensis AM. Nunc Romae in repositis musei Lateranensis.

O M
M LARTSOI
MYRTILI
AMIC · OPT · POS
L · NAEVIVS · CRE
TICVS · ET · M LVM
BIVS · CHARITO

Descripsit Detlefsen. Amati ms. Vat. 9750 f. 4'.
1 M habet Am., non vidit Detlefsen. — 6. 7 M PVM SIVS Amati.

4030 cippus ut videtur ex lapide Tiburtino. Rep. eisdem fossionibus quibus n. 4015 ait MAXINIVS in libro de Arv. (*trovato alla scavo del Thdim* MAR. ms.). Cum ex eisdem fossionibus prodierit etiam urbana Corp. VI n. 764, hanc quoque fieri potest ut posterioribus temporibus adlata sit in regionem Ficulensem.

Θ
MAECILIA · Ɔ · L · PRIM
sic ΘMACILIA · P · L · SECVNDA
P · MAECILIVS · Ɔ · ET · PVP · L
APOLLONIVS
MASCILIA · Ɔ · L · HILARA
M · MASCILIVS · Ɔ · L · SALVIV
IN · FR · P · XII · IN · AG · P · XV

Marini ms. Vat. 9121 f. 177, Arv. p. 612.
4 *P. Maecilius, (mulieris) et pup(i) libertus*. — 6 fin. SALVIV tam ms. quam ed. lacuna non indicata.

4031 *marmo servita a chiudere un loculo nel cimitero di S. Alessandro.*

O M
C · NVMISIO
CLVSINO · NV
MISIA HELPIS
MATER FILSO
PISNTISSIMO

Descripsit C. L. Visconti ediditque *giorn. arcadico* vol. 144 (1856) p. 44.

4032 stele marmorea affixa pavimento suggestus, unde divina scriptura populo legebatur, in basilica S. Alexandri via Nomentana.

P · PETRONIVS
EPAGATHVS
ET · ERASTO
FILIO · SIVS

Descripsit de Rossi.

4033 cippus marmoreus. Rep. anno 1824 una cum n. 4011 (*prima scavo Vescovali e Castellani* AMATI), nunc Romae in repositis musei Lateranensis.

DIS · MANIBVS
C · POPPAEO
GEMELLO
VIX · ANN · LXXXX
MENSIB · III · DIB · II
POPPAEVS · PRIMIGENIVS
ATS SVO · BEN · M · FEC

Descripsit Detlefsen. Amati ms. Vat. 9749 f. 24; Melchiorri ms.; Nibby *analisi* 2 p. 50.
5 DIEB Detl., DIB reliqui omnes. — 7 TATE Melch., ATR Detlefs. cum Amatio, PAT Nibby.

4034 fragmentum sarcophagi effossum a. 1854 in ruinis basilicae S. Alexandri via Nomentana.

PVRPVRI
dv LCIS ·

Descripsit de Rossi.

4035 stele marmorea effossa a 1854 in ruinis basilicae S. Alexandri via Nomentana.

O · M ·
RHODINE
F · C ·
DORVS · ET
SYNTYCHE
PARENTES

Descripsit de Rossi.

4036 fragmentum tabulae marmoreae effossum a. 1854 in ruinis basilicae S. Alexandri via Nomentana.

D M
SERVATAE · SYNTR
pHVS · CONSERVS
con VERNAE

Descripsit de Rossi.

4037 cippus lapide Tiburtino adhibitus construendis gradibus scalae, unde descenditur ad basilicam S. Alexandri via Nomentana.

L · SOC ... IVS · L · L
BAS ... VS

Descripsit de Rossi.

4038 tabella marmorea effossa exeunte mense Februario anni 1855 in coemeterio S. Alexandri via Nomentana.

· D · M
L TITIO AC
ELEO COIVG B M
MANTENIA HELPIS
MEMORIAE CAVSA

Descripsit de Rossi. Edidit C. L. Visconti, *giorn. arcad.* vol. 144 p. 49.

4039 rep. una cum n. 4001, est Romae in villa Borghesiorum (*alla capanna*).

L · VÁLLI
VÁLLIA · Aphrodisia et
L · VÁLLIVS · telesphorus fil
OPTIMO · Parentes beNEMER
V · A ... VII · M · I

Descripsit Henzen quae dantur litteris rectis. Amati ms. Vat. 9753 f. 19. Memorat hanc et n. 4040 Nibby *anal.* 2 p. 404.
4. 5 Amati vidit frustula nonnulla nunc deperdita, modo an recte coniuncta sint cum reliqua inscriptione; idem Amatius v. 5 exhibet L · VÁLLIVS · I.

4040 ara marmorea litteris optimis, in cuius fastigio duo pavones prope corbem fructibus repletam. Rep. una cum n. 4081, est Romae in villa Borghesiana in vestibulo musei.

D · M
L · VÁLLI
TRANQVILLIANI
uncus VIXIT · ANN · I · M · V · D · XX patera
VÁLLIVS · TELESPHORVS
ET · VÁLLIA · APHRODISIA
PARENTES

Descripsit Henzen. Amati ms. Vat. 9753 f. 18'.

4041 fragmenta tabulae marmoreae effossa e ruinis basilicae S. Alexandri via Nomentana.

P · VAS ... VS · RHODO
alii ET
VA ... VOLVPTATI
C coniugi ca RISSIMAE
LI ... p OSTERISQ
SVI ... fieri ... IVSSIT

Descripsit de Rossi.

4042 *titoletta rinvenuta nel cimitero di S. Alessandro, ove era servita all' uso di otturare un loculo.*

D M
Q · VSHILI
TROPHIMI

C. L. Visconti *giorn. arcad.* vol. 144 (1856) p. 50.

4043 tabula marmorea effossa e ruderibus imae basilicae S. Alexandri via Nomentana.

D · M
VEIENO
CICERONI

Descripsit de Rossi. C. L. Visconti *giorn. arc.* vol. 144 p. 51.

4044 fragmentum tabulae marmoreae effossum e ruderibus basilicae S. Alexandri via Nomentana.

D M
VETVRI
...

Descripsit de Rossi.

4045 tabula marmorea effossa a. 1855 e ruderibus basilicae S Alexandri via Nomentana.

D · M ·
M · VLPIVS · EVTROPVS · ET ·
FLAVIA VICTORINA · FEC ·
M · VLPIO · EVTROPO · FIL · DVLC ·
ET · SIBI · ET · LIB · LIBERTABVSQ
· POST · EORVM ·

Descripsit de Rossi. Edidit C. L. Visconti *giorn. arcad.* vol. 144 p. 52.

4046—49 fragmenta effossa e ruderibus basilicae S. Alexandri via Nomentana.

4046 litt. pulcherrimis et magnis

ES
e X · T [illegible]
[illegible] ATV · C
TVM · A [illegible]

4047

· V A O R
E D E S S
[illegible] E N T I F E C

4048

D
FEC
POS
[illegible]

4049

OCSA
AICTIXOC
ONRPE
CT

Descripsit de Rossi. Fragmentum n. 4046 vide ne coniungendum sit cum n. 4028.

4050 Ficuleae.

NARIS
[illegible]ERELLA
NVIA CHRES
RIA FECIT

Amati ms. Vat. 9749 f. 45.

4051 rep. una cum n. 4001.

VS RVB
ISCA · CO

Amati ms. Vat. 9753 f. 19.

4052 Ficuleae.

ALIS
TARV

Amati ms. Vat. in folio non numerato.

4053 Ficuleae

FRAT
FI

Amati ms. Vat. in fol. non numerato

4054 arca marmorea habens in operculo sculptam historiam Ionae, in ipsa arca ab altera parte inscriptionis sacrificium Abraami, ab altera parte Christum caeco manus imponentem. Rep. in fundo principis Borghesii cui nomen Olevano iuxta viam Nomentanam VII mili. passuum ab urbe Roma fossionibus institutis ineunte anno 1826 iussu domini fundi a Castellanio AMATI. Romae in villa Borghesia ante multos annos vidit DE ROSSI, sed inscriptio praeter vv. 6. 7 evanida erat facta.

SEXTO ACERRAE LVPO
DVLCISSIMO FI
LIO QVI VIXIT ANN
IS VII · MENS · VIII
VRBANVS ET IVS
TINA PARENTES
AMANTISSIMI

Amati ms. Vat. 9753 f. 17' et in actis Arcadum vol. 32, 1826 p. 96 (inde sine dubio Cardinali *dipl.* n. 617).

4055 arca habens ab utraque parte inscriptionis sculptum bonum pastorem reperta una cum n. 4054.

SEXTO ACERRE
VRSO SANCTO
QVI VIXIT
ANNIS · VI ·
MENSES · VIII ·
DIEBVS · VII ·
FILIO · DVL
CISSIMO
VRBANVS
ET IVSTINA
PARENTES
SANCTO HISPIRITO
VRSO IN PACE

Diario Romano d. 11 Mai. 1826, Amati ms. Vat. 9753 f. 18 et in actis Arcadum vol. 32, 1826 p. 95 (inde sine dubio Cardinali *dipl.* n. 616 7 FILI·, vv. 12 et 13 omittit *Diario*.

XXXIX. FIDENAE *(la Serpentara)*.

Oppidum Fidenae[1]) dictum plurimis auctoribus, raro dictum singulariter Fidena (Verg. 6, 773; Sil. 8, 15, 25; Plin. h. n. 16, 41; Tac. ann. 4, 62; item Φιδήνη Dionysius constanter et Plutarchus Rom. 17. 23. 25, Popl. 22. Stephanus Φιδήνη et Φιδήνα agnoscit), fuit inter oppida quae ab Albanis regibus condita esse Romani putabant testibus Vergilio Aen. 6, 773, Dionysio 2, 53, Stephano Byzantio s. v., Solino 2, 12, quibus accedit Plinius h. n. 3, 69 recensens Fidenates inter populos olim in monte Albano carnem accipere solitos. Nihil tribuendum est ei rei quod idem Plinius alio loco (3, 107) eosdem sine dubio Fidenates recenset inter Sabinos; qui error, ut similis error de Nomentanis et Ficuleatibus, inde videtur natus esse quod haec pars Latii ab Augusto quartae regioni Italiae attributa erat (etiam liber coloniarum p. 255 recenset Fidenas inter civitates eius provinciae quae regionem quartam Augusti postea comprehendebat, Piceni et Flaminiae). Maioris momenti videtur esse quod nonnulli auctores Fidenates fecerunt Etruscos; certe Strabo 5, 2, 2 p. 226 Fidenas una cum Veiis enumerat inter urbes Etruriae, et Livius 1, 15, 1 diserte scribit Fidenates Etruscos fuisse. Quae fama potest esse vera, potest esse etiam inde orta quod Fidenates in bellis priscae aetatis saepissime cum Veientibus Etruscis steterunt contra Romanos. Livio et Dionysio si credimus, primus bellum gessit cum Fidenatibus Romulus (Liv. 1, 14, 4; Dion. 2, 53, cf. Plut. Rom. 17, 23) urbemque eorum cepit (cf. Plin. h. n. 12, 11) et vel praesidio firmavit vel colonos Romanos eo deduxit (Dion. l. c.; Liv. 1, 27, 3; cf. Plut. Rom. 23, qui et numerum colonorum ex vetere aliquo auctore exscripsit et diem natalem coloniae, similiter ut fecit in altera colonia Romuli Cameria); quae res, nam ita narratur, causam dedit Veientibus et ipsis bellum Romanis inferendi, quo bello victi sunt apud ipsas Fidenas. Postea desciscentes Fidenates et cum Veientibus se coniungentes devicit Tullus Hostilius (Liv. 1, 27, Dion. 3, 6, c. 23 seq.); mox Ancus Marcius cuniculo in arcem acto Fidenas urbem cepit (Dion. 3, 39. 40); deinde eandem ab Etruscis occupatam expugnavit Tarquinius Priscus et Romanorum praesidio — sive ea colonia fuit — firmavit (Dion. 3, 57. 58), denique socios infideles et ad Latinos deficientes (Dion. 5, 40) et anno 254 et anno 255 alter consulum obsedit (Dion. 5, 52. 58; Liv. 2, 19), donec anno 256 fame ad ultimam necessitatem redactos in deditionem eos accepit eisque praesidium imposuit A. Larcius (Dion. 5, 59. 60). Inde aliquamdiu silentium est de Fidenatibus; anno demum 317 dicuntur, cum anno 316 cum Veientibus se coniunxissent et Romanorum legatos occidissent (Liv. 4, 17), una cum Veientibus et Faliscis a Mamerco Aemilio dictatore fusi esse fugatique (Liv. 4, 18. 19) — triumphus quem dictator egit (Liv. 4. 20, 1) videtur fuisse memoratus etiam in fastis Capitolinis —, mox anno 319 cuniculo in arcem acto expugnati (Liv. 4, 22, 2), rursus cum anno 328 caesis Romanorum colonis, quorum paullo ante numero auctus erat (Liv. 4, 30, 6), denuo cum Veientibus se coniunxissent (Liv. 4, 31, 7), intra paucos dies ab eodem Mamerco Aemilio dictatore Romano victi esse (Liv. 4, 33), urbs Fidenae expugnata (Liv. 4, 33). Diodorus 12, 80 eo ipso anno, quo Livius Fidenas ab Aemilio dictatore captas esse scribit, pugnam ancipitem Aemilio dictatori et A. Cornelio magistro equitum fuisse cum Fidenatibus refert. Nescio quae Fidenarum expugnatio memoratur etiam a Verrio Flacco in fastis Praenestinis ad d. 10 Ian. Hoc apparet Romanorum memoriae inhaesisse, fuisse maioribus ipsorum longinqua bella cum Fidenatibus et ea gravissima potissimum propter coniunctionem Fidenatium cum vicinis Veientibus, quorum ager a Fidenate non videtur fuisse divisus nisi Tiberino amni[2]). Post Veios captos Fidenates quoque videntur fuisse sub dicione Romanorum. Nam quod Varro de l. L. 6, 18 (cf. supra p. 447) narravit, post cladem Gallicam inter reliquos finitimos populos Fidenates quoque adversus Romanos coniuravisse, ducem etiam coniuratorum, Postumium sive potius Postumum Livium, fuisse ex Fidenatibus (Macrob. sat. 1, 11, 37)[3]), id, quamquam ipsa res fortasse magis vera est quam omnes illae Fidenarum expugnationes, tamen ad certum aliquod tempus sine dubio relatum est sola coniectura. Dirutas esse Fidenas a Romanis non tradit Livius, adfirmant Florus 1, 6, 4 (*crematae suo igne Fidenae*) (hunc locum Flori in mente habuit Ammianus Marcellinus 23, 5, 20) et Eutropius 1, 12 (*Fidenae captae et excisae*); atque etiam Macrobius sat. 3, 9, 13 Fidenas recenset inter oppida quae devota esse 'in antiquitatibus' invenerat. Nihilominus oppidum Fidenae exstitit etiam multo post, quamquam ab incolis paene derelictum (Cic. de leg. agr. 2, 35, 96; Strabo 5, 3, 2 p. 230 qui recenset Fidenas inter Latinas olim urbes iam κώμας κτήσεις ἰδιωτῶν; Plin. h. n. 3, 68 qui item recenset Fidenas inter Latina oppida olim clara iam nulla), ita ut propter solitudinem, similiter atque Gabii et Ulubrae, paene in proverbium abierit (Horat. ep. 1, 11, 8; Iuvenalis 6, 57. 10, 100; cf. supra p. 278); senatum tamen et magistratus habuit certe extremis liberae rei publicae temporibus et tota aetate imperatoria; si quidem aetate fortasse Sullana — nam huic videtur adtribuendus esse titulus n. 4023 — duoviri L. Manilius et L. Marcius agrum vel locum aliquem publicum Fidenatium terminaverunt, et in inscriptione n. 4057 scripta sub Traiano memoratur senatus Fidenatium[4]), et inscriptionem n. 4050 Gallieno posuit item *senatus Fid(enatium)*[5]), ex qua inscriptione etiam hoc discimus, *dictatores* illa aetate appellatos esse magistratus Fidenatium, fortasse eos ipsos qui in titulo longe antiquiore n. 4023 modestius appellari voluerunt duoviri[6]). A scriptoribus imperatorum aetate memorantur Fidenae aliquotiens propterea quod prope eas anno p. C. 27 ruina amphitheatri, quod Atilius quidam libertini generis quaestus sui causa tumultuario opere extruxerat, multa hominum milia occisa vel debilitata sunt (Tacit. ann. 4, 62; Suet. Tib. 40, Cal. 31; Orosius 7, 4, 11); et quod fuit prima statio viae Salariae (Tac. hist. 3, 79). Sitae enim fuerunt Fidenae in via Salaria, teste tabula Peutingerana (unde nominantur etiam apud Anonymum Rav.), ubi nomen viae adscriptum est, et quidem XL stadiis sive V millibus passuum ab urbe Roma, teste Dionysio 2, 53. 3, 27. 10, 22 (in tabula Peutingerana numerus intervalli a Roma excidit) — Eutropius tamen (1, 4. 1, 19) VI mil. pass. distare a Roma ait Fidenas —, iuxta Tiberim amnem testibus eodem Dionysio 3, 25 cf. 2, 53 et Livio 4, 31, 6, ita ut recte fere iam Holstenius statuerit fuisse Fidenas loco dicto *la Serpentara* ubi est villa gentis Spadae[7]); quam rem postea confirmaverunt tituli duo ipso illo loco reperti n. 4052 et 4023. Episcopus Fidenas memoratur in actis ecclesiae anno 502, episcopus Fidentinensis (quem et ipsum ad Fidenas pertinere volunt) anno 280 (Ughelli X p. 37).

Non separavi a Fidenatibus inscriptiones nonnullas repertas in via Salaria tam iuxta Fidenas Romam versus quam ultra locum quo Fidenae fuisse videntur Sabinos versus (n. 4025. 4068. 4069).

1) Prima syllaba corripitur a Vergilio 6, 773, producitur ab Horatio ep. 1, 11, 8 et Propertio 4, 1, 36 et Iuvenali 2, 57. 10, 100 et Martiali 4, 64, 15, cf. *Fidenatius* nomen supra n. 3999. 3188.

2) Bene nuper hanc rem illustravit O. Richter Hermae vol. 17 (1882) p. 428 seq.

3) Macrobii verba si recte se habent, Postumus ille Livius fuit dictator Fidenatium; verum conlatis verbis Plutarchi Rom. c. 29 (ἐστράτευον ἐπ' αὐτὴν πολλοὶ τῶν Λατίνων, ἄρχοντα Λίβιον Ποστούμιον ἔχοντες), apud Varronem Livius ille Fidenas videtur fuisse potius dictator Latinus (similiter civem Tusculanum dictatorem Latinum habuimus supra p. 263).

4) Has duas inscriptiones ignoravit Mommsen cum scripsit quae leguntur Hermae vol. 17 p. 46.

5) Etiam primo post Chr. saeculo Fidenas fuisse municipium ut credam, adducor verbis Taciti 4, 62 qui adnotat amphitheatrum Fidenis collapsum a. p. C. 27 ab Atilio non *municipali ambitione, sed in sordidam mercedem* extructum fuisse. Aliter Mommsenus Hermae vol. 17 p. 48 not. 6.

6) De dictatore Fidenatium apud Macrobium sat. 1, 11, 37 vide not. 3.

7) Cluverius p. 636 paullo ultra illum locum Fidenas fuisse voluerat ibi ubi est *Castel Giubileo*.

4056 Fidenis effossa a Castellanio (*sig. Castellani, dallo scavo fidenate riaperto; mi dice in quadrone di marmo, in mezzo ad una stanza che per avere i muri di stagno a tubi per l'acqua, giudica un bagno*) AMATI 9737. — S. l. AMATI altero loco.

HERCVLI
VICTORI
AT · CAPITO
D · D

Amati ms. Vat. 9737 f. 36 a Castellanio, ut videtur; idem in scheda non numerata.

3 AI (pro AT) Amati in scheda non numerata; fortasse legendum *At(eius)*.

4057 locus nullus adnotatur. — Romae MVRAT.

NVMINI DOMVS Aug
BLASTVS BVTACT(anus) et
SECVNDVS IVLI QVADRati
COS · II · LIB · OB HONOREM Vexerunt
ET ITALIA LIB RIVSOrum
OB MAGISTERIVM B d
DEDICAVERVNT XIIII K OCT · B
M · CLODIO LVNENSE....
ET P · LICINIO CRAESO COS
QVO DIE ET SPVLVM DEORVNT
INCENDIO CONSVMTVM SENATVS
PIORNATIVM RESTITVIT

Legitur litteris minusculis in schedula inserta codici Ambrosiano A 55 inf. f. 6 scripta fortasse manu Accursii, inde edidit Murat. 316, 4 'e schedis Mariangeli Accursii'.

1 inter NVMINI et DOMIVS (sic enim est in schedula) lacuna significatur. — 3 SECVNDVS voluit qui schedulam scripsit (secūdus); male STRIOVS Murat. — 6 MAGIET ... PERIVM ... BV traditur; lege magisterium B(onae) d(eae). — 7 OCTB traditur. — 8 LVNENSA, 9 CRAPO Mur. contra schedulam. — 11 CONSVMTVM voluit qui schedulam scripsit; male CONSVMTVS Murat.

6 Blastus hic servus, cuius nomen praecedit nomen liberti consularis, fuit sine dubio ex domo Augusta. — 3 significatur C. Antius A. Iulius Quadratus consul iterum anno 105 p. c. (cf. Henzen act. Arv. p. 176). — 8. 9 hi consules praeterea ignoti sunt.

4058 cippus REGGI. Rep. ad villam marchionis Spadae, via Salaria mense Dec. 1767 AMAD., (mense Iul. 1766 CHAVPY).

MAGNO · ET
INVICTO · IMP
GALLIENO PIO
FELICI AVGVS
TO · SENATVS · FID
DEVOTI NVMINI
MAIESTATIQ EIVS
DICT · C · PETR · PODALIRIO
ET · T · ASLIO · OCTOBRE · CV
RAG · T · TER · OCTOBRS

Amaduzzi, qui vidit a. 1766, anecdota litteraria vol. 1 (1769) p. 462 n. 6; Chaupy maison d'Horace III (1769) add. p. V cf. p. 258, Reggi inter Marinii schedas Vaticanas. Pendent a prioribus Nibby viaggio 1 p. 84 (inde Orelli 112); Guattani mon. Sabini vol. 2 (1828) p. 358. Marinium de hac inscriptione commentarium paginarum trecentarum scripsisse et misisse Oderico narrat Marinus Marini degli aneddoti di Gaetano Marini (Romae 1822) p. 44, qui commentarius quo pervenerit mihi incompertum est.

1 MAGNO vocabuli ultimam litteram evanidam esse significat. 2 IMP, 6 NVMENI Reggi. — 7 MAIESTATI Reggi, MAIESTATIQVE Nibby. — 9. 10 CV|RAG Amad. Chaupy Reggi Nibby, CV|RAT Guattani. — 10 TERTIO Chaupy. — OCTOBRP Reggi.

4059 fragmentum tabulae marmoreae litteris magnis. Repertum dicitur una cum n. 4062, extat Romae apud Bianchios.

· XX · VALERIA
vir gloriosissimus NARSES · EX PRaeposito sacri palatii ex cons.
PATRicius

Descripsit Gatti.

2. 3 supplevi ex huius Corp. vol. VI n. 1199, quem titulum idem Narses posuit a. 565 in ponte viae Salariae recens restituto. Hunc quoque titulum crediderim pertinuisse ad restitutionem partis suburbanae viae Salariae. V. 1 videtur significari Valeria provincia, ad quam, ut Tibur (cf. supra p. 366), ita hic quoque angulus Latii et Sabinorum aetate labente potest pertinuisse. Numerus XX quid sibi velit nescio; neque omnino quomodo titulus nimium mutilus conceptus fuerit.

4060 in via Salaria quattuor millibus pass. et DCCL a Roma *si vedono incastrati al casale fregi e tavole di marmo col frammento*

...*tr. mil.* · QVAESTORI

F. Gori *giornale arcadico* vol. 174 (1862) p. 231 (= *dal ponte Salario di Roma a Fidene* p. 6).

Initio ...III. traditur

4061 rep. a. 1767 in Villa Spada dicta la Serpentara extra portam Salariam AMAD. MAR.

D m
L · GRATIO · PR
SQ · S · Q · V · AN · X
D
CASSONIA
CONIVGI · INcomparabili
BENE · MER
VIVAS

Amaduzzi anecdot. litter. 1 p. 472 n. 66; Marini ms. Vat. 9166 f. 156.

1 D om. Mar. — 3 ANN, 4 D·X.. Amad.

4062 sarcophagus cum fabula Thesei (opus anaglyphum delineavit et enarravit M. Mayer *arch. Zeitung* 1884 p. 273 seq.). Rep. effossionibus institutis a fratribus Bianchi *sul confine dei due tenimenti di villa Spada e di Castel Giubileo, a circa 200 metri ad oriente della Salaria*, extat Romae apud Bianchios (*via della Minerva* 57).

D M
ARTEMIDORI ae
AVG · LIB · ADLECTO
A MEMORIA
Q · V · ANN · XVII
D · XVII · VALERIA
PHILOCENE
FILIO · DVL
CISSIMO

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degl. scavi* 1883 p. 372, *bullettino munic.* 11 (1883) p. 237

4063 cippus lapidis Tiburtini sub villa Spada DSTL; *esiste in una casa rurale sotto la villa Spada* GOSI. Ubi nunc extet nescio

PVBLIC · FID ·
L · MANILI · Q · F
L · MARCI · L · F
DVO · VIREI · III
TERMINAVERE

Descripserunt Detlefsen et Rosa, unde ediderunt Henzen *bull. dell' Inst.* 1862 p. 171 et Mommsen huius Corp. vol. I n. 1111. F. Gori *giorn. arc.* vol. 174 (1862) p. 236 (= *dal ponte Salario di Roma a Fidene* p. 14).

Sullanae potius aetatis videtur quam Com... nanae.

4064 in agro Crustumerino, ad Alliam ...

Q · AQVILLIVS
MONIAE

Descripsit Detlefsen.

4065 cippus marmoreus. Fidenatem ... AM. (cf. ad n. 4066); Marcigliana ... Salaria VIII m. p. ab urbe) NIBBY. ... Romae in museo Lateranensi.

D · M
aeternae CAELIAE *paren...*
GAI · FIL
SECVNDILLAE

Descripsit Michaelis. Amati ms. Vat. 9737 f. 36'; Nibby analisi 6 p. 663.

Una cum hac prodierunt inscriptiones Graecae complures, in his inscriptio Aeliae ... Philippae posita a Serio Augurino, edita ... Henzeno ad Borghesii opp 6, 298. ... recte Nibbyus l. c. commemorat ... inscriptio Naeviae Spondusae defunctae ... triginta ab eodem memorata ... fuerit an Graeca, nescio.

4066 basis. Extabat olim Castel Giubileo *in una piccola cappella, che serve per'uso dei coltivatori* NIBBY, qui addit non multo ante translatam esse in museum Vaticanum. Apud d'Este AM. In vinea Bucci ROSSI.

SEX · COCCEIO
HONORATO ·
FRATRI
BENEMERENTI
SEX · COCCEIVS ·
SERTORIANVS ·
FECIT
ARBITRATV ·
AVRELI ·
DIONYSI ·

Descripsit de Rossi. Nibby *viaggio* 1 (1819) p. 87 (inde sine dubio Guattani *monum. Sabini* 2 p. 357); Amati ms. Vat. 9762 f. 25'.

4 in. primam litteram videtur agnovisse Nibby, non agnoverunt Amati et de Rossi.

4067 rep. *nella villa del march. Spada chiamato la Serpentara,* deinde Romae in aedibus Spada AMAD. Nunc Neapoli in museo.

D · M
HERMAIS HER
METIS FILIA
VIX · AN · II ·
M · II · D · XIII ·
FEC · PATER

Descripsit Mommsen inscr. Neap. n. 6844. Amaduzzi *novelle Fiorentine* 1773 p. 4; Fiorelli catal. mus. Neap. n. 188.

4068 sarcophagus marmoreus magnis et optimis litteris. *Fidenati* superscripsit AMATI, sequuntur haec et n. 4065. 4069. Nunc Romae in museo Vaticano (*giardino della pigna*).

IVLIAE · EPIC*TESI.....FILIAE* SVAE
A · IVLIVS · CA(?)T*ulli*(?)VS · FECIT

Descripsit de Rossi, recognovit Huelsen. Amati ms. Vat. 9753 f. 38'.

1 litteras nonnullas servavit solus Amati; eas dedi inclinatis.

4069 Fidenatem esse ait AMATI, cf. n. 4068.

CN · MINAT
MINATIA
PONTIAE
PONTIAE
FILIAE
MINA *tia*

Amati ms. Vat. 9753 f. 38'.

4070 sub Castel Giubileo, *verso la metà del colle, si vede un pozzo, avanti il quale in un marmo antico si legge:*

*c. pe*TRONIO
*opt*ATO
POSVIT
C · PETRONIVS
OPTATI · L
ISOCHRYSVS

Nibby *viaggio* 1 (1819) p. 87 (inde sine dubio, non laudato auctore, Guattani *mon. Sab.* 2 p. 357).

4071 fragmenta duo litteris magnis et bonis. Castel Giubileo *sulla bocca della cisterna.*

a L · SALVIVS

b OSITIA ·

Nibby *viaggio* 1 (1819) p. 87 (inde sine dubio Guattani *mon. Sabini* 2 p. 357).

4072 longus lapis marmoreus litteris evanidis Fidenis in villae Spadae casa rustica adhibitus pro grado introitus.

/ / / / / *bene* m E R E N
/ / / / / / / OPTIMO · DV*lcis*
/ / / / / *an* · XXXIX · MEN ...
/ / / / / / / TVM VLTVS
/ / / / / / / / / *ves* · ET ...

Descripsi anno 1882.

4073 in via Salaria una cum n. 4062 dicitur prodiisse *un mezzo sarcofago di terracotta* [?] *alto m. 0,23, lungo m. 0,88, con ornato di colonnine e di face, nel mezzo due tigri che si dissetano ad un vaso ansato, nel campo le lettere:*

MA MAT
O
exo

Notizie degli scavi 1883 p. 373.

AQVAE VRBIS ROMAE. VIAE.

Consuetudini huius Corporis obsecutus seposui in hunc locum inscriptiones complures quae non recte coniungi videbantur cum reliquis inscriptionibus earum civitatium intra quarum territoria repertae sunt, nempe cippos positos iuxta rivos aquarum in urbem Romam perductarum, et miliarios qui dicuntur collocatos olim ad margines viarum publicarum populi Romani, hos tamen non omnes, sed eos tantum qui nondum in hoc Corpore (vol. IX et X) leguntur.

4074 'qua diverticulum a Valeria versus meridiem procedendo in Sublacensem recto tramite incidit .... veteris aedificii rudera concamerata visuntur .... inter quae et statuam togatam et tabulam marmoream sic inscriptam iacere reperimus' FABR. (aq. p. 111 cf. p. 93: 'Marciae caput ex distantia III millium passuum a via Valeria et intra spatium CC passuum sinistrorsus a diverticulo, per quod ab ea in Sublacensem fit transitus'); prope fontes aquae Marciae FABR. (inscr.).

IMP · CAESAR
DIVI · F
AVGVSTVS
EX · S · C
CIↃCCXLII · P · CCXL

Fabretti de aquis p. 111 (101 ed. 2), inscr. 661, 507 (inde Corp. VI n. 1251 b p. 270).

4075 cippus lapidis Tiburtini latus m. 0,50 repertus a. 1867, *quando costruivasi lo speco della marcia-pia; sta a m. 700 a valle del ponte di Anticoli, sul lato sinistro della Valeria, quasi a piombo sull' antico speco.*

MAR
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVGVSTVS
EX · S · C
ↀCCXCVII · P · CCXL

Descripsit Stevenson. Lanciani *bull. municipale* 8 1880 p. 18, *le acque* p. 68.

4076 cippus altus ex lapide Tiburtino, advectus ex Marsis, nunc Tibure apud Paullum Columnam MAR. Tibure in aedibus Columnae MING. Ibi adhuc.

MAR
IMP · CAESAR
DIVI · F
AVGVSTVS
EX · S · C
ↀCCLII · P · CCXL

Descripsi. Mingarelli in ephemeride Veneta *la Minerva* d. 20 Oct. 1763, Marini Vat. 9127 f. 262 ('in sch. Mauri Sartii Camaldulensis'); Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 329; Mommsen *Zeitschrift f. gesch. Rechtswissensch.* 15 p. 292 (inde Henzen syll. n. 6636), huius Corp. vol. VI n. 1251 a.
1 om. Mommsen (item Ming.), non recte. — 6 errore est in Corp. vol. VI CCXXL.

4077 cippus lapide Tiburtino aquae Marciae (sine loci indicatione) FEA.

MAR
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVGVSTVS
EX · S · C ·
ↀCCLX · P · CCXL

Fea sched. I. 251 manu aliena litteris minusculis (inde huius Corp. vol. VI n. 1250 c).
5 lin. CXXC traditur.

4078 rep. presso Castelmadama SEB.; 'in aquaeductu Marciae' (i. e. sine loci indicatione) MELCH.

MAR
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVGVSTVS
EX · S · C
ↀCCXLVI · P · CCXL

Sebastiani *viaggio* p. 319; Melchiorri ms. a P. H. Viscontio acceptum (inde Corp. VI n. 1250 β p. 848).
5 ↀCCXLVI Melch., C·ↀXLV Seb., deinde P·CCXII uterque auctor.

4079 locus non indicatur.

ANI
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVG · EX · S · C
CↀXXXII · P · CCXL

Servavit Zaratinius Castellini in additamentis ms. ad librum Smetii bibl. Veron. f. 22' (unde edidit Malvasia *Aelia Laelia* p. 179). Huius Corp. vol. VI n. 1243 *f*.
2 CÆSAR Cast. — 4 P·C·L Cast., P·CCXL Malv.

4080 sub Tibure loco qui volgo Cassano dicitur SMET., Tibure in villa Cassiana LIG.

ANI
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVGVST
EX · S · C
CↀI · P · CCXL

Smetius ed. 1, 6 (inde Grut. 149, 3) 'Ant. Mordionius exscr. et dimensus est'. Ligorius Taur. vol. 20; in Gruter. editione altera adhibentur schedae Pighii. Huius Corp. vol. VI n. 1243 *e*.

1 om. Smet., habent Lig. Pigh. — 3 AVG Lig. — 4 om Smet., habet Lig. — 5 CↀI Smet., CↀL Lig. — P·CCCXX et Smet. et Lig.
'Totidem passus a vicinis ruinis aedificii antiqui' Smet.

4081 Tibure LIG. (Neap. 39), nella chiesa di S. Francesco addit idem Neap. 35), deinde in villa card. Ferrariensis IDEM (Taur.)

MAR
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVGVST · EX · S · C
DCCCCXXIII · P · CCXL

Ligorius Neap. lib. 35 p. 188 et lib. 39, Taur. vol. 20 (inde pendet Marini sched. Vat. 9127 f. 260 laudans schedas Holstenii). Huius Corp. VI n. 1243 *i*.
3 AVGVST Neap. 39, AVGVS Neap. 35, AVG Taur. — EX·S·C om. Taur. — 4 CCXL Neap. 35, CCXI Neap. 39, XL Taur.

4082 *in un travertino vicino a Tivoli.*

DIVI · F · AVGVSTI
DCCCIII · P · CC

Anonymus in schedis Lupii cod. Vat. 9143 f. 83 (inde huius Corp. vol. VI n. 1258a p. 270).

4083. 4084 cippi duo ex lapide Tiburtino. *Esistono nel loro posto antico vicino a Gallicano, l' uno nel sito chiamato le selle, l' altro all' Obrego dell' ermito ossia alla macchia dell' olmeto* GARR. Quaesivi a. 1878 alterum cippum olla *macchia dell' olmeto*, nec tamen inveni; locum *le selle* ne incolae quidem Gallicani indicare mihi potuerunt.

4083	IMP · CAESAR DIVI · F · AVGVST · EX · S · C dCIIX · P · CCXL	4084	IMP · CAESAR DIVI · F · AVGVST · EX · S · C DCLXIX · P · CCXL

Garrucci *bull. dell' Inst.* 1861 p. 38 (inde huius Corp. vol. VI n. 1213 c *d*).

N. 1883 v. 3 dedi ut supplevit Garruccius; sed vide ne praestet supplere dCIIX.

Ad Anienem veterem rettulit cum edidit Garruccius, argumentis non adlatis; res non certa est, ut monuit Lancianius *le acque* p. 44. 48; possis cogitare etiam de aqua Marcia.

4085 [Tibure] in aede divi Benedicti LEONC f. 3' MANC. — 'Ibidem' LEONC. f. 4, praecedunt n. 3862 et 3787, quarum huic et ipsi Leoncinius praescripsit 'ibidem', illam collocavit 'in domo Salviati Sancti Rubei privati civis'. (Duo exempla inscriptionis ita fractae Leoncinio visa esse non crediderim.) — Ad aquas Albuneas GRVT., male, cf. ad n. 3588.

imp | CAESAR
divi f | AVGVSTVS · EX · S · C
| P · CCXL

Servavit Leoncini ms. f. 3' iterumque f. 4, inde pendet Mancini apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 3'; ex Mancinianis Manutius Vat 5237 f. 422'; Gret. 187, 9 'ex Ursini schedis'. Huius Corp vol. VI n. 1243 *y* (p. 288).

Titulum fractum esse non traditur. — 3 CCXI Leonc. f. 3' (non f. 4)

Hos cippos positos omnes a Caesare Augusto inter annos ut probabile est 743, quo facta sunt senatus consulta de aquis (Frontin. c. 100—127), quorum unum horum inscriptionum versibus secundis vel tertiis significatur, et 749, quo Augustus rivos aquarum omnium a se refectos esse scripsit in arcu a use Marciae (Corp. VI, 1244), spectare certum est ad alteram utram ex duabus aquis, Marciam et Anienem (veterem), quippe quae solae aquarum ante Claudium imperantem Romam perductarum illam partem Latii tetigerint. Et habent ex his cippis bona pars (n. 4075—4078. 4081) *inscriptum* nomen Marciae, nonnullae (fortasse sola n. 4079, cum n. 4080 non satis certa nitatur auctoritate) nomen Anionis; n. 4874 Marciae esse ex loco ubi repertus est colligitur; n. 4082—4085 ad utram aquam pertinuerint, incertum est.

Sequuntur cippi milliarii viae Laurentinae duo n. 4086 et 1887; his adiunxi n. 4088, qui viae Tusculanae vel diverticuli a Labicana Tusculum ferentis creditur, quamvis suspectum. Reliquarum viarum quae intra fines veteris Latii desinebant, Ostiensis Tiburtinae Praenestinae Nomentanae, nulli extant cippi miliarii; item nullus extat viae Salariae ante tricesimum primum (huius Corp. vol. IX n. 5913. 5944) qui iam incidit in medios Sabinos. Labicanae extat tertius (huius Corp. vol. X n. 6882), Latinae decimus ut videtur (*vol.* X n. 6861), Appiae extant quintus et septimus (vol X n. 6816—6818); sed hi omnes propius urbem Romam reperti sunt quam ut recipi debeant in hoc volumen: solus fortasse Latinae decimus incidit in territorium municipii Tusculanorum. Reperta est in ea regione, cuius titulos dedimus supra p. 366, sub Marano oppido, columna milliaria tricensima octava pertinens ad viam Sublacensem (milibus numeratis ab urbe Roma); sed huius inscriptionem cum recensuerit Mommsen huius Corp. vol. IX n. 5971, hoc loco repetere nolui.

4086 *percorrendo ieri la via, ora denominata di Decimo, dal casale della tenuta con eguale nome distinta . . . . . ., mi si fece conoscere, che alla distanza di circa mezzo miglio dal suddetto casale era stata rinvenuta una antica colonna migliaria. . . . . non mancai di farla rialzare nel preciso luogo in cui fù rinvenuta* CANINA. Extat adhuc eodem loco, in via Decimo Praticam, a dextra viae Praticam eunti, a Decimo aliquanto minus chilometro.

XI
TI · CAESAR · AVGVSTVS
PONTIF · MAXIMVS
TRIB · POT · XXXII a. 30/31

Descripsi. Canina *bull. dell' Inst.* 1848 p. 120 (inde Henzen syll. n. 5116).

2 AVGVST Canina, non recte. — 3 fin. videtur fuisse MAXIMVS, licet ultimae duae litterae vix agnoscantur, MAXIM Canina. — Post v. 4 lapis admodum corrosus est; ac fieri potest ut ibi scriptus fuerit versus quintus.

4087 columna. Decimo *nell' angolo del casale, aderente alla strada a sinistra* NIBBY (a. 1823). Nunc iacet intus Decimi in cavaedio

P F INVICTO
AVG
MIL XI

Descripsi. Nibby *anal.* 1 p. 543 (inde Canina *bull. dell' Inst.* 1848 p. 121); Amati ms. Vat. 9742 f. 37' et in scheda non numerata.

1 F om., 3 II (pro MIL) Nibby, male. — Nibbyus tribuit Maxentio propter formam cippi et litteraturam non diversam, ut ait, a lapide milliario Maxentii nunc Capitolino (olim collocato ad septimum lapidem nescio cuius viae, huius Corp. vol X n. 6886), recte ut puto, cum etiam reliquae viae suburbanae aevo labente a solo Maxentio milliariis distinctae esse inveniantur (Corp. vol. X, 6818. 6881. 6888. 8308).

4088 fossoribus in vetere Tusculo institutis mense Sept. 1825 produisse columnam inscriptam numero XV, quam pro columna milliaria habuit, narrat Biondi ms. (cod. bibl. Sap. 106 E f. 87. 101' et act. acad. pontif. X p. 374; de eadem columna ut testis oculatus verba facit Nibby *anal.* 3 p. 295. 338, eandem delineavit Canina *Tusc.* tab. XIV cf. p. 82. 126 (locum ubi stetisse dicitur indicavit in ichnographia veteris Tusculi l. c. tab. VI). Extitisse igitur talem columnam post Caninam nemini visam, nuper a me et a compluribus amicis frustra quaesitam) certum est. Verum fuisse eam columnam milliariam et indicari ea numerum milium passuum inter Romam et Tusculum ego ut credam adduci non possum. Abest enim Tusculum a Roma multo minus quindecim milibus passuum (stadiis C sive mill. $12^{1}/_{2}$ secundum Dionysium 10,20 et Iosephum ant. 18,8,6). Operae pretium est videre Biondium Nibbyum Caninam intervallum quod intercedit inter Romam et Tusculum ad XV milliaria variis flexibus ostendentes. Nisi valde fallor, Biondius decipi se passus est columna recens nescio cuius rei significandae causa litteris XV inscripta.

INSTRVMENTVM DOMESTICVM.

Instrumentum domesticum cum nullo certo vinculo cohaereat cum eis locis ubi reperitur, diu haesitavimus, an non praestaret inscriptiones instrumenti domestici reperti intra fines civitatium veteris Latii omnes edere intermixtas similibus inscriptionibus in urbe Roma repertis. Tandem eo devenimus, ut mediam quandam viam teneremus; scilicet statuimus recipere in hoc volumen eas inscriptiones cuius singula tantum exempla reperiuntur vel reperiri solent, ut quae incisa leguntur in speculis et in vasculis aeneis Praenestinis, item inscriptiones signaculorum aeneorum, lucernarum quoque si quae sunt aeneae, praeterea tesserarum ex osse; item adiecimus quae in lapidibus incisa instrumento domestico adnumerari solent, ponderum notas et tabulas lusorias. Contra ex inscriptionibus quae in opere fictili formis impressae sunt ideoque pluribus exemplis diversissimis saepe locis reperiri solent, omisimus hoc loco omnes quae leguntur in lucernis fictilibus, in vasculis et patellis rubris (Arretinis vel Arretinarum similibus), in amphorarum ansis, e tegulis dedimus selectas, de cuius selectionis ratione iam est dicendum.

Tegulae.

In tegulis quae eruderantur ex ruderibus civitatum veteris Latii (exceptis solis ruderibus Praenestinis) passim leguntur eadem sigilla, eadem figulorum figlinarumque nomina, quae satis superque novimus ex tegulis urbis Romae. Haec notissimarum inscriptionum exempla huc illuc per vetus Latium dispersa cum per se exiguae utilitatis sint, lucem autem accipiant composita cum reliquis exemplis earundem et similium inscriptionum, id quod propediem praestabit Henricus Dressel, ab hoc volumine abesse satius visum est. Verum praeterea reperiuntur et Ostiae et in collibus Albanis Tusculanisque et Tibure tegulae cum inscriptionibus quas Romae adhuc nemo vidit (vel quas si quisquam vidit, vidit tantum in museis vel apud antiquitatum negotiantes, quo facile ex agro suburbano adportari potuerunt origine non adnotata). Has inscriptiones infra reperies editas omnes, praeterea multas quae quamquam Romae quoque repertae sunt, tamen saepius in civitatibus suburbanis prodire solent quam Romae. Insunt in his sine dubio multae quae mero casu in urbe Roma aut raro prodierunt aut omnino non prodierunt (ne dicam de eis inscriptionibus quae tantum videntur esse diversae a vulgaribus tegularum urbanarum inscriptionibus, ideo quod male exceptae sunt). Sed ut non casu factum est quod tegula inscripta *reipub(l)icae Tusculanorum* (n. 4090, 1) Tusculi potissimum prodiit, unicum autem exemplum tegulae inscriptae *leg(ionis) II P(arthicae)* (n. 4090, 2) in agro Albano non longe ab eo loco quo ea legio stativa habebat, ita tegulae repertae Ostiae et in agro Tiburtino inscriptae nominibus municipum Ostiensium (n. 4089, 12. 38) et Tiburtinorum (n. 4092, 6) sine dubio in ipsis illarum civitatium territoriis coctae sunt et ibi potissimum adhibitae. Item quod tegulae cum nomine Asinii Pollionis saepius in agro Tusculano et Albano hucusque prodierunt quam Romae, inde erit explicandum quod Pollio praedia in agro Tusculano habuerit (cf. ad n. 2599) et figlinas ibi constituerit. Ex simili fortasse causa orta est Naevianarum tegularum in agro Albano frequentia. Cf. praeterea quae adnotavimus ad n. 4090, 9. 29. — Longe diversae autem sunt tegulae repertae Praeneste et in agro Praenestino. Insunt enim in his paucae notae ex urbe Roma (enumeravi eas p. 471 ad n. 4091, 90), longe plurimae peculiares sunt agro Praenestino; in his bonus numerus inscriptus nominibus magistratuum coloniae Praenestinae (n. 4091, 1—14 cf. 78) (ad cives Praenestinos spectare videntur n. 4091, 59. 60. 64. 74, ad nobiles Romanos qui praedia in agro Praenestino habebant n. 4091, 30. 67). Id non mirum est quod tegulae officinarum Praenestinarum non continuerunt se intra agrum Praenestinum, sed reperiuntur etiam in agro Anagnino (n. 4091, 64) et in agro Labicano (n. 4091, 41. 42) et saepius etiam Tusculi (n. 4091, 20. 24. 29. 64. 88); et Tusculana quoque n. 4090, 1 reperta est Praeneste. Rursus Tusculanae cum Albanensibus et Lanuvinis ita permixtae sunt, ut eas uno capitulo (n. 4090) comprehenderim. Tiburtinas et agri Tiburtini dedi sub n. 4092, Ostienses una cum Portuensibus sub n. 4089. Ex Portuensibus cum plures redeunt in Etruria meridionali (n. 4089, 9. 28), et Ostiensibus intermixtae sunt nonnullae quae saepius reperiuntur in Volscis et in Campania atque etiam in Sardinia (n. 4089, 8. 25. 29). — Non mea autem scheda est quae infra leguntur, sed excerpta ex collectaneis quae per longam annorum seriem ingenti labore congessit Henricus Dressel, instrumenti urbani futurus editor; ipsam quoque seligendi curam magis fuisse Dresselii quam meam, vel certe inter nos coniunctam; denique si quae videbantur dubia, me sine ulla haesitatione eius iudicium secutum esse. — Dresselium in hac quoque re secutus sum, quod singulis inscriptionibus notas apposui ▭ ○ ◎ quibus forma earum denotaretur.

